Placare q̄s dñe huilitatis nr̄e
p̄cib⁹ ⁊ hostiis: ⁊ vbi nulla sup
petũt suffragia meritorũ tuis no-
bis succurre presidiis. Per do. Coio.
Ecce virgo cõcipiet et pariet filiũ et vo-
cabitur nomen eius emanuel. Postcõ.

Sumptis muneribus sacris q̄s
dñe: vt cũ frequẽtatiõe miste
rii crescat nostre salutis effectus. P

Feria quarta. Jacobi. v. c

Charissimi. Patiẽtes estote vs
qꝫ ad aduẽtũ dñi. Ecce agrico
la expectat p̄ciosũ fructũ t̃re patiẽt
ferẽs donec accipiat tẽporaneũ ⁊ se
rotinũ. Patiẽtes igit̃ estote et vos ⁊
cõfirmate corda vr̄a: qm̄ aduẽt⁹ dñi
appropinquabit. Nolite ingemi-
scere fr̄es ĩ alterutrũ vt nõ iudicemi
Ecce iudex ãte ianuã assistit. Exẽ-
plũ accipite fr̄es exit⁹ mali: ⁊ lõgani
mitatꝭ et laboris/ ⁊ patiẽtie pphetas
q̄ locuti sũt ĩ noĩe dñi. Ecce btifica-
m⁹ eos q̄ sustinuerũt. Sufferẽtiã iob
audistꝭ ⁊ finẽ dñi vidistꝭ qm̄ miseri-
cors ē dñs ⁊ miserator. Se. Johẽ. i.

In illo tp̄e. Johãnes testioniũ
phibebat de xp̄o: et clamabat
dicẽs hic erat quẽ dixi Qui post me
vẽtur⁹ est: añ me fact⁹ ē q2 prior me
erat. Et de plenitudie ei⁹ nos oẽs ac
cipim⁹: et gr̄am p gr̄a: q2 lex p moy
sẽ data est: gr̄a et v̄itas p iesũ xp̄m
fctã est. Deũ nemo vidit vnq̄. Vni-
genit⁹ fili⁹ q̄ est i sinu p̄ris ip̄e enar-
rauit. Fer. vi Lec. danielis pphe. vii

In dieb⁹ illis Aspiciebã ĩ visiõe
noctis: ⁊ ecce throni positi sũt
et antiquus dierũ sedit. Vestimẽtũ
ei⁹ cãdidũ quasi nix. Et capilli capi
tis ei⁹ quasi lana mũda Thron⁹ ei⁹
flãme ignis: rote ei⁹ ignis accensus.
Fluui⁹ igne⁹ rapidusqꝫ egrediebat
a facie ei⁹ Milia miliũ ministrabãt
ei: et decies cẽtena milia assistebãt
ei. Judiciũ sedit ⁊ libri apti sũt Aspi
ciebã ergo ĩ visiõe noctis. Et ecce cũ
nubib⁹ celi: quasi filius hoĩs venie
bat. Et vsqꝫ ad ãtiquũ dier̃ puenit
Et ĩ ↄspectu ei⁹ obtulerũt eũ. Et de
dit ei ptãtẽ et honorẽ ⁊ regnũ et oẽs
ppl̄i trib⁹ et ligue ipsi seruiẽt ptãs
ei⁹ ptãs etna q̄ nõ auferet̃. Et reg-
nũ ei⁹ qd̄ nõ corrũpet̃. S matheũ xi

In illo tp̄e. Dixit dñs iesus di-
scipulis suis. Amẽ dico vobis
nõ surrexit iter natos mulier̃ ma-

tor iohāne baptista. Qui aūt minor
est in regno celorꝝ: maior est illo. A
dieb⁹ autē iohānis baptiste vsqꝫ nūc
regnū celorū vim patitur et violēti
rapiūt illud. Oēs enī ꝓphete ⁊ lex
vsqꝫ ad iohānē ꝓphetauerūt. Et si
vultis recipere ipse est helyas: q̄ ven
turus est. Qui habet aures audiēdi
audiat. Invigil. nati. do. Introit⁹

Hodie scietis q̄a veniet dn̄s
et saluabit vos et mane vi-
debitis gloriā eius. ps. Dn̄i
est terra et plenitudo eius: orbis terrarū
et vniuersi qui habitāt in eo. Gloria pa.

Deus qui nos redēpti- Orō.
onis nostre ānua expectatio
ne letificas: presta q̄s: vt vnigenitū
tuū quē redēptorē leti suscipim⁹ ve
nientē quoqꝫ iudicē securi videam⁹
dn̄m nostrū iesum christum.

Lectio isaie prophete. lxii. c.

Hec dicit dn̄s deus. Propter sy
on non tacebo: et propter hie
rusalē non quiescā: donec egrediat
vt splendor iustus eius/ et saluator
eius vt lāpas accēdatur. Et videbūt
gentes iustū tuū: ⁊ cūcti reges incli
tū tuū. Et vocabitur tibi nomē no-
uum: quod os dn̄i noīauit. Et eris
corona glorie in manu dn̄i: et dia-
dema regni in manu dei tui. Non
vocaberis vltra derelicta: et t̄ra tua
nō vocabitur amplius desolata sed
vocaberis volūtas mea in ea: et ter
ra tua ihabitabitur: quia cōplacuit
dn̄o in te. Lectio ep̄le beati pauli
apostoli. Ad romanos. i. c.

Fratres. Paulus seruus chri-
sti iesu vocatus apostolus se-
gregatus in euangelium dei quod
ante promiserat per prophetas su-
os in scripturis sanctis de filio suo
qui factus est ei ex semine dauid se
cundum carnem: qui predestinat⁹
est filius dei in virtute: secundum
spm̄ sāctificationis ex resurrectiōe
mortuorum iesu christi domini no
stri: per quē accepim⁹ gratiā et apo
stolatum ad obediendū fidei i om-
nibus gentibus pro nomie eius. In
quibus estis et vos vocati iesu chri-
sti domini nostri. R. Hodie scietis q̄a
veniet dominus et saluabit vos et mane
videbitis gl'iam eius. V. Qui regis isra-
el intēde qui deducis velut ouē ioseph qui
sedes sup cherubin appare corā effraim
beniamin et manasse. Si dn̄ica euen̄.
dicitur. Alla. V. Crastina die delebi-
tur iniquitas terre et regnabit super vos
saluator mundi. Sequentia. Jubile
mus oēs. Quere retro dn̄ica quar-
ta aduentus. Scdm̄ Matheū. i. c

In illo tempore. Cū esset despō
sata mater iesu maria ioseph.
anteq̄ cōuenirent: inuēta est in vte
ro habens de spiritu sancto. Joseph
autē vir eius cū esset iustus et nol-
let eam tradūcere: voluit occulte di
mittere eā. Hec autē eo cogitāte: ec-
ce angel⁹ dn̄i i somnis apparuit ei
dicens. Joseph fili dauid: noli time
re accipere mariam coniugem tuā
Quod enī in ea natum est: de spi-
ritu sancto est. Pariet autem filiū:
et vocabis nomen eius iesum. Ip-
se enim saluum faciet populū suū
a peccatis eorum Offertorium.
Tollite portas principes vestras et ele-
uamini porte eternales et introibit rex
glorie. Secreta.

Da nobis q̄s op̄s deus Secre
vt sicut ad adorāda filii tui na
talitia preuenimus: sic eius mune-
ra capiamus sempiterna gaudentes
Qui tecum Coīo. Reuelabit gloria
domini et videbit omnis caro salutare
dei nostri. Postcoīo.

Da nobis q̄s dn̄e vnigeniti filii
tui recēsita natiuitate respira
re: cuius celesti mysterio pascimur
et potamur. Per eundem.

Ante missam gallicātus sacerdos in habitu dyaconi cū cruce thure et cereis ante. Te deum laudamus immediate post vltimū. R matitinarū dicat.

Dominus vobiscū. Et cū spi
ritu tuo. Inicium sancti euange
lii secūdū matheū. Gloria tibi do
mine. Liber generatiōis iesu chri
sti filii dauid. filii abrahā. Abrahā
genuit isaac. Isaac autē genuit ia

cob. Jacob aūt genuit iudam et fra
tres eius. Judas aūt genuit phares
et zaram de thamar. Phares aūt ge
nuit esrom Esrom aūt genuit arā
Aram autē genuit aminadab Ami
nadab aūt genuit naason. Naasō
autē genuit salmon. Salmon aūt
genuit booz de raab. Booz autē ge
nuit obeth ex ruth Obeth aūt genu
it iesse Jesse autē genuit dauid regē

Dauid autē rex genuit salomo
nē ex ea que fuit vrie. Salomō
autē genuit roboam. Roboam
autē genuit abia. Abia
autem genuit asa. Asa autem
genuit iosaphat: Josaphat aūt
genuit ioram. Joram aūt genu
it oziam. Ozias autem genuit io
atham. Joatham aūt genuit
achaz. Achaz autē genuit ezechi-
am Ezechias aūt genuit ma
nassē. Manasses aūt genuit amon
Amon autē genuit iosiam. Jo
sias autem genuit iechoniam et
fratres eius ī transmigrationē ba
bilonis. Et post trāsmigrationē ba
bilonis iechonias genuit salathiel
Salathiel autem gēuit zorobabel
zorobabel autem genuit abiud.
Abiud autem genuit elyachim

Eliachim aũt genuit a dor. Ador autem genuit sadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud autẽ genuit elea zar. Eleazar autem genuit matham. Matham autẽ ge nuit iacob. Jacob aũt genuit ioseph virũ marie. De qua natus est iesus qui vocat

christus. Omnes ergo generati o nes ab abraham vsq ad dauid generatiões quatuordeci. Et a dauid vsq ad trãsmigratio nẽ babilonis generatiões qua tuordeci et a trãsmigratiõe babilonis. vsq ad christum gene ratiões quatuordeci Christi aũt generatio sic erat. Cum esset desponsata mater

eius maria ioseph an
tequam conuenirent inuen=
ta est in vtero habens de spi=
ritu sancto

Cantor incipiat. Te deum lauda=
mus.

Missa in gallicantu Introitus.

Dominus dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu ego hodie genui te. ps. Quare fremuerũt gẽtes et populi meditati sunt inania Gloria. Oratio

Deus qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti il lustratõne clarescere: da q̃sum⁹ vt cuius lucis mysteria in terra cog= nouimus: eius quoqꝫ gaudiis in ce lo perfruamur. Per dñm nostrum

Lectio isaie prophete ix. ca.

Hec dicit dominus deus. Po= pulus gentium qui ambula= bat in tenebris: vidit lucem mag= nam. Habitantibus in regione vm bre mortis: lux orta est eis. Paruu= lus enim natus est nobis: et filius datus est nobis. Et factus ẽ princi patus super humerum eius: et vo= cabitur nomen eius admirabilis consiliarius: deus fortis pater futu ri seculi princeps pacis. Multiplica bitur eius imperiũ et pacis nõ erit finis. Super solium dauid ⁊ super regnum eius sedebit. vt confirmet illud/et corroboret in iudicio et iusti tia: amodo/et usqꝫ in sempiternũ.

Lectio epistole beati pauli apostoli ad Titũ. ii

Charissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnib⁹ ho minibus erudiens nos: vt abnegã tes impietatem et secularia deside ria sobrie/et iuste/et pie viuamus in hoc seculo. Expectãtes beatã spẽ et aduentũ glorie magni dei: et sal= uatoris nostri iesu christi. Qui de= dit semetipsũ pro nobis: vt nos re= dimeret ab oĩ iniquitate: et mun daret sibi populũ acceptabilẽ/secta torem bonoꝝ operũ. Hec loquere et exhortare. In xpo iesu: dño nr̃o. R. Tecũ pricipiũ in die virtutis tue in splẽ doribus sanctoꝝ ex vtero ante luciferum genui te. V. Dixit dñs dño meo sede a de xtris meis: donec ponã iimicos tuos scã bellũ pedũ tuoꝝ Alleluia V. Dñs dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu ego hodie genui te.

Sequentia

Sonent regi nato noua cãtica Cuius pater fecit oĩa mater ẽ sine viro grauida. Generans nesci uit feminã mater est virgo sacratis sima. Verbũ corde pri⁹ generator ante secula. Aluo matris prodit cor poratũ in secula. O mira genitura

o stupēda natiuitas. O proles glori
osa humanata diuinitas. Sic te na
sciturū fili dei vates tuo docti spiri=
tu dixerūt. Sic te oriēte laudes tibi
cantāt pacem terris angeli nunci=
ant. Clemēta vult⁹ exhilarāt. Oēs
sancti laudātes iubilāt. Salua cla=
mātes nosq3 salua. Deitas in perso
nis trina. Siplex vsya. Scdʒ lucā. ii

In illo tpe: Exiit edictū a cesa=
re augusto: vt describeret vni=
uersus orbis. Hec descriptio prima
facta est: a preside syrie cyrino. Et
ibant oēs vt pfiterentur singuli in
suā ciuitatē. Ascendit aūt et ioseph
a galilea de ciuitate nazareth in iu=
deam ciuitatē dauid que vocat beth
leem: eo q esset de domo et familia
dauid: vt pfiteret cū maria despōsa
ta vxore sibi pregnante Factū est au
tem cum essent ibi: impleti sunt di
es vt pareret. Et peperit filium suū
primogenitū. Et pannis eum inuol=
uit: et reclinauit eum in psepio: quia
non erat ei locus in diuersorio. Et
pastores erāt in regione eadē: vigi=
lantes et custodientes vigilias no=
ctis: super gregē suū. Et ecce angel⁹
dñi stetit iuxta illos: et claritas dei
circūfulsit illos: et timuerūt timore
magno. Et dixit illis angelus. No=
lite timere. Ecce eni euangelizo vo=
bis gaudiū magnū: quod erit oī po
pulo: quia natus est vobis hodie sal
uator qui est christus dñs/in ciuita=
te dauid Et hoc vobis signū. Inue=
nietis infantem pānis inuolutū: et
positū in presepio. Et subito facta
est cum angelo multitudo militie
celestis: laudātiū deum et dicentiū.
Gloria in altissimis deo: et in terra
pax hominib⁹: bone volūtatis. Cre
do. Offer. Letentur celi et exultet terra
ante faciē dñi quoniā venit. Secreta

Accepta tibi sit quesumus dñe
hodierne festiuitatis oblatio:
vt tua gratia largiēte per hec sacro
sancta cōmercia in illius inuenia=
mur forma: in quo tecū est nostra
substantia. Qui tecum. Prefatio.
Quia per incarnati. Infra. Coicā=
tes et noctē sacratissimā. Quere an
te canonē. Coio. In splendoribus san=
ctorum ex vtero ante luciferum genui te.

Da nobis qs deus no Postcoio
ster vt q natiuitatē dñi nostri
iesu xpi nos frequētare gaudemus
dignis cōuersatiōib⁹ ad eius merea
mur ptingere cōsortiū. Qui tecum

In aurora ad missam Introit⁹.

Lux fulgebit hodie super nos
qr natus est nobis dñs et vo
cabit admirablis deus/prin
ceps pacis: pater futuri seculi cui⁹ re
gni nō erit finis. ps. Dñs regnauit de
corē induit induit dñs fortitudinē et pci=
xit se. Gloria pa. Gloria in ex. Orō

Da nobis qs ops de⁹: vt q noua
incarnati verbi tui luce pfūdi=
mur: hoc in nostro resplēdeat ope=
re: quod per fidē fulget in mēte. P.

De beata anastasia. Oratio

Da qs ops de⁹: vt q btē anasta=
sie martyris tue solennia coli=
m⁹: eius apud te patrocinia senti a=
mus. P. Lcō isaie prophete. lxi.

Hec dicit dñs: Spiritus dñi su
per me: eo q vnxerit me ad an
nūciādū māsuetis misit me Vt me
derer cōtritis corde: et predicarē ca=

ptiuis indulgentiā/et clausis aper-
tionē: vt predicarē ānum placabilē
dño: et diem vltionis deo nostro: vt
cōsolarer oēs lugentes/ et ponerem
fortitudinem lugentibus syon: et da
rem eis coronam pro cinere: oleum
gaudii pro luctu: palliū laudis pro
spū meroris. Et vocabūtur in ea for
tes iusticie: plantatio dñi ad glorifi-
candū. Ecce dñs auditum fecit i ex-
tremis terre. Dicite filie syon. Ecce
saluator tuus venit: ecce merces ei9
cum eo: et opus illius corā illo. Et
vocabūt eum populus sctūs: redē-
pti a domino deo nostro.

Lcō epl'e beati pauli apl'i. Ad titū. iii

Charissime: Apparuit benigni
tas et humanitas saluatoris
nostri dei. Nō ex operib9 iusticie que
fecimus nos: sed secundū suam mi
sericordiā saluos nos fecit per laua
chrū regenerationis et renouatiōis
spiritus sancti: quem effudit in nos
abunde: per iesum christum salua-
torē nostrū. Vt iustificati gratia ip-
sius heredes simus: secundū spē vi-
te eterne. In xpo iesu: dño nostro. R.
Benedictus qui venit in noie dñi de9 do-
minus et illuxit nobis. V. A dño factū est
istud et est mirabile in oculis nrīs. All'a
V. Dñs regnauit decorē induit iduit dñs
fortitudinē et precixit se virtute. Seqū.

Nostra tuba nunc tua clemē-
tia christe regat iam iamq3
pia. Exaudi precamina te laudātia
mente deuota. Ita nā laus est tibi
grata vox si qd nrā sonat ρsciētia ca
nat. Qd vt oibus pueniat. Indefes-
sa diuina pcent auxilia Nā quicūq3
digne meret ea. Dia sēp ei salubria

Quibus sine humana cogitata nō
vtilia Relinquētes igitur itinera ni
miū lata. Angustā viā gradiamur
que nos patriā ducat ad almā. Hec
eni sacra vestigia redēptori nostro
per placita. Qui et nostra tpa pie dis
ponat sēp nosq3 ptegat. Patriamq3
miserās ducat ad alma qua sine fi-
ne regnat. Cāticaq3 ei nostra place-
ant per cūcta secl'a. Am̄ Scdz Lu. ii

In illo tpe: pastores loqueban
tur adiuicē. Trāseamus vsq3
bethleem: et videamus hoc verbum
quod factū est: qd fecit dñs et osten-
dit nobis. Et venerūt festinātes: et i
uenerūt mariā et ioseph: et ifātē po
sitū in presepio. Vidētes aūt cogno
uerūt de vbo quod dictū erat illis: de
puero hoc. Et oēs qui audierūt mi-
rati sūt: de his que dicta erāt a pasto
ribus ad ipsos. Maria aūt cōserua-
bat oīa verba hec: conferēs in corde
suo. Et reuersi sunt pastores glorifi
cātes et laudātes deū: in oibus que
audierāt et viderāt: sicut dictū est ad
illos. Credo. Offr. Deus ei firmauit
orbem terre qui nō commouebit parata
sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Se

Munera nostra qs dñe natiui-
tatis hodierne mysteriis apta
proueniāt: vt sicut homo genit9 idē
refulsit deus: sic nobis hec terrena
substātia cōferat/ qd diuinū est. P.

Alia Secreta de beata anastasia.

Accipe qs dñe munera dignan
ter oblata: et btē anastasie mar
tyris tue suffragātibus meritis: ad
nostre salutis auxiliū puenire cōce-
de. P d. Prefatio. Qr per icarna. In-
fra. Coicantes. Coio. Exulta filia sy

on lauda filia hierusalē ecce rex tuus venit sanctus et saluator mūdi. Postcōio.
Huius nos q̄s dñe sacramēti semper nouitas natalis instauret cuius natiuitas singularis/ humanā repulit vetustatē. Per eundem.
Alia postcōio de beata anastasia
Saciasti dñe familiā tuā muneribus sacris: eius q̄s semper interuentione nos refoue: cuius solēnia celebram⁹. Per. Loco de. Ite missa est. Dicatur. Ecce completa sūt oīa que dicta sunt per angelū de virgine maria. Respōdeat chorus Deo gratias. In die natiuitat. Introit⁹.
Puer natus est nobis et filius datus est nobis: cui⁹ imperiū sup humerū eius et vocabit nomē eius magni cōsilii āgelus. ps. Cantate dño cāticum nouū quia mirabilia fecit Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.
Concede q̄s oṗs deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eū
Lectio isaie prophēte. lii. ca.
Hec dicit dñs. Propter hoc sciet populus meus nomē meū in die illa: quia egoipse qui loq̄bar ecce adsum. Quā pulcri super montes pedes annūciātis et predicantis pacem: annūciantis bonū/ predicātis salutem/ dicentis: syon regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocē simul laudabunt: quia oculo ad oculū videbunt cum conuerterit domin⁹ syon Gaudete et laudate simul deserta hierusalem: quia consolatus est domin⁹ populum suum redemit hierusalē. Parauit dñs brachium sanctū suū in oculis omniū gentiū. Et videbūt omnes fines terre: salutare dei nr̄i.
Ad hebreos. .i.
Fratres: Multipharie multisq̄ modis olī de⁹ loquēs prib⁹ in pphetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio/ quem cōstituit heredem vniuersorū/ per quem fecit et secula. Qui cum sit splendor glorie et figura substantie eius portansq̄ omia verbo virtutis sue purgationē peccatoꝝ faciēs sedet ad dexterā maiestatis in excelsis: Tanto melior angelis effectus/ q̄to differēti⁹ pre illis nomē hereditauit. Qui enim dicit aliquando angelorum filius meus es tu: ego hodie genui te. Et rursū. Ego ero illi in patrem: et ipse erit michi in filiū. Et cū iterum introducit primogenitum/ in orbem terre/ dixit. Et adorent eū oēs angeli dei Et ad āgelos quidē dixit. Qui facit angelos suos spiritus: et ministros suos flammā ignis. Ad filium autem. Thronus tuus deus in seculū seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultatiōis pre participib⁹ tuis. Et tu in principio dñe terram fundasti: et opera manuum tuarū sunt celi. Ipsi peribūt tu autem permanebis: et omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictū mutabis eos: et mutabūtur. Tu autem idem ipse es et anni tui nō deficiēt. R. Viderunt oēs fines terre salutare dei nostri iubilate deo ois

terra. ℣ Notū fecit dn̄s salutare suū ante conspectū gentiū reuelauit iusticiā suam Alla. ℣ Dies sc̄tificatus illuxit nobis venite gētes ꝛ adorate dn̄z quia hodie descendit lux magna sup terrā. Sequētia

Letabūdus exultet fidelis chorus alla. Regem regum intacte pfudit thorus res mirāda. Angelus consilii natus est de virgine sol de stella Sol occasū nesciēs stella sēper rutilans sēp clara. Sicut sydus radiū pfert virgo filiū pari forma. Neqꝫ syd⁹ radio neqꝫ mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformat hysopo valle nostra Verbū ens altissimi corporali passū ē carne sūpta. Ysaias cecinit synagoga meminit nunq̄ tamē desinit esse ceca. Si non suis vatibus credat vel gentilib⁹ sibilinis versib⁹ hec p̄dicta. Infelix ppera crede vel vetera cur dānaberis gēs misera. Quē docet littera natū cōsidera ipsū genuit puerpera alleluia. Initiū sc̄ti euāgelii sc̄m iohēm. i

In p̄ncipio erat verbū: et verbū erat apd̄ deū / et de⁹ erat verbū Hoc erat in p̄ncipio apud deū. Omnia p ip̄m facta sūt: ꝛ sine ipso factū est nichil. Quod factū est in ipso vita erat: et vita erat lux hoīm. Et lux in tenebris lucet: ꝛ tenebre eā nō cōprehenderūt. Fuit homo miss⁹ a deo cui nomē erat iohēs. Hic vēit ī testioniū vt testioniū perhiberet de lumie vt oēs crederēt per illū. Nō erat ille lux: sed vt testioniū phiberet de lumie. Erat lux vera: q̄ illuīat oēm hoīem veniētē in hunc mundū. In mūdo erat: et mundus per ipsum factus est: et mūdus eum non cognouit. In ppria venit: et sui eum non receperūt Quotquot aūt receperunt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri: his q̄ credūt in noīe ei⁹. Qui non ex sāguinib⁹ / neqꝫ ex volūtate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factū est: et habitabit in nobis. Et vidimus gloriā ei⁹ gloriā quasi vnigeniti a p̄re plenū gratie ꝛ veritatis. Credo. Offr. Tui sunt celi et tua est terra orbē terrarū et plenitudinē eius tu fūdasti iusticia et iudiciū preparatio sedis tue. Secreta

Oblata tibi dn̄e munera noua vnigeniti tui natiuitate sc̄tifica nosqꝫ a peccatorū nostroꝝ maculis emūda. p eūd Prefatio Quia per icarnati. Infra. Coicātes et diē Coio Viderūt oēs fines terre salutare dei nostri. Postcoio

Presta q̄s oēs deus: vt nat⁹ hodie saluator mūdi sicut ꝛ diuine gn̄atiōis nobis ē auctor ita et immortalitatis sit ip̄e largitor. Qui.

Missa de beata maria p octa nati.

Puer natus est nobis et fili⁹ dat⁹ est nobis cui⁹ iperiū sup humeꝝ eius et vocabit nomē eius magni cōsilii angelus Ps. Cātate dn̄o cāticū nouū q: mirabilia fecit. Oratio.

Concede q̄s oēs deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. p eund

Pauli Ad titum. iii. ca

Charissime: Apparuit benignitas et humanitas saluatoris

nostri dei. nō ex operib⁹ iusticie que fecimus nos: sed secūdū suā miām saluos nos fecit. Per lauachꝝ regenerationis et renouationis spirit⁹ sācti: quē effudit in nos abūde. Per iesum xp̄m saluatorē nostrū. Ut iustificati grā ipsi⁹ heredes sim⁹ scd̄m spē vite eterne. In xp̄o iesu: dn̄o nr̄o ℟. Viderunt oēs fines terre salutare dei nostri iubilate deo oīs terra. ℣. Notum fecit dn̄s salutare suum ante cōspectū gē tium reuelauit iusticiam suam. Alla. ℣ Dies sanctificatus illuxit nobis venite gē tes et adorate dn̄m: quia hodie descendit lux magna super terram.

Secundum Lucam. ii. ca.

In illo tempore: Pastores loq̄bantur adinuicē. Transeam⁹ vsq₃ bethleem: et videamus hoc verbum quod factū est: quod dn̄s ostendit nobis. Et venerunt festinantes: et inuenerunt mariam et ioseph et infantem positum in presepio. Videntes autem cognouerūt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc Et omnes qui audierāt mirati sūt de his q̄ dicta erāt a pastorib⁹ ad ipsos. Maria aūt conseruabat omīa verba hec: conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores: glorificantes et laudātes deum: in omib⁹ que audierant et viderant: sicut dictum est ad illos. Offꝫ. Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum et plenitudinē eius tu fundasti iusticiā et iudicium preparatio sedis tue. Secreta.

Oblata tibi dn̄e munera noua vnigeniti tui natiuitate sāctifica: nosq₃ a peccatorꝝ nostrorꝝ maculis emunda. Per eundem. Coīo Viderunt omēs fines terre salutare dei nostri. Postcommunio.

Presta quesumus omnipotēs deus vt natus hodie saluator mundi sicut et diuine generationis nobis est auctor: ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum viuit et regnat.

Stephani prothomar. Officium

Etenim sederunt principes et aduersum me loquebantur et iniqui persecuti sūt me adiuua me domine deus meus quia seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Da nobis quesum⁹ domie imitari quod colimus: vt discam⁹ et inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum.

Fac semp suffragia de natiuitate etiā in dominica infra octabas: per orōem Conc edsecreta: et postcoīo de die natiuitatis.

Lectio actuū apl'oꝝ. vi. et vii. ca.

In diebus illis. Stephan⁹ plenus gratia et fortitudie: faciebat signa et pdigia magna in populo. Surrexerūt autē qdam de synagoga: qui appellat̄ libertinorꝝ / et cyrenensiū et alexādrinorꝝ: et eorꝝ qui erant a cilicia / et asia disputan

Stephanus

tes cū stephano: et non poterāt resi-
stere sapientie et spūi qui loquebať
Audiētes aūt hec dissecabātur cor-
dibus suis: et stridebāt dentibus in
eū. Cum aūt esset plenus spū scō:
itendēs in celū vidit gloriā dei et ie
sum stantem a dextris virtutis dei
et ait. Ecce video celos apertos: et fi-
liū hoīs stantē a dextris virtutis dei
Exclamātes aūt voce magna: conti
nuerūt aures suas: et ipetū fecerūt
vnanimit i eū. Et eiiciētes eū extra
ciuitatē: lapidabāt. Et testes depo-
suerūt vestimēta sua sec⁹ pedes ado-
lescētis: q̄ vocabať saul⁹. Et lapida-
bāt stephanū inocātē et dicētē. Dn̄e
iesu suscipe spm̄ meū. Positis autē
genib⁹: clamauit voce magna dicēs
Dn̄e ne statuas illis hoc peccatū Et
cū hoc dixisset: obdormiuit i dn̄o. ℞.
Sederūt principes et aduersū me loque-
bantur et iniqui persecuti sūt me. ℣. Adiu
ua me dn̄e deus meus saluū me fac ppter
miam tuā. Alla. ℣. Video celos aptos
et iesū stātē a dextris virtutis dei. Seqn̄

Heri mūd⁹ exultauit et exultās
celebrauit xp̄i natalicia. Heri
chor⁹ āgelorū psecut⁹ est celorū regē
cū leticia. Prothomartyr et leuita
clar⁹ fide clar⁹ vita clar⁹ et miracu-
lis. Sub hac luce triūphauit et triū
phans insultauit stephan⁹ incredu-
lis. Fremunt ergo tāq̄ fere quia vi-
cti defecere lucis aduersarii. Falsos
testes statuūt et linguas exacuūt vipera
rū filii. Agonista nulli cede certa cer
tus de mercede perseuera stephane In
sta falsis testibus cōfuta sermōib⁹
synagogā sathane Testis tuus est i
celis testis verax et fidelis testis ino
cētie Nomē habes coronati te tormē
ta decet pati p corona glīe Pro coro
na nō marcēti perfer breuis vi tor-
menti te manet victoria. Tibi fiet
mors natalis tibi pena terminalis
dat vite primordia. Plenus scō pe-
netrat ītuitu stephanus celestia. Vi
dēs dei glīam crescit ad victoriā sus
pirat in p̄mia. Et a dextris dei stā-
tē iesū p te dimicātē stephane cōside
ra. Tibi celos reserari tibi xp̄m reue
lari clama voce libera. Se cōmēdat
saluatori pro quo dulce dicit mori
sub ipis lapidibus. Saulus seruat
oīm vestes lapidātiū lapidās in oī-
bus. Ne pctm̄ statuať his a q̄bus la-
pidať genu ponit et p̄cať cōdolēs in
sanie. In xp̄o sic obdormiuit q̄ xp̄o
sic obediuit et i xp̄o semp viuit mar
tyrū primicie. Qđ sex suscitauerit
mortuos i affrica augustin⁹ asserit
fama refert publica. Cuius dei grā
reuelato corpe mundo dať pluuia
siccitatis tpe. Solo fugat hic odore
morbos et demonia laude dign⁹ et
honore iugiq̄ mēoria. Martyr cui⁹
ē iocūdū nomē i eccła lāguescētē fo-
ue mūdū celesti fragrātia. Amē.

Secundū Matheum. xxiii.

In illo tpe: Dicebat iesus tur-
bis iudeorū et pricipib⁹ sacerdo-
tū. Ecce ego mitto ad vos pphetas
et sapiētes et scribas. Et ex illis occi
detis / et crucifigetis: et ex illis flagel-
labitis in synagogis vr̄is. Et pseq̄-
mini de ciuitate i ciuitatē vt veniat
sup vos oīs sāguis iustus: q̄ effusus
est sup terrā: a sāguie abel iusti vsq̄
ad sāguinē zacharie filii barachie:
quē occidistis iter templū et altare.

Amē dico vobis: venient hec oĩa super gñationē istā. Hierlm hierlm q̄ occidis ꝓphetas et lapidas eos q̀ ad te missi sūt quoties volui congregare filios tuos queādmodū gallina cōgregat pullos suos sub alas/ ꝛ noluisti. Ecce relinquetur vobis dom⁹ vr̄a deserta. Dico eni vobis: nō me videbitis amodo: donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini. Credo. Offertoriū. Elegerunt apl̄i stephanū leuitā plenū fide et spiritu scō quē lapidauerūt iudei orantē et dicētem dn̄e iesu accipe spm̄ meū all'a. Secreta.

Suscipe dn̄e munera q̄s deuotionis hodierne: que beati stephani ꝓthomartyris tui cōmemoratio gloriosa depromit. Per dn̄m. Prefatio. Quia per incarnati. et. Coicātes. De natali. Coĩo. Video celos aptos et iesū stātē a dextris virtutis dei dn̄e iesu accipe spiritū meū et ne statuas illis hoc peccatū qꝛ nesciūt q̄d faciunt. Postcoĩo

Auxilient' nobis dn̄e sūpta mysteria: et intercedēte btō stephano ꝓthomartyre tuo sēpiterna ꝓtectiōe ꝯfirmēt. P. Johis apl̄i. Officiū

In medio eccl'ie apuit os ei⁹ et ipleuit eū dn̄s spū sapientie et intellectus stola gl'e induit eū. Ps. Bonū est cōfiteri dn̄o et psallere noi tuo altissime. Gl'a pa. Oratio

Ecclesiā tuā q̄s dn̄e benignus illustra vt bti iohis apl̄i tui et euāgeliste illuiata doctrinis: ad dona perueniat sēpiterna. Per dn̄m.

Lcō libri sapiētie. eccl'iastici. xv.

Qui timet deū faciet bona. Et q̀ continēs est iusticie apprehēdet illā: et obuiabit illi/ quasi mater honorificata. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua sapiētie salutaris potabit illū. Et firmabit' in illo et nō flectet': et continebit illū ꝛ nō cōfundetur: et exaltabit illū apd̄ ꝓximos suos. Et ĩ medio eccl'ie aperiet os eius: ꝛ ĩplebit eū dn̄s spū sapientie et intellectus: et stola glorie induet eū. Jocūditatē ꝛ exultationem thesaurizabit super eū: et noĩe eťno hereditabit illū: dn̄s deus noster. R. Exiit sermo inter fratres ꝙ discipulus ille non moritur. V. Sed sic eū volo manere donec veniam tu me sequere. All'a. V. Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his et scimus quia verum est testimonium eius. Sequentia.

Gratulemur ad festiuū iocūdemur ad votiuū iohannis p̄conium Sic verset' laus in ore ne fraudetur cor sapore quo degustet gaudium. Hic est christi predilectus qui reclinans supra pectus hausit sapientiā. Huic in cruce cōmēdauit xp̄s matrem hic seruauit virgo viri nesciam. Intus ardens charitate foris lucens honestate signis et eloquio. Ut ab estu criminali sit immunis a penali prodiit ex dolio. Uim veneni superauit morti morbis imperauit necnon et demonibus. Sed virtāte potestatis nō minoris pietatis erat tribulātibus. Cū gēmarū ptes fractas solidasset has distractas tribuit pauperib⁹ Inexhaustū fert thesaurū q̀ de virgis fecit aurū gēmas de lapidibus. Inuitat' ab amico cōuiuari christū dico visū cū discipulis De sepulchro quo descendit rediuiuus sic ascēdit frui summis epulis.

Testẽ habes pplm imo sivis oculũ q ad eius tumulũ mãna scatet epulũ de christi cõuiuio Scribens euangeliũ aquile fert ppriũ cernens solis radiũ stillat pricipiũ verbũ in principio. Huius signis est conuersa gens gẽtilis gẽs peruersa gẽs totius asie Hui9 scriptis illustrat illustrata soli dat vnitas eccle Salue salui vas pudoris vas celestis plenũ roris mũdũ intus clarũ foris nobile per oĩa Fac nos sequi sãctitatẽ fac per mẽtis puritatẽ contẽplari trinitatem in vna substãtia Amẽ. Scdm iohẽm. vltio

In illo tpe: Dixit iesus petro. Sequere me. Cõuersus petr9 vidit illũ discipulũ quẽ diligebat iesus sequẽtẽ: qui et recubuit in cena super pectus eius et dixit Dñe: quis est qui tradet te. Hũc ergo cũ vidisset petrus: dixit iesu. Dñe hic aũt quid Dicit ei iesus. Si eum volo manere/ donec veniã qd ad te Tu me seqre. Exiit ergo sermo iste iter fratres q2 discipul9 ille nõ morit Et nõ dixit ei iesus nõ morit: sed si eũ volo manere donec veniã qd ad te: Hic est discipls qui testioniũ phibet de his: et scripsit hec. Et scim9 q2 verũ est testimoniũ ei9. Credo. Offr. Just9 vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta

Suscipe dñe mũera q̃ in ei9 tibi solẽnitate deferimus: cui9 nos cõfidimus patrocinio adiuuari. p. Prefatio Qr per icarnati. et Coĩcãtes. Coio. Exiit sermo iter fratres q discipls ille nõ morit et nõ dixit iesus non moritur sed sic eum volo manere donec veniam. Postcoio.

Refecti cibo potuq3 celesti de9 noster te supplices depcamur: vt in cui9 hec cõmemoratione pcepimus: eius muniamur et precibus. p. Sanctorũ innocẽtiũ Officiũ.

Ex ore infãtiũ deus et lactẽtiũ pfecisti laudẽ ppt iimicos tuos. ps. Dñe domin9 noster q admirabile est nomẽ tuũ in vniuersa terra. Gla patri. Gloria in ex. Oratio.

Deus cuius hodierna die preconiũ inocẽtes martyres non loquẽdo sed moriẽdo cõfessi sunt: oĩa in nobis viciorũ mala mortifica: vt fidẽ tuam quã lingua nostra loquitur: etiã moribus vita fateat. Per. Lcõ apocalypsis btĩ iohis apli. xiiii.

In diebus illis. Vidi sup montẽ syõ agnũ stantẽ: et cũ eo centũ quadragita quattuor milia habẽtes nomẽ ei9 et nomẽ pris eius scriptũ in frõtibus suis. Et audiui vocẽ de celo tanq̃ vocẽ aquar multarũ: et tãq̃ vocẽ tonitrui magni Et vocẽ quã audiui: sicut citharedor citharizãtiũ in citharis suis. Et cãtabãt quasi cãticũ nouũ ãte sedem: et ãte quattuor aĩalia et seniores. Et nemo poterat dicere cãticũ/ nisi illa cẽtũ quadragita quattuor milia / qui empti sũt de terra. Hi sũt qui cũ mulieribus nõ sũt coinquinati virgies enĩ sũt. Hi sequũtur agnũ: quocũq3 ierit. Hi empti sũt ex oĩbus primitie deo et agno: et in ore ipsor nõ est inuẽtũ mẽdaciũ. Sine macula ei sũt: ante thronũ dei. R. Aia nrã sicut passer erepta est de laqo venãtiũ. V. Laqueus cõtritus est et nos liberati sumus adiutoriũ nostrũ in noie dñi qui fecit celum et terrã

Alleluia. ℣. Sub throno dei oēs sancti clamabāt vindica sanguinē nostrū deus noster in eternum. Sequentia

Celsa pueri cōcrepēt melodia. Pia inocētū colētes tripudia. Quos ifās xp̄s hodie vexit ad astra Hos trucidauit frēdēs isania. Herodiane fraudis ob nulla crimia. In bethleē ipsi⁹ cūcta ꝛ p cōfinia. A bimatu ꝛ ifra iuxta nascēdi tp̄a. Herodes rex xp̄i nati verens ifelix ipeuia Infremit tot⁹ ꝛ erigit arma supba dextera. Querit lucis ꝛ celi regē cū mēte turbida. Ut extiguat q̄ vitā p̄stat p sua iacula. Dū nō valet ituerí lucē splēdidā nebulosa q̄rētes pectora. Ira feruet fraudes auget herodes seu⁹ vt pdat pioꝝ agmia. Castra militū dux iiqu⁹ aggregat ferrū figit in mēbra tenera. Int̄ vbera lac effudit āteq̄ sāguinis fieret coagula. Hostis nature natos euiscerat atq̄ iugulat. Ante psternit q̄ etas puula sumat robora. Quā btā sūt inocētū ab herode cesa corpuscula. Quā felices existūt mr̄es q̄ fuderūt talia pignora. O dulces inocentū acies o pie lactētū p xp̄o certamina. Puuloꝝ trucidāt milia. Mēbris ex teneris manāt lactis flumina. Ciues āgelici veniūt i obuiam mira victoria captāt vite p̄mia turba cādidissima. Te xp̄e petim⁹ mēte deuotissima Nr̄a qui venisti reformare scā inocētū glā. pfrui nos ꝯcedas p etna. Amē Scd'z mathēū

In illo tp̄e. Angel⁹ dn̄i apparuit i sōnis ioseph dicēs. Surge accipe puerū et matrē eius ꝛ fuge in egyptū: et esto ibi vsq̄ dū dicā tibi. Futurū ē eī: vt herodes q̄rat puerū ad pdēdū eū. Qui cōsurgēs accepit puerū ꝛ mr̄em eius nocte: et secessit in egyptū. Et erat ibi vsq̄ ad obitū herodis: vt adipleret' qd dictū est a dn̄o p pphetā dicētē. Ex egypto vocaui filiū meū. Tūc herodes vidēs q̄ illus⁹ esset a magis: irat⁹ est valde Et mittēs occidit oēs pueros q̄ erāt in bethleē ꝛ in oībus finibus eius a bimatu ꝛ ifra: scd'z tp̄s qd exq̄sierat a magis. Tūc adipletū ē qd dictū ē p hieremiā pphetā dicētē. Vox i rama audita ē plorat⁹ ꝛ vlulat⁹ multus rachel plorās filios suos Et noluit cōsolari: q2 nō sūt. Cre. Offr.

Aia nr̄a sicut passer erepta ē de laq̄o venātiū: laqus cōtrit⁹ ē ꝛ nos liberati sum⁹

Sanctoꝝ tuoꝝ nobis dn̄e Secr pia nō desit orō q̄ ꝛ mūera nr̄a cōciliet: ꝛ tuā nobis idulgentiā sēp obtineat. p. Prefa Qui p icarna. Et Coicā Coio Vox i rama audita ē plorat⁹ ꝛ vlulatus rachel plorās filios suos noluit cōsolari quia nō sūt. Postcō

Uotiua dn̄e dona pcepim⁹ q̄ i scōꝝ inocētiū nobis pcib⁹ et p̄setis q̄s vite parit' ꝛ etne: tribuat ꝯferre subsidiū. p d. Tho. mar. Offi

Letabit' iust⁹ in dn̄o ꝛ sperabit i eo ꝛ laudabunt' oēs recti corde ps Exaudi deus orōnē meā cū deprecor: a tiore iimici eripe aiam meā Gloria Oratio

Deus p cui⁹ eccl'ia glo⁹ pōtifex thomas gladiis ipioꝝ occubuit p̄sta q̄s: vt oēs q̄ ei⁹ iplorāt auxiliū/ petitōis sue salutarē cōseq̄nt' effectū. p. Epl'a Iust⁹ cor. i coi. ℟ Iust⁹ vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit in domo dn̄i ℣. Ad ānūciādū mane miaz tuā et veritatē tuā p noctē.

Alleluia. ℣. Letabit iust⁹ in dño et spe
rabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde
Non dicit sequētia nisi dñica eue.
Si aūt dñica eueñ seqntia. xp̄i ho
dierna Quere i officio seqnti. Euā
gelium Nisi granū. In cōi Cre
do. Offer. Glīa et honore coronasti eū
et cōstituisti eū sup opera manuū tuar
domine. Secreta.

Suscipe dñe munera q̄ in beati
thome martyris tui atq̄ pōti-
ficis venerāda solēnitate deferim⁹
et pr̄a vt ipsi⁹ pio interuētu merea-
mur aduersa mūdi tollerare et ad ce
lestia regna pia deuotiōe pparare. p.
Prefatio Quia per incarnati Et
Coican tes. Coio. Qui vult venire
post me abneget semetipsū et tollat cru-
cem suam et sequatur me. Postcoio.

Sacris repleti munerib⁹ q̄s dñe
deus noster: vt intueniēte bea-
to thoma martyre tuo atq̄ pōtifice
mereamur mādatis tuis pseuerāter
itendere: et icursus pleqntiū cōstan
ter tollerare. Per dñm. Dñica ifra
oc. natiuitatis dñi. Officium

Dum mediū silētiū teneret
oia et nox in suo cursu me-
diū iter haberet omps ser-
mo tuus dñe de celis a regalib⁹ se-
dibus venit. Ps. Dñs regnauit decore
idutus ē indutus est dominus fortitudi-
nem et precinxit se. Gloria Oratio.

Omps sēpitne deus dirige act⁹
nr̄os in bñplacito tuo: vt i no
mine dilecti filii tui/mereamur bo-
nis operibus abūdare. Per. Ad ga-
lathas. iiii

Fratres: q̄to tp̄e heres puulus
est nichil differt a seruo: cū sit
dñs oim: Sed sub tutorib⁹ et actori
bus est vsq̄ ad p̄finitū tp̄s a patre.
Ita et nos cū essemus paruuli: sub
elemētis mūdi hui⁹ eram⁹ seruiētes.
At vbi veīt plenitudo tp̄is misit de⁹
filiū suū factū ex muliere: factum
sub lege vt eos qui sub lege erant re
dimeret: vt adoptionē filior recipe
mus. Qm̄ autē estis filii dei: misit
deus spm̄ filii sui in corda vr̄a cla-
mātē abba pater. Itaq̄ iā nō est ser
uus/sed fili⁹. Qd̄ si filius: et heres p
deū. ℟. Specios⁹ forma p̄ filiis hoim dif
fusa ē grā i labiis tuis. ℣. Eructauit cor
meū verbū bonū dico ego opera mea re-
gi lingua mea calam⁹ scribe velocit scri-
bētis. Alleluia. ℣. Dñs regnauit deco
rem induit: induit dominus fortitudinē
et precinxit se virtute. Sequentia

Cristi hodierna pāgimini oēs
vna. Angelica resonant clare
camenas agmina. Sui regis cele-
brādo gratulāter nuptias: Lux no-
ua iā terras illustrat: veteres pellēs
tenebras. Reserat supna gratia diu
clausa palatia Felix mat et sola ita
cta eterna puerpa. Iā nato stas gra
uida cū viri sis cubilis nescia. Ois
caterua nr̄a te rogat dña. Soluas-
q̄ nostror cūcta peccaminū vicula
virgo sēpitna btā. Digna fuisti so
la tollentē crimina. Intra tui clau
stra vteri portare qui gubernat oia
supera infera Nūc sua laudāt facta
gaudētes bona q̄ viuūt super essen
tiam. Nos humilima tuba damus
debita poscētes eius clemētiam. Vt
nostra prestans tempora nunc qui
eta det placita frui vita vtilia do-
nando famulis munera. Ac inter

nos discrimia seua saluãs post funera derelicta sedẽ ducat mortis ac malorꝫ ignarã. Ubi ad dexterã patris almã sedet cũ regnat coetern⁹ per oĩa potẽter cuncta disponendo cũ eo secla: pñtia et futura. Stã iustis donet oĩb⁹ pmia. Preclara qua lux vere micat que est salus eterna ⁊ nostra gloria. Scdm lucam. ii.

In illo tpe. Erãt ioseph et maria mater iesu: mirãtes super his q̃ dicebãtur de illo. Et bñdixit illi symeõ: et dixit ad mariã matrem eius. Ecce hic posit⁹ est in ruinã: ⁊ in resurrectionẽ multorꝫ in isrl: et i signũ cui cõtradicet. Et tuã ipsi⁹ animã ptransibit gladi⁹ vt reuelent ex multis cordib⁹ cogitatiões. Et erat anna pphetissa filia phanuel de tribu asser. Hec pcesserat ĩ dieb⁹ multis et vixerat cũ viro suo annis septẽ a virginitate sua. Et hec uidua: vsqꝫ ad ãnos octogita quatuor: que non discedebat de tẽplo ieiuniis et obsecratiõibus seruiẽs nocte ac die. Et hec ipsa hora supueniẽs confitebat dño: et loquebat de illo omnib⁹ qui expectabãt redemptionẽ israel. Et vt pfecerũt oĩa scdm legẽ dñi: reuersi sunt in galileã ciuitatẽ suã nazareth. Puer autẽ crescebat et cõfortabatur: plenus sapientia. Et gratia dei erat in illo. Credo Offertoriũ. Deus eni firmauit orbem terre qui non commouebitur parata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta.

Concede q̃s domine vt oculis tue maiestatis munus oblatũ: et gratiam nobis pie deuotiõis obtineat: ⁊ effectum beate pennitatis acquirat. Per. Prefatio. Et Cõmunicãtes vts. Coĩo Tolle puerũ ⁊ matrem ei⁹ et vade in terrã iuda defũcti sũt ei qui q̃rebãt aĩam pueri. Postcoĩo

Per hui⁹ dñe opationẽ mysterii: et vicia nostra purgentur et iusta desideria cõpleãt. Per dñm

In circũcisione dñi. Officiũ.

Puer natus est nobis et fili⁹ datus est nobis: cui⁹ imperium sup humerũ eius et vocabit nomẽ ei⁹ magni ɔsilii angel⁹ Ps. Cãtate dño canticũ nouũ quia mirabilia fecit. Gloria. Oratio.

Deus qui nobis nati saluatoris diẽ celebrare ɔcedis octauũ: fac nos q̃s eius ppetua diuinitate muniri: cuius sum⁹ carnali cõmertio reparati. Qui tecũ. Epla. Apparuit beignitas. Quere supra i scda missa diei natiuitatis. R. Viderũt oẽs fines terre salutare dei nostri iubilate deo oĩs terra V Notũ fecit dñs salutare suum ante ɔspectũ gentiũ reuelauit iustitiã suam Alleluia V Multipharie oli deus loquens in pphetis nouissime dieb⁹ istis locut⁹ ẽ nobis ĩ filio suo. Seqn.

Nato canũt oĩa dño pie agmina. Sillabati neumata pstringẽdo organica. Hac die sacrata ĩ qua noua sũt gaudia mũdo plene edita Hac die precelsa itonuit et gloria in voce angelica. Fulsere et inmania nocte media pastorib⁹ lumina Dũ fouent sua pecora subito diua percipiũt monita. Natus alma virgine qui extat ante secula: Est immẽsa celo gloria pax et in terra. Sic ergo celi caterua altissime iubilat. Vt tanto canore cremat alta poli

machina. Sonet et per oia hac i die gloria voce clara reddita. Hūana cō crepāt cūcta deū natū in terra. Cō-fracta sūt imperia hostis crudelissi ma. Pax in terra reddita nūc letan tur oia nati per exordia. Solus qui tuetur oia. Solus qui condidit oia Ipse sua pietate soluat oia pctā nostra. Amē redēpta. Scdm Lucā. ii.

In illo tēpore. Postq̄ cōsūmati sūt dies octo vt circūcideretur puer: vocatū est nomen eius iesus. Quod factū est ab angelo: priusq̄ i vtero cōciperetur. Credo. Offr.

Tui sūt celi et tua est terra orbē terrarū et plenitudinē eius tu fūdasti iustitia et iudiciū preparatio sedis tue. Secreta.

Presta q̄s omps deus: vt per hec munera que dñi nostri iesu xpi arcane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mentis intelligentia cōsequamur. P eūdē. Prefatio. Quia p icarnati. Infra. Coicātes. Coio. Viderūt oēs fines terre salutare dei nostri: Postcoio.

Presta q̄s dñe: vt qd̄ saluatoris nostri iterata solennitate pcepimus ppetue nobis redēptiōis cōferat medicinā. Per eundē. Nota q̄ a die oc. nati. dñi vsq̄ ad purificationē btē marie est missa de beata maria. Officium

Salue sancta parens enixa puerpera regē. qui celū terramq̄ regit in secula seculor. ps. Post partū virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Gloria Oratio.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecūda: humano generi premia prestitisti: tribue q̄s: vt ipsam pro nobis intercedere sentiam⁹ per quam meruim⁹ autorem vite suscipere. Per dñm. Lcō epl̄e bti pauli apli ad Titū. iii.

Charissime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed scdm suā misericordiā saluos nos fecit. Per lauachrū regeneratiōis et renouationis spūs sancti: quē effudit in nos abūde: per iesū christū saluatorē nostrū. Vt iustificati gratia ipsi⁹ heredes simus scdm spem vite eterne. In christo iesu: dño nostro. R. Viderūt oēs fines terre salutare dei nostri iubilate deo omnis terra. V. Notum fecit dominus salutare suum ante conspectū gētium reuelauit iustitiam suam. Alleluia. V. Dies sanctificatus illuxit nobis venite gentes et adorate dñm q̄ hodie descēdit lux magna super terram. Prosa ad deuotionem

Generosa celorum regina rosa mater pia. Gratiosa reorū salutis causa tu maria. Angel⁹ cū gaudiū tibi tulit oī voce pura. Qd̄ tu vernās liliū eras dei filiū paritura. Angeli cōsilia credidisti breuia tā laudāda. Ex hoc dei ppria mater es et filia res mirāda. Trinitas in filio est coniuncta lilio valle nostra Hec populo deuio sacro eloqo christi mōstra. Isaias cecinit christiana meminit gens credēdo desinit esse ceca. Rubus ardēs viruit virgo deū genuit virginalis rēnuit frāgi theca. O felix ppera rose te federa ne culpa dāneris gens libera. Florē cō-

ſidera quē docet littera: ieſū genuit puerpera. **Secundum Lucam.** ii

IN illo tp̄e. Paſtores loq̄bant̄ adinuicē. Trāſeam⁹ vſq₃ betleē: et videamus hoc verbū qđ factū eſt: quod fecit dn̄s et oſtendit nobis Et venerūt feſtinātes: et īuenerūt mariam et ioſeph: et īfantē poſitū in p̄ſepio. Vidētes aūt cognouerūt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierūt mirati ſūt: et de his que dicta erant a paſtorib⁹ ad ipſos. Maria aūt conſeruabat oīa verba hec cōferens in corde ſuo. Et reuerſi ſūt paſtores/ glificātes et laudātes deū: in oībus q̄ audierāt et viderāt: ſicut dictū eſt ad illos. **Offr.** Tui ſūt celi et tua eſt terra orbē terrarꝫ et plenitudinē eius tu fūdaſti iuſtitia et iudiciū p̄paratio ſedis tue

MUneribꝰ nr̄is q̄s dn̄e **Secre.** p̄cibuſq₃ ſuſceptis et celeſtib⁹ nos mūda myſteriis: et clementer exaudi. Per. **Coīo.** Viderunt oēs fines terre ſalutare dei noſtri. **Poſtcoīo.**

HEc nos cōmunio dn̄e purget a crimine: ⁊ intercedēte beata dei genitrice maria: celeſtib⁹ remedii faciat eſſe conſortes. Per.

In vigilia epiphie. **Officium**

LUx fulgebit hodie ſup nos: quia natus eſt nobis dn̄s: et vocabit̄ admirabilis deus: p̄nceps pacis pater futuri ſeculi cuius regni non erit finis. **p̄s.** Domin⁹ regnauit decorē induit: induit dn̄s fortitudinē et p̄cinxit ſe. Glīa Glīa in excelſis. **Oratio**

COrda noſtra q̄ſum⁹ dn̄e venture feſtiuitatis ſplendor illuſtret: quo mūdi huius tenebris carere valeamus: et perueniamus ad patriā claritatis eterne. Per. Eplā. Apparuit benig. vt̄s in officio p̄ced. **R.** Benedictus qui venit in nomine dn̄i deus dn̄s et illuxit nobis: **V.** A dn̄o factū eſt iſtud et eſt mirabile ī oculis noſtris: **Alleluia** **V.** Dn̄s regnauit decorē induit induit dn̄s fortitudinē et p̄cinxit ſe virtute **Si dn̄ica euenerit proſa.** Sonēt regina. **vt̄s in die nati. dn̄i in prima miſſa. Secūdum Matheum.** .ii.

IN illo tp̄e. Defūcto herode: ecce angelus dn̄i apparuit in ſōnis ioſeph in egypto dicēs. Surge ⁊ accipe puerū et matrē eius: et vade in terrā iſrael. Defūcti ſūt enim qui querebāt animā pueri: Qui cōſurgēs accepit puerū et matrē eius et venit in terrā iſrael. Audiēs autē ꝙ archelaus regnaret in iudea p̄ herode patre ſuo timuit illo ire. Et āmonitus in ſōnis: ſeceſſit in partes galilee. Et veniēs habitauit in ciuitatē/ que vocat̄ nazareth. Ut adimpleret̄ qđ dictū eſt per p̄phetas: qm̄ nazareus vocabitur. **Offertorium.** Letētur celi et exultet terra āte faciē dn̄i qm̄ venit **Secreta**

TRibue q̄s dn̄e vt eū p̄ſentibus immolemus ſacrificiis ⁊ ſumamus: quē venture ſolennitatis pia munera preloquūtur dn̄m noſtrꝫ ieſū chriſtū filiū tuū. Qui tecū. **Coīo** Reuelabitur gloria dn̄i et videbit oīs caro ſalutare dei noſtri **Poſtcoīo**

ILlumina q̄s dn̄e populū tuū ⁊ ſplendore glorie tue cor eius ſēper accēde: vt ſaluatoris mundi ſtella famulante manifeſta natiuitas

in mētibus eorū reueletꝛ semꝑ et crescat. Per eūdem. Genealogia sequens dicitꝛ i die epiphāie post vltimū ℟ a sacerdote vestib⁹ dyaconi induto ꝓcedētibus cruce thure et cereis anteꝙ dicitꝛ Te deū laudamus

Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Sequentia sancti euangelii secūdum lucam. Glīa tibi domine. Factū est cum baptizaretur omnis populus et iesu baptizato, et orante. Apertum est celum et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Et vox de celo facta est. Tu es filius meus dilectus in te cōplacuit mihi Et ipse iesus erat incipiēs quasi annorum triginta: vt putabatur filius ioseph. Qui fuit hely: q̄ fuit mathat: qui fuit leui: q̄ fuit melchi: qui fuit gēne. Qui fuit ioseph qui fuit mathathie: qui fuit amos qui fuit naū: qui fuit esli: qui fuit nagge: qui fuit mathat: qui fuit

mathathie: qui fuit semei qui fuit
ioseph: qui fuit iuda qui fuit iohā
na: qui fuit resa: qui fuit zoroba=
bel: qui fuit salathiel: qui fuit neri:
qui fuit melchi: qui fuit addi qui fu
it cosam: qui fuit elmodam qui fu
it her: qui fuit iesu. q̄ fuit he
leazar: q̄ fuit iori: qui fuit mathā.
qui fuit leui: qui fuit symeon: qui
fuit iuda: qui fuit ioseph: q̄ fuit

iona: qui fuit elyachī: qui fuit mel
cha: qui fuit mēna. Qui fuit ma
thatha: qui fuit mathan qui fuit
dauid qui fuit iesse qui fuit obeth:
qui fuit booz. Qui fuit salmō q̄
fuit naason qui fuit aminadab q̄
fuit aram qui fuit esron q̄ fuit
phares qui fuit iude. qui fuit iacob
qui fuit ysaac qui fuit abrahe qui
fuit thare. Qui fuit nachor q̄ fuit

seruth qui fuit ragau. qui fuit phaleth qui fuit heber qui fuit sale qui fuit cha ynam qui fuit arphaxat qui fuit sem qui fuit no e qui fuit ameth Qui fuit matusale qui fuit enoch qui fuit iareth qui fuit malaleel qui fuit chaynam Qui fuit enos qui fuit seth qui fuit adā qui fuit de i.

Jesus autem plenus spi ritu sancto regressus est a iordane. Psalmus Te deum laudamus Te dominum confitemur

In die epiphanie Officium

Ecce aduenit dominator dominus et regnū i manu eius et potestas et imperium ps Deus iudicium tuū regi da et iusticiam tuā filio regis. Gloria patri t Gloria in excel Oratio

Deus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella du

ce reuelasti: cõcede propicius vt qui
iam te ex fide cognouimus vsq; ad
contemplandã speciem tue celsitu=
dinis perducamur. Per eundem.

Lectio ysaie prophete. lx.ca.

Surge illuminare hierusalem:
quia venit lumen tuum: et glo
ria dñi sup te orta ẽ. Quia ecce tene
bre operient terram: et caligo popu
los. Super te autem orietur domi
nus: et gloria eius in te videbitur. Et
ambulabunt gentes in lumine tuo
et reges in splẽdore ortus tui. Leua
in circuitu oculos tuos et vide: oẽs
isti congregati sunt/ venerunt tibi.
Filii tui de longe venient: et filie tue
de latere surgent. Tũc videbis et af
flues/ et mirabitur et dilatabit cor
tuum: quando conuersa fuerit ad te
multitudo maris/ fortitudo gẽtiũ
venerit tibi. Inũdatio camelorum
operiet te: dromedarii madiã et effã
Omnes de sabba venient: aurũ et
thus deferentes: et laudem dño an=
nunciantes. R. Oẽs de sabba venient
aurũ et thus deferentes et laudẽ dño an=
nunciantes. V. Surge et illuminare hie=
rusalẽ q2 gloria dñi super te orta est. Al
leluia V. Vidim9 eni stellã eius in oriente
et venimus cum muneribus adorare do=
minum. Sequentia

Epiphaniã dño canamus glo=
riosã. Qua prolẽ dei vere ma=
gi adorant. Immensã chaldei cui9
perseq; venerant potẽtiã. Quem cũ
cti pphete venturũ precinuere gentes
ad saluandas. Cuius maiestas ita
est iclinata vt assũeret serui formã.
Ante secula qui deus et tẽpora ho=
mo factus est in maria. Diuisio

Balaã de quo vaticinans exibit ex
iacob rutilãs inquit stella. Et cõfri
get ducũ agmĩa regiõis moab ma=
xia potẽtia. Huic magi munera offe
rũt pclara aurũ simul thus et myrrã
Thure deũ predicãt auro regẽ ma=
gnũ hominẽ mortalẽ myrra. In sõ=
nis hos monet angelus ne redeant
ad regẽ cõmotũ pp̃ter regna. Paue
bat etẽi nimiũ regẽ natũ vereẽs amit
tere regni iura. Magi stella sibi mi
cãte preuia pergunt alacres itinera
patriã que eos ducebat ad propria
linquẽtes herodis mãdata. Qui p=
culsus corde nimia pre ira extiplo
mandat eludia magica. Nõ linqui
taliter ipunita sed mox priuari eos
vita. Oĩs nũc caterua tinnulũ iun
gat organicis laudib9 neuma. My=
stice offerens regi regũ christo mu=
nera preciosa poscens vt per orbem
regna oĩa protegat in secula sempi
terna. Amen.

Secundum Matheum. ii.

Cum natus esset iesus in beth=
leem iude in diebus herodis
regis: ecce magi ab oriente venerũt
hierosolymã dicẽtes. Vbi est qui na
tus est rex iudeorũ: Vidimus enim
stellã eius in oriente: et venimus ad
orare eum. Audiẽs autem herodes
rex turbatus est et oĩs hierosolyma
cum illo. Et congregãs oẽs princi=
pes sacerdotũ et scribas populi: sci=
scitabatur ab eis vbi christus nasce
retur. At illi dixerunt ei. In bethleẽ
iude. Sic eni scriptum est per pphẽ
tam. Et tu bethleem terra iuda: ne=
quaq; minima es in principibus iu
da. Ex te enim exiet dux: qui regat

populũ meũ israel. Tunc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligẽter de puero Et cum inueneritis renũciate michi: vt et ego veniens adorem eũ Qui cum audissent regem abierũt Et ecce stella quã viderant in oriẽte antecedebat eos vsqꝫ dũ veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellã gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ inuenerũt puerum cũ maria matre ei⁹. Et procidentes: adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis: obtulerũt ei munera: aurum/thus/ et myrrã. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem: per aliam viã reuersi sunt in regionem suã Credo. Offer. Reges tharsis et insule munera offerent reges arabũ et sabba dona adducent et adorabunt eum oẽs reges terre omnes gentes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue quesumus dñe propicius dona intuere: quib⁹ nõ iam aurum thus et myrra profert: sed quod eisdem muneribus declaratur: immolatur et sumitur iesus christus filius tuus dñs noster Qui tecũ. Prefatio. Quia cum vnige In sta. Coicãtes Coio. Vidimus stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare dominum. Postcoio.

Presta q̃s oẽs deus vt que solẽni celebramus officio: purificate mentis intelligentia cõsequamur. P. Nota ꝙ p octa. epiphanie dñi dicit ad missã introit⁹. Ecce aduenit et cetera sicut in die. Excepto ꝙ non dicitur Gloria i excelsis. nec sequẽtia nec Credo. nec prefatio nec Coicãtes. Dñica infra oct. epiphanie dñi Officiũ. Ecce adue. Gloria in ex. Oratio. Deus qui hodierna. Epl'a Surge illuminare. R. Oẽs de sabba. All'a v. Vidim⁹. Sequẽtia Balaam Scdm iohannẽ. i

In illo tempore: Vidit iohãnes iesum venientem ad se: et ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mũdi. Hic est de quo dixi: post me venit vir q̃ ãte me factus est: q: prior me erat. Et ego nesciebã eũ: sed vt manifestetur in israel. Propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniũ perhibuit iohãnes dicens Quia vidi spiritũ descendentẽ quasi columbam de celo Et mansit super eum Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua ille michi dixit. Super quẽ videris spiritum descendentẽ et manentem super eum: hic est qui baptizat in spũ sancto. Et ego vidi: et testimoniũ ꝑhibui: quia hic est filius dei. Credo. Offer. Reges tharsis. Secreta. Ecclesie tue. Prefatio et. Coicãtes sicut i die. Coio. Vidim⁹ stellã. Postcõ. Presta q̃s. sicut in die.

In octabis epiphanie. Officiũ.

Ecce aduenit dñator domin⁹ et regnũ in manu eius ⁊ potestas et iperiũ Ps Deus iudiciũ tuũ regi da: et iusticiã tuã filio regis. Gloria patri. Gloria in excelsis. Orõ

Deus cuius vnigenitus in substantia nostre carnis apparuit presta q̃s: vt per eũ quem similem nobis foris agnouimus: int⁹ refor-

mari mereamur. Qui tecum viuit

De sancto hylario. Oratio

PResta q̄s omn̄ps deus: vt excellētiā verbi tui quā beatus hylarius doctor gloriosus asseruit: et cōuenienter intelligere valeamus / et veraciter confiteri. P dn̄m.

Lectio ysaie prophete. xxv.

DOmine deus meus honorificabo te laudem tribuam nomini tuo: qui facis mirabiles res: Cōsiliū tuum antiquū verum fiat. Domine excelsum est brachiū tuū: deus sabaoth corona spei que ornata est gloria. Exultet desertū: et exultent solitudines iordanis. Et populus meus videbit altitudinem dn̄i / et maiestatē dei. Et erit congregat⁹ et redemptus per deum. Et veniet i syon cum laude et leticia et leticia sempiterna sup caput ei⁹ et laus et exultatio. Et aperiā in mōtibus flumina: in mediis cāpis fōtes dirumpā: et terrā sitiētē sine aqua cōfūdā. Ecce puer me⁹ exaltabit et eleuabit et sublimis erit valde Haurietis aquas in gaudio de fōtibus saluatoris: et dicetis in illa die. Confitemini dn̄o et inuocate nomē eius. Notas facite in populis virtutes eius: cantate domino / quia mirabilia fecit. Annunciate hec: in vniuersa terra: dicit dn̄s omn̄ps. R. Oēs de saba venient aurū et thus deferentes et laudē dn̄o annūciātes V. Surge et illuminare hierusalem quia gloria dn̄i super te orta est. Alla. V. Vidimus stellā eius in oriēte et venimus cū muneribus adorare dominū. Si dn̄ica euenerit. Sequentia. Epiphaniā dn̄o. vt s̄ in die. Sc̄dm matheū iii.

IN illo tpe: Venit iesus a galilea in iordanem ad iohannem vt baptizaret ab eo. Johannes autē prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me. Respondens autem iesus: dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iusticiā. Tūc dimisit eū. Baptizatus autem iesus: cōfestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sūt ei celi: et vidit spiritum dei descendētem sicut columbam et venientem super se. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi cōplacui. Credo. Offer. Reges tharsis et insule munera offerēt reges arabū et saba dona adducent et adorabunt eū omnes reges terre omēs gentes seruient ei. Secreta.

HOstias tibi dn̄e pro nati filii tui apparitione deferim⁹ suppliciter exorātes vt sicut ipse nostrorū auctor est munerum: ita sit ipse misericors et susceptor iesus christ⁹ dn̄s noster. Qui. De sc̄o hylario. Secre.

DEus vniuersitatis conditor et humani generis reformator ānue q̄s precibus nostris: vt qui miramur i doctore quod colim⁹ mereamur i munere quo placeam⁹ et sicut beato hylario cōfessori tuo atq; pontifici dedisti palmā celestē: da ecclesie tue concordia memoriā gloriosā eo obtinente vt sacrificium nostrū eius meritis tibi efficiatur acceptū. P. Non dicitur Prefatio nec Cōicātes. nisi dn̄ica euenerit. Coio. Vidimus stellā eius in oriente et venimus cū muneribus adorare dn̄m. Postcō

CElesti lumine q̄s domine de⁹

noster sẽper et vbiqꝫ nos preueni: vt mysteriũ cui⁹ nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu: et digno percipiamus effectu. Per.

De sancto hylario. Postcoio

Deus fideliũ remunerator aĩarũ presta q̃s: vt qui beati hylarii confessoris tui atqꝫ pontificis venerandam celebramus festiuitatẽ: eius precib⁹ indulgẽtiã cõsequamur Per.

Dñica .i. post octa. epi. Officiũ

In excelso throno vidi sedere virum quem adorat multitudo angelorꝫ psallentes in vnum ecce cuius imperii nomẽ est in eternum. Ps Jubilate deo omis terra psalmũ dicite noi eius date gloriã laudi eius. Gl̃a pa. Gloria i ex. **Oratio**

Uota q̃s domie supplicantis populi celesti pietate proseq̃re: vt et que agenda sunt videant: et adimplenda que viderint conualescant. Per. **Ad Romanos. xii.**

Fratres: Obsecro vos per misericordiã dei vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtẽ/sanctã deo placẽtẽ/rationabile obsequium vestrum. Et nolite cõformare huic seculo/sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis que sit voluntas dei bona: et bene placẽs et pfecta. Dico enim per gratiã que data est michi: oĩbus qui sũt inter vos nõ plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Et vnicuiqꝫ sicut deus diuisit mensurã fidei. Sicut enĩ in vno corpore multa membra habemus: oĩa autẽ mẽbra non eũdẽ actũ habẽt: ita multi vnũ corpus sumus in christo. Singuli aũt alter alterius membra In xp̃o iesu: domino nostro R. Benedictus dñs de⁹ israel qui facit mirabilia magna solus a seculo. V. Suscipiãt montes pacem populo tuo et colles iusticiã. Alla. V. Jubilate deo oĩs terra seruite dño in leticia

Nota q̃ si hec dñica vel aliqua de sequẽtib⁹ cantetur infra octa. epiphanie tunc dicatur sequẽtia. Balaam

Secundum Lucam. .ii.

In illo tp̃e. Cum factus esset iesus annorꝫ duodeci: ascendẽtib⁹ illis hierosolymã secũdũ cõsuetudinẽ diei festi: Cõsũmatisqꝫ dieb⁹ cũ redirẽt remãsit puer iesus in hi'rl'm et nõ cognouerũt parẽtes eius. Existimãtes aũt illũ esse in comitatu: venerunt iter diei: et req̃rebãt eũ inter cognatos et notos. Et nõ iuenientes: regressi sũt in hi'rl'm req̃rẽtes eũ Et factũ est post triduũ: iuenerũt illũ in tẽplo sedẽtẽ in medio doctorũ: audiẽtẽ illos et interrogãtẽ. Stupebãt aũt oẽs qui eũ audiebãt sup prudẽtia et respõsis ei⁹. Et vidẽtes/admirati sũt. Et dixit mater ei⁹ ad illũ Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tu⁹ et ego dolẽtes q̃rebam⁹ te. Et ait ad illos. Quid est q̃ me querebatis? Nesciebatis: quia in his que patris mei sũt: oportet me esse. Et ipsi nõ intellexerunt verbũ: qđ locutus est ad illos. Et descẽdit cũ eis/et venit nazareth: et erat subditus illis. Et mater eius cõseruabat oĩa verba hec: conferens in corde suo. Et iesus p̃ficiebat sapientia et etate et gratia apud deum et hoĩes. Credo

Offer. Jubilate deo omis terra iubilate deo oĩs terra seruite dño in leticia introi

fe i cōſpctū ei⁹ i exultatōe q2 dn̄s ipē ē de⁹
OBlatū tibi dn̄e ſacrificiū Sec.
viuificet nos ſēp ⁊ muniat. P.
Coio. Fili qd feciſti nobis ſic ego et pa
ter tu⁹ dolētes q̄rebam⁹ te ⁊ qd̄ ē quod me
q̄rebatis neſciebatis q2 i his q̄ patris mei
ſūt oportet me eſſe. Poſtcoio
SUpplices te rogam⁹ oīs de⁹ vt
quos tuis reficis ſacramētis: ti
bi etiā placitis morib⁹ dignāt deſer
uire cōcedas. P d. Feria.iiii. Ad col.
FRatres Audiſtis diſ locēles i
pēlatōes dei q̄ data ē mihi ivo
bis: vt ipleā vbū dei miſteriū qd ab
ſcōditū fuit a ſeculis ⁊ generatōib⁹
Nūc āt maīfeſtatū ē ſctis ei⁹ qb⁹ vo
luit de⁹ notaſ facere dīcias glē ſacra
mēti hui⁹ i gētib⁹ qd ē xp̄s: i nobis
ſpes glē: quā nos annūtiam⁹ corri-
piētes oēm hoīes: ⁊ docētes i oī ſapiē
tia: vt exhibeam⁹ oēm hoīes pfectū
In xp̄o ieſu dn̄o nr̄o. Scd̄m matheū
IN illo t. Cū audiſſet ieſ⁹ iiii
q̄ iohēs tradit⁹ eſſet ſeceſſit in
galileā. Et relicta ciuitate nazareth
venit et habitauit i ciuitate caphar
naū maritima i finib3 zabulō ⁊ nep
tali. Vt adipleret qd dictū ē p yſaiā
pphetā terra zabulō et terra neptali
via maris trāſ iordanē: galilee gēti
um pp̄ls q̄ āmbulabat i tenebris vidit
lucē magnā ⁊ ſedētib3 i regiōe vm-
bre mortis lux orta ē eis. Exīde ce-
pit ieſus p̄dicare ⁊ dicere. Penitētiā
agite. Appropinquabit ei regnū ce
lo⁊. Feria.vi. Lcō bti petri apl̄i. i.
CAriſſimi Dabo operā ⁊ freq̄nt
habere vos poſt obitū meū: vt
hor oīum meōriā faciat. Nō eni in
doctas fabulas ſecuti notā facim⁹
vobis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i virtutē ⁊ p̄ſē-
entiā ſ3 ſpeculatores fcti illi⁹ forme
magnitudīs. Accipiēs ei a deo p̄re
honorē et glā3. Voce delapſa ad eū
hui⁹cemodi a magifica glā. Hic ē fi
li⁹ me⁹ dilect⁹ i quo mihi bn̄ cōpla-
cui ipm audite Et hāc vocē nos au
diuim⁹ de celo allatā: cū eſſem⁹ cū
ipſo i mōte ſctō. Et habem⁹ firmio
rē ꝓpheticū ſermōe3: cui bn̄faciat
attēdētes quaſi lucerne lucēti i cali-
ginoſo loco donec dies illuceſcat et
lucifer oriat i cordib⁹ vr̄is. Hoc pri-
mū itelligētes ꝙ oīs pphetia ſcripte
ppria iterptatiōe nō fit. Nō ei volū
tate huāna allata ē aliqn̄ pphecia
ſ3 ſpū ſctō iſpirati locuti ſūt: ſcti dei
hoīes. Scd̄m Lucam. vii.ca
IN illo tp̄e Rogabat ieſū q̄dam
phariſe⁹ vt māducaret cū illo
Et igreſſus domū phariſei: diſcubu
it. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate
peccatrix: vt cognouit ꝙ ieſus accu-
buit in domo phariſei: attulit ala-
baſtrū vnguēti. Et ſtans retro ſec⁹
pedes eius lacrimis cepit rigare pe-
des eius: et capillis capitis ſui ter-
gebat: et oſculabatur pedes eius et
vnguēto vngebat. Vidēs aūt phari-
ſeus q̄ vocauerat eū: ait itra ſe dicēs
Hic ſi eſſet ppheta ſciret vtiq3 que et
qualis eſſet mulier q̄ tangit eum q2
peccatrix ēſt Et reſpōdēs ieſus dixit
ad illū: ſymō habeo tibi aliqd dicere
At ille dixit Magiſter dic Et rn̄dit
ieſus Duo debitores erāt cuidā fe-
neratori vn⁹ debebat denarios q̄n-
gētos ⁊ ali⁹ q̄nquagita Nō habētib3
illis vnde redderēt donauit vtriſq3.
q̄s ergo eū pl⁹ diligit. Rn̄dit ſimō di
xit. Eſtio q2 is cui plus donauit. At
ille dixit ei: Recte iudicaſti. Et con-

uersus ad mulierem: dixit symoni Vides hãc mulierẽ. Intraui ĩ domũ tuã. Aquã pedib⁹ meis non dedisti Hec aũt lacrimis rigauit pedes meos et capillis suis tersit. Osculũ mihi nõ dedisti: Hec autẽ ex quo ĩtraui nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput nõ vnxisti: Hec autẽ vnguẽto vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi. Remittũt ei pctã multa: qm̃ dilexit multũ Cui aũt minus dimittit min⁹ diligit. Dixit autẽ ad illã. Remittũt tibi pctã. Et ceperũt qui sil' accũbebãt dicere ĩtra se. Quis ẽ hic q̃ etiã pctã dimittit. Dixit autẽ ad mulierẽ. Fides tua te saluam fecit Vade in pace. Dñica. ii. post octa. epyphanie. Introitus.

Omnis terra adoret te deus ⁊ psallat tibi psalmũ dicat noĩ tuo altissime. ps. Jubilate deo õnis terra psalmũ dicite noĩ eius dati gloriã laudi eius. Gloria Orõ

Omñps sẽpit̃ne deus q̃ celestia simul et t̃rena moderaris. supplicatões ppl'i tui clemẽt' exaudi: et pacẽ tuã nostris cõcede tẽporibus: Per. Ad Romanos. xii. ca.

FRatres. Habẽtes donatiões secũdũ gratiã q̃ data est nobis differẽtes. Siue pphetiã: scdm ratiõnẽ fidei. Siue misteriũ in mistrãdo. Siue q̃ docet: ĩ doctrina. Qui exhortat': ĩ exhortãdo. Qui tribuit in simplicitate. Qui pest: ĩ solicitudine. Qui miseret': ĩ hylaritate. Dilectio: sine sĩlatione. Odiẽtes malũ: adherẽtes bono. Charitatẽ fraternitatis: ĩuicẽ diligẽtes. Honore: ĩuicẽ p̃ueniẽtes. Solicitudine non pigri. Spũ feruẽtes. dño seruiẽtes. Spe gaudẽtes: ĩ tribulatiõe patiẽtes. Orationi ĩstãtes: necessitatib⁹ sctõrũ cõicantes. Hospitalitatẽ sectantes. Bñdicite psequẽtib⁹ vos: bñdicite ⁊ nolite maledicere. Gaudete cũ gaudẽtib⁹: flete cũ flẽtib⁹. Idipsũ inuicẽ sẽtientes. Non alta sapiẽtes: sed humilib⁹ cõsentiẽtes. R. Misit dñs verbũ suũ et sanauit eos ⁊ eripuit eos de iteritu eorũ. V. Confiteantur dño mie eius ⁊ mirabilia eius filiis hoim: Alleluia V. Laudate deũ oẽs angeli eius laudate eũ oẽs virtutes ei⁹ Scdm Johãnẽ. ii.

IN illo tpe. Nuptie facte sũt in chana galilee: et erat mat' iesu ibi. Vocat⁹ ẽ aũt et iesus: et discipuli ei⁹ ad nuptias. Et deficiẽte vino: dicit mater iesu ad eũ Vinũ nõ habẽt Et dicit ei iesus: Quid mihi et tibi ẽ mulier: Nõdũ venit hora mea. Dixit mater iesu ministris. Quodcũq3 dixerit vobis facite Erãt aũt ibi lapidee idrie sex posite scdm purificationẽ iudeorũ: capiẽtes singule metretas binas vel ternas. Dixit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas vsq3 ad sũmũ: Et dicit eis iesus. Haurite nũc ⁊ ferte architriclino. Et tulerũt. Vt aũt gustauit architriclin⁹ aquã vinũ factã: et non sciebat vnde esset: ministri aũt sciebãt q̃ hauserãt aquã vocat spõsũ architriclin⁹ et dicit ei. Ois hõ primũ bonũ vinũ poĩt: ⁊ cũ iebriati fuerit tũc id qđ deteri⁹ est. Tu aũt seruasti bonũ vinũ: vsq3 adhuc. Hoc fecit iniciũ signorũ iesus in chana galilee: et manifestauit gloriã suã. Et crediderũt in eũ: discipuli ei⁹. Credo. Offer. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra psalmũ dicite noĩ ei⁹ veni

te et audite et narrabo vobis oēs q̄ timetis deū quāta fecit dñs aīe mee all'a. Secre

Oblata quesumus dñe munera sanctifica: nosq̧ a peccatorū nrorū maculis emūda. P. Coio.
Dicit dñs iplete hydrias aqua et ferte architriclino dū gustasset architriclin⁹ aquā vinū factū dicit sponso seruasti bonū vinū vsq̧ ad huc hoc signū fecit iesus primū corā discipulis suis. Postcoio

Augeatur in nobis dñe q̄s tue virtutis opatio: vt diuinis vegetati sacramentis ad eorū pmissa capienda tuo munere preparemur. P d

Feria quarta. Ad colocēses. i ca.
Fratres: Audistis dispensationē q̄ data est michi ī vobis: vt ipleā verbū dñi mysteriū quod absconditū fuit a seculis et generationibus. Nūc aūt manifestatū est sanctis eius quib⁹ voluit deus notas facere diuitias glorie sacramēti hui⁹ in gētibus qđ est xp̄s in nobis spes glorie quā nos annūciam⁹ corripiētes oēm hoiem in oī sapiētia vt exhibeam⁹ oēm hoiem pfectū In christo iesu: dño nro. Secundū Lucā iiii. c.

In illo tpe: Regressus est iesus in virtute sp̄us in galileā: et fama exiit p vniuersā regionē de illo. Et ipse docebat in synagogis eorū: et magnificabat ab oībus Et venit nazareth vbi erat nutrit⁹: et itrauit secundū cōsuetudinē suā die sabbati ī synagogā: et surrexit legere: et tradit⁹ est illi liber isaie pphete. Et vt reuoluit librū: īuenit locū vbi erat scriptū. Sp̄us dñi sup me pter quod vnxit me euāgelizare pauperib⁹ misit me sanare cōtritos corde predicare captiuis remissionem et cecis visum: dimittere cōfractos in remissionē predicare annū dñi acceptū et diem retributiōis. Et cū plicuisset librum: reddidit ministro et sedit. Et oīm in synagoga oculi erāt intēdētes in eū. Cepit autē dicere ad illos: q2 hodie ipleta est hec scriptura ī auribus vestris. Et oēs testimoniū illi dabāt: et mirabant in verbis grē: q̄ pcedebāt de ore ipsius. Feria vi. Lcō epl'e bti pauli apl'i. Ad thimoteū .i.

Charissime: Fidelis sermo et oī acceptiōe dign⁹ q2 xp̄s iesus venit in hunc mundū peccatores saluos facere: quorū prim⁹ ego sū Sed ideo miam consecutus sū: vt in me primo ostenderet iesus christ⁹ omnē patientiā ad informationē illorū q̄ credituri sūt illi in vitā eternā Regi autē seculorū imortali inuisibili soli deo honor et gloria: in secula seculorū. Amē. Secundū Lucā. iiii.

In illo tpe: Descēdit iesus ī capharnaū ciuitatē galilee: ibiq̧ docebat illos sabbatis. Et stupebāt in doctrina ei⁹: quia ī potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens demoniū imundum et exclamauit voce magna dicens. Sine. Quid nobis et tibi iesu nazarene: Venisti perdere nos: Scio te: q2 sis sāctus dei. Et icrepauit illi iesus dicens. Obmutesce: et exi ab eo. et cū piecisset illud demoniū in mediū: exiit ab illo: nichilq̧ illū nocuit Et factus est pauor in oībus: et colloq̄bant adinuicē dicentes. Quod est hoc verbū q2 in potestate et v̄tute īperat imūdis spiritibus et exeūt: Et

diuulgabat fama de illo in oēm locū regionis. **Dñica tercia post epyphaniam. Officium.**

Adorate deū omēs āgeli ei⁹ audiuit et letata est syō: et exultauerūt filie iude. **ps.** Dñs regnauit exultet terra: letent' isule multe Glā. **Si fiat dñica dī.** Glā in ex. **et** Credo. **et sic vsqz ad lxx. Oratio**

Omīps sēpiterne deus īfirmitatē nostrā ꝑpicius respice: atqz ad ꝑtegendū nos dexterā tue maiestatis extēde. **p. Ad Romanos. xii.**

Fratres: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nulli malū ꝓ malo reddētes. Prouidētes bona nō tantū corā deo: sed etiā corā oīb⁹ hoīb⁹. Si fieri potest qđ ex vobis est cū oībus hoībus pacē habētes. Non vosmetipsos defendētes charissimi, sed date locū ire Scriptū est eñi Mihi vīdictā: et ego retribuā dicit dñs Sed si esurierit iimicus tuus: ciba illū: Si sitit: potū da illi. Hoc enī faciēs: carbones ignis cōgeres sup caput eius. Noli vici a malo: sed vince in bono malū. **R.** Timebūt gētes nomē tuū dñe et oēs reges terre gloriā tuā **V** Quoniā edificauit dñs syon et videbit in maiestate sua. **Alla. V.** Dñs regnauit exultet terra letent' insule multe.

Secundū Matheum. viii.

In illo tpe: Cū descendisset iesus de mōte: secute sūt eū turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eū dicēs Dñe si vis: potes me mūdare. Et extendēs iesus manū: tetigit eū dicens. Volo. Mūdare. Et cōfestī mundata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris: sed vade ostēde te sacerdoti: et offer munus qđ precepit moyses in testimoniū illis. Cū autē itroisset capharnaū/accessit ad eū centurio: rogās eū et dicēs. Dñe puer meus iacet in domo paralitic⁹: et male torqtur. Et ait illi iesus. Ego veniā: et curabo eū. Et respōdens centurio: ait. Dñe nō sū dignus vt intres sub tectū meū: sed tantū dic verbo: et sanabit puer meus. Nā et ego homo sū sub potestate cōstitutus: habens sub me milites. Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem iesus miratus est: et sequētibus se dixit. Amē dico vobis: nō iueni tantā fidē in israel. Dico aūt vobis: ꝙ multi ab oriēte/et ab occidēte veniēt/et recūbent cū abrahā/et isaac/et iacob in regno celorū. Filii autē regni eiicient' in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dentiū. Et dixit iesus cēturioni. Vade: et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. **Credo. Offer.** Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me nō moriar sed viuā et narrabo opera dñi. **Secreta.**

Hec hostia dñe q̄s emūdet nr̄a delicta: et ad sacrificiū celebrādū subditoꝝ tibi corpora mētesqz sanctificet. p. **Coīo** Mirabantur oēs de his que ꝑcedebāt de ore dei. **Postcoīo**

Quos tātis dñe largiris vti mysteriis q̄s: vt effectib⁹ eoꝝ nos veraciter aptare digneris. Per.

Feria quarta. Ad hebreos. iii. ca.

Fratres: Cōsiderate apostolū, et pontificē confessiōis nostre

iesum: qui fidelis est ei q̄ fecit illū si
cut et moyses in omni domo illius.
Amplioris enī glorie iste pre moyse
dignus habitus est: quanto ampliorē ho
norē habet domus qui fabricauit il
lam. Omnis namq; domus: fabricatur
ab aliquo. Qui aūt oīa creauit: deus
est. Et moyses quidem fidelis in to
ta domo eius tanq̄ famulus: in te
stimoniū eorum que dicenda erāt. Chri
stus vero tanq̄ filius in domo sua.
Que domus sumus nos: si fiduciā et
gloriā spei: vsq; ad finē firmā reti-
neamus. Scdm Marcum. i. ca

IN illo t. Venit ad iesū: leprosus
deprecans eū: et genu flexo dixit
Si vis: potes me mūdare. Jesus au
tē misertus eius extēdit manū suā: et
tangēs eū ait illi. Volo. Mundare.
Et cū dixisset: statī discessit ab eo le-
pra: et mūdatus est. Et cōminatus est ei:
statimq; eiecit illū: et dicit ei. Vide ne
mini dixeris: sed vade ostēde te prīci
pi sacerdotū: et offer pro emūdatione
tua q̄ precepit moyses in testimoniū il
lis. Et egressus cepit predicare et diffa
mare sermonē: ita vt iā non posset
manifeste i ciuitatē introire: sed foris
in desertis locis esse. Et conueniebāt
ad eū vndiq;. Fe. vi. Ad romanos.

FRatres. Scimus quoniam quecunq;
lex loquitur his qui in lege sunt
loquitur: vt oē os obstruatur, et sub-
ditus fiat oīs mūdus deo. Quia ex ope-
ribus legis: non iustificabitur oīs caro
corā illo. Per legē enī: cognitio pec
cati. Nunc aūt sine lege iusticia dei
manifestata est: testificata a lege et
prophetis. Justitia aūt dei per fidē iesu
xpi i oēs et sup oēs qui credūt in eū.
Nō enī est distinctio. oēs enī peccaue
rūt: et egēt gloria dei. Justificati gra
tis per grām ipsius: per redēptionē que
est in christo iesu. Quē proposuit deus
propiciatorē per fidē in sāguine ipsi-
us: ad ostensionē iustitie sue propter
remissionē precedētiū delictorum i su
stētatione dei, ad ostēsionē iustitie
eius in hoc tēpore: vt sit ipse iustus et
sāctificās eū: q̄ est ex fide dñi nr̄i ie-
su christi. Scdm Lucam. vii. c.

IN illo t. Intrauit iesus caphar
naū. Cēturionis aūt cuiusdā
seruus male habēs erat moriturus: q̄
erat illi preciosus. Et cū audisset de
iesu misit ad eū seniores iudeorū:
rogās eū vt veniret, et saluaret ser-
uū eius. At illi cū venissēt ad iesū ro-
gabāt eū sollicite dicentes ei: quia
dignus est vt hoc illi prestes. Diligit
enī gentē nr̄am: et synagogā ipse edi
ficauit nobis. Jesus autē ibat cū il-
lis. Et cū iā non lōge esset a domo,
misit ad eū cēturio amicos dicens.
Dñe, noli vexari. Nō enī dignus sū vt
sub tectū meū intres. Propter qd et me
ipsū nō sū dignū arbitratus: vt veni-
rē ad te. Sed dic verbo: et sanabitur
puer meus. Nā et ego homo sū sub
ptāte cōstitutus: habēs sub me mili-
tes. Et dico huic vade: et vadit. Et
alio veni et venit: et seruo meo fac
hoc, et facit. Quo audito iesus mi-
ratus est: et cōuersus sequētibus se tur-
bis dixit. Amen dico vobis: nec i is-
rael tātā fidē inueni. Et reuersi qui
missi fuerāt domū: inuenerūt seruū
q̄ languerat sanū. Do. iiii.

ADorate deū oēs āgeli eius au
diuit et letata est syon: et ex

ultauerunt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra letetur isule multe. Glia

Or̄ō. Deus qui nos in tantis periculis ɔstitutos: p hũana scis fragilitate nõ posse subsistere da nobis salutẽ mentis et corporis vt ea que p pctīs nrīs patimur: te adiuuãte vincamus. Per. dñm.

Ad Romanos. xiii. ca.

Fratres. Nemini quicq̄ debeatis nisi vt iuicẽ diligatis. Qui enĩ diligit primũ: legẽ ipleuit. Nã nõ adulterabis / nõ occides / nõ furaberis / nõ falsũ testimonium dices. Nõ cõcupisces rẽ primi tui. Et si qd est aliud mãdatũ: i hoc verbo istauratur. Diliges primũ tuũ sicut teipsũ. Dilectio primi: malũ nõ operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. R. Timebũt gẽtes nomen tuũ dñe et oẽs reges terre gloriam tuã. V. Quoniam edificauit dominus syõ et videbit in maiestate sua. Alla. V. Domin⁹ regnauit exultet terra letentur insule multe.

Secundum Matheum. viii.

In illo tpe. Ascendente iesu in naiculã: secuti sũt eum discipuli eius. Et ecce motus magn⁹ factus est i mari: ita vt nauicula operiret fluctibus. Ipe vero dormiebat. Et accesserũt: et suscitauerũt eũ dicentes. Dñe: salua nos perim⁹. Et dicit eis ies⁹. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit ventis et mari: et facta est tranquillitas magna. Porro hoĩes mirati sunt dicentes. Qualis est hic? Quia vẽti et mare obediũt ei. Credo. Offr̄. Dextera domini fecit virtutẽ dextera domini exaltauit me non moriar sed viuam et narrabo opera dñi. Secre.

Concede quesumus omipotẽs de⁹: vt hui⁹ sacrificii munus oblatũ fragilitatẽ nostram ab omni malo purget semper et muniat. p. Coĩo. Mirabãtur omẽs de his que procedebant de ore dei. Postcoĩo.

Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediant: et celestib⁹ semper instruãt alimẽtis. p. Fer. iiii. Ad Romanos. v.

Fratres. Sicut per vnũ hoiem peccatũ in hũc mundũ intrauit et per peccatũ mors: ita in oĩs hoĩes mors pertransiit i quo oĩs peccauerũt. Vsq; ad legẽ enĩ peccatum erat in mũdo. Peccatũ aũt nõ imputabat: cũ lex nõ esset. Sed regnauit mors ab adã vsq; ad moysẽ etiã in eos qui nõ peccauerũt in similitudinẽ preuaricatiõis ade / qui est forma futuri. Sed non sicut delictũ: ita et donũ. Si eni vnius delicto multi mortui sũt multomagis gratia dei / et donũ in gratia vnius hominis iesu christi / in plures abũdauit. Et non sicut per vnũ peccatũ ita et donũ. Nam iudiciũ quidẽ ex vno in condẽnationẽ: gratia aũt ex multis delictis: in iustificationem

Secundum Lucam. viii. c.

In illo tpe. Factũ est in vna die rũ: et ascendit iesus in nauiculã: et discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnũ. Et ascenderũt. Nauigãtib⁹ aũt illis: obdormiuit. Et descendit pcella venti in stagnũ: et cõpellebãtur et periclitabant. Accedẽtes aũt suscitauerũt eũ: dicẽtes. Preceptor perimus. at il

le surgens increpauit ventũ/et tem pestatẽ aque: ꝛ cessauit Et facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sũt adinuicẽ dicentes. Quis putas hic est: qꝛ et ventis ꝛ mari im perat: et obediũt ei. Nauigauerũt au tẽ ad regionẽ gerasenorũ: que est cõ tra galileã Et cum egressus esset de naui ad terrã: occurrit illi vir quidã qui habebat demoniũ iã tẽporibus multis, et vestimẽto non induebat: neqꝫ in domo manebat sed in mo numentis. Is vt vidit iesũ procidit ante illũ: et exclamãs voce magna dixit. Quid michi et tibi est iesu fili dei altissimi. Obsecro te: ne me tor queas. Precipiebat autẽ spiritui i mundo: vt exiret ab hõie. Multis eñ tẽporibus arripiebat illũ: et vinciebat cathenis/ et cõpedib⁹ custoditus: et ruptis vinculis agebat a demonio i deserta. Interrogauit autem illum iesus dicens. Quod tibi nõmẽ est? At ille dixit. Legio. Qꝛ intrauerant demonia multa in eũ. Et rogaue runt illũ ne iperaret illis/ vt i abys sũ irent. Erat autẽ ibi grex porcorũ multorũ pascentiũ in monte: et ro gabãt eũ/ vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis Exierunt ergo demonia ab homine: et intra uerũt in porcos. Et ipetu abiit grex per pceps in stagnũ: et suffocat⁹ est Quod vt viderũt factũ q̃ pascebant fugerũt: et nunciauerũt in ciuitatẽ et in villas. Exierũt aũt videre quod factũ est. Et venerũt ad iesũ et inue nerũt hoiem sedẽtẽ a quo demonia exierant: vestitũ ac sana mẽte ad pe des eius: et timuerunt. Nũciauerũt autẽ illis et qui viderant: quomodo sanus factus esset a legione. Et ro gauerunt illũ oĩs multitudo regio nis gerasenorũ: vt discederet ab ipis quia timore magno tenebãt. Ipse autem ascendens naui reuersus est Et rogauit illum vir a quo demo nia exierant: vt cũ eo esset. Dimisit aũt eũ iesus: dicens. Redi domũ tu am: et narra quanta tibi deus fecit Et abiit per vniuersã ciuitatẽ: predi cãs quanta illi fecit iesus.

Feria vi. Ad Romanos. v.

Fratres: Sicut per inobediẽtiã vnius hoĩs peccatores consti tuti sunt multi: ita et per vnius obe ditionẽ iusti constituentur multi. Lex autem subintrauit: vt abunda ret delictũ. Ubi autem abundauit delictum: superabũdauit et gratia. Et sicut regnauit peccatũ in mor tẽ: ita et gratia regnet per iusticiam in vitã eternã: per iesũ christũ: domi nũ nostrũ. Scdm Marcũ. iii.

In illo tpe: Exeuntes pharisei statĩ cũ herodianis consiliũ fa ciebãt aduersus iesũ quomodo eũ p derent. Et iesus aũt cũ discipulis su is secessit ad mare. Sed turba mul ta a galilea et iudea secuta est eum ꝛ a hierosolymis ꝛ ab idumea ꝛ trãs iordanẽ. Et qui circa tyrum et sydo nẽ multitudo magna audiẽtes que faciebat venerũt ad eum. Et dixit ie sus discipulis suis vt in nauicula si bi deseruiret ppter turbã: ne compri merẽt eum. Multos enim sanabat ita vt irruerent in eum: vt illum tã gerẽt quotquot habebãt plagas. Et

spiritus imundi cum illũ videbãt: procidebãt ei: et clamabãt dicentes. Tu es fili⁹ dei. Et vehemẽter cõminabat̃ eis: ne manifestarent illũ. Et ascẽdẽs in mõtẽ vocauit ad se quos voluit ipse. Et venerunt ad eũ: et fecit vt essent duodeci cũ illo: et vt mitteret eos predicare. Et dedit eis potestatẽ curandi infirmitates: et eiiciẽdi demonia.

Dñica in lxx. Officiũ.

Circundederunt me gemit⁹ mortis dolores iferni circũdederũt me et in tribulatione mea inuocaui dñm et exaudiuit de templo sancto suo vocem meã. Ps. Diligã te dñe fortitudo mea dñs firmamẽtũ meũ et refugiũ meum et liberator meus. Gloria. Non dicitur. Gloria i excelsis. vsqꝫ ad pascha. Oratio

Preces ppłi tui q̃s dñe clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per. Ad Corinthios. .ix.

Fratres: Nescitis ꝙ hi qui i stadio currũt / omẽs quidẽ currũt sed vnus accipit brauium. Sic currite: vt comprehendatis. Omnis eni qui in agone contendit: ab omibus se abstinet. Et illi quidẽ vt corruptibilem coronã accipiãt: nos autẽ incorruptã. Ego igitur sic curro non quasi in incertum: Sic pugno non quasi aerem verberãs. Sed castigo corpus meũ / et in seruitutem redigo: ne forte cũ aliis predicauerim ipse reprobus efficiar. Nolo eni vos ignorare fratres quoniã patres nostri omnes sub nube fuerunt: et oẽs mare transierunt / et omẽs in moyse baptizati sũt / in nube et mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt: et omẽs eundẽ potum spiritalem biberunt. Bibebãt autem de spiritali: consequente eos petra. Petra autem: erat christus. R. Adiutor in oportunitatibus in tribulatiõe sperent in te qui nouerunt te quoniam nõ derelinquis querentes te domine. V. Quoniã nõ in finem obliuio erit pauperis patientia pauperum nõ peribit in eternum exurge domine nõ preualeat homo. Tractus

De pfundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocẽ meam. V. Fiant aures tue intendẽtes in orõem serui tui. V. Si iniquitates obseruaueris domine dñe quis sustinebit. V. Quia apud te ppiciatio est et propter legem tuam sustinui te dñe.

Secundum Matheum. xx. ca

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnũ celorũ hoĩ patrifamilias: qui exiit primo mane cõducere operarios in vineã suam. Conuentione autẽ facta cũ operariis ex denario diurno: misit eos in vineã suam. Et egressus circa horã terciam vidit alios stãtes in foro ociosos: et illis dixit. Ite et vos in vineã meã: et qd iustũ fuerit dabo vobis. Illi autẽ abierũt. Iterũ aũt exiit circa sextã et nonã horã: et fecit similiter. Circa vndecimã vero exiit ⁊ inuenit alios stãtes: et dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi: Dicũt ei. Qr nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineã mẽã. Cum autem sero factũ esset: dicit dominus vinee pcura

tori suo. Uoca operarios et redde illis mercedem: incipiens a nouissimis vsqz ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant: acceperunt singulos denarios. Uenientes autē et primi: arbitrati sunt / q plus essent accepturi. Acceperunt aūt / et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrēfamilias dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerunt et pares illos nobis fecisti: qui portauimus pondus diei et estus. At ille respondens vni eorū: dixit. Amice: non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario conuenisti mecū? Tolle qđ tuum est: et vade. Uolo autem et huic nouissimo dare: sicut et tibi. An nō licet michi quod volo facere? An oculus tuus neq est: quia ego bon⁹ sum. Sic erunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Multi eni sūt vocati: pauci vo electi. Credo. Offr. Bonū est confiteri dño et psallere nomini tuo altissime.

Secreta

Muneribus nostris qs dñe pcibusqz susceptis: et celestibus nos munda mysteriis. et clementer exaudi. Per. Coio: Illumina faciē tuam super seruū tuū et saluū me fac i tua mia dñe nō confundar quoniā inuocaui te.

Postcoio.

Fideles tui de⁹ per tua dona firmētur: vt eadē et pcipiēdo requirant: et qrendo sine fine pcipiāt. P.

Feria.iiii. Ad Hebreos. iiii.

Fratres: Festinem⁹ ingredi i illā requiē: vt ne in idipsū quis icidat icredulitatis exēplū. Viu⁹ est eni sermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens vsqz ad diuisionē anime ac spiritus: cōpagū quoqz ac medullarū: et discretor cordium et intētionum cordis. Et non est creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autē nuda et aperta sunt oculis eius: ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnum: qui penetrauit celos iesū filiū dei teneam⁹ spei nostre confessionem. Non enim habemus pontificem qui nō possit cōpati infirmitatibus nostris tēptatum aūt per omīa pro similitudine absqz peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie eius: vt misericordiam cōsequamur et gratiā inueniamus in auxilio oportuno per iesum christum: dñm nostrū

Secundum Matheū. xiii.

In illo tempore: Dixit domin⁹ iesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines: venit inimicus ei⁹ / et superseminauit zizania i medio tritici et abiit Cum autem creuisset herba et fructū fecisset: tunc apparuerūt et zizania. Accedētes aūt serui patrisfamilias: dixerūt ei. Domine nonne bonū semen seminasti in agro tuo: vnde habet ergo zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Uis imus / et colligimus ea? Et ait. Nō. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul et triticum. Sinite vtraqz crescere vsqz ad messem: et in tempore messis: dicam messoribus. Col

ligite primum zizania: et alligate ea in fasciculos ad comburendum: Triticū autem congregate in horreum meum. **Feria vi. Lectio ep̄le beati pauli ap̄li Ad thimotheū. ii. i**

Charissime: Noli erubescere testimoniū dñi nr̄i: neqꝫ me vinctū eius, sed collabora euāgelio secū dū virtutē dei qui nos liberauit et vocauit vocatione sācta: non secundū opera nostra sed secundū ꝓpositum suū et gratiā q̄ data est nobis in xp̄o iesu ante tēpora secularia. Manifestata est autē nunc per illuminationē saluatoris dñi nostri iesu christi qui destruxit quidē mortē. Illuminauit autem vitā et īcorruptionē per euangeliū in quo positus sum ego predicator/ et apostolus/ et magister gentiū. Ob quā causā etiā hec patior, sed non confundor. Scio eni cui credidi, et certus sum: quia potens est depositū meū seruare in illū diē. Formā habe sanorū verborū que a me audisti/ in fide et dilectione. In christo iesu: domino nostro.

Secundū Matheum. xiii.

In illo tp̄e: Accesserūt discipuli ad iesū dicentes. Edissere nobis parabolā zizaniorū agri. Qui respōdēs ait Qui seminat bonum semē: est fili⁹ hoīs. Ager aūt est mūd⁹. Bonū autē semen: hii sunt filii regni: zizania aūt sunt filii neq̄. Inimicus autē qui seminauit ea, est diabolus. Messis vero: consūmatio seculi est. Messores autē angeli sunt Sicut ergo colligūt̄ zizania et igni cōburūtur: sic erit ī cōsūmatione seculi. Mittet fili⁹ hoīs āgelos suos: et colligent de regno eius oīa scādala et eos q̄ faciūt iniquitatē: et mittēt eos in caminū ignis. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Tūc iusti fulgebūt sicut sol: in regno patris eorum.

Dñica in .lx. Officium.

Exurge quare obdormis dñe exurge et ne repellas in finē quare faciē tuā auertis obliuisceris tribulationē nr̄am adhesit in tra venter noster exurge dñe adiuua nos/ et libera nos. ℣. Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annūciauerūt nobis. Glĭa patri. **Oratio**

Deus q̄ cōspicis q2 ex nulla nr̄a actiōe cōfidim⁹: cōcede ꝓpicius vt cōtra aduersa oīa doctoris gētiū ꝓtectiōe mūniamur. ꝑ. **Ad cor. ii. xi**

Fratres: Libēter suffertis insipiētes cū sitis ipsi sapiētes. Sustinetis eī: si q̄s vos in seruitutē redigit. Si q̄s deuorat/ si q̄s accipit, si q̄s extollit̄ si q̄s ī faciē vos cēdit. Secūdū ignobilitatē dico: quasi nos infirmi fuerimus ī hac parte. In quo q̄s audet, In īsipiētia dico: audeo et ego. Hebrei sūt et ego. Israelite sūt et ego. Semē abrahe sūt et ego. Ministri xp̄i sūt: et ego. Vt minus sapiēs dico/ plus ego. In laboribus pluris: in carcerib⁹ abūdātius: ī plagis supra modū: in mortib⁹ frequēter. A iudeis q̄nq̄es quadragenas: vna minus accepi. Ter virgis cesus sū: semel lapidatus sū: ter naufragiū feci. Nocte et die: ī ꝓfundū maris fui. In itinerib⁹ sepe/ ꝑiculis fluminū, periculis latronū/ periculis ex genere/ periculis ex gētib⁹/ periculis in ciuitate/ periculis in solitudine/ periculis in

mari/periculis in falsis fratribus: In labore et erũna: in vigiliis multis/in fame et siti: in ieiuniis multis/in frigore et nuditate. Preter illa que extrīsecus sũt instantia mea quotidiana: sollicitudo oīm ecclesiarũ. Quis infirmat: et ego non infirmor: Quis scandalizat: et ego nõ vror: Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sunt gloriabor. Deus autē et pater dñi nostri iesu christi scit qui est benedict⁹ i secula ꝙ non mentior. Divisio.

Damasci prepositus gentis arethe regis: custodiebat ciuitatē damascenorum vt me comprehenderet: Et per fenestrã ĩ sporta demissus sũ p murũ: et sic effugi manus eius Si gloriari oportet: nõ expedit qdē. Veniã aũt ad visiones et reuelationes dñi. Scio hoiem ĩ xp̃o ante annos quattuordeci siue in corpore siue extra corp⁹ nescio deus scit: raptũ huiusmodi vsqꝫ ad terciũ celũ. Et scio huiusmodi hoiem siue ĩ corpore siue extra corp⁹ nescio deus scit: qm̃ raptus est in paradisũ: et audiuit arcana verba que non licet hoī loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me aũt nichil nisi in infirmitatib⁹ meis Nã et si voluero gloriari non ero insipiens. Veritatē eni dicã. Parco aũt ne qs me existimet supra id qđ videt ĩ me: aut audit aliquid ex me Et ne magnitudo reuelationũ extollat me: datus est michi stimul⁹ carnis mee ãgelus sathane qui me colaphizet. Propter quod ter dñm rogaui vt discederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi grã mea Nam virtus: in infirmitate pficit. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis vt ĩhabitet in me virt⁹ xp̃i. R. Sciēt gentes quoniã nomē tibi deus tu solus altissimus sup oēm terrã. V. Deus meus pone illos vt rotã et sicut stipulam ante faciem venti. Tractus.

Commouisti dñe terrã et cõturbasti eã V. Sana cõtritiões ei⁹ qr mota est. V. Vt fugiãt a facie arcus vt liberētur electi tui. Secundũ Lucã. viii.

In illo tp̃e: Cũ turba plurima cõueniret et de ciuitatib⁹ pperarēt ad iesum: dixit per similitudinē. Exiit qui seminat seminare semē suũ. Et dũ semiat aliud cecidit secus viã et cõculcatũ est: et volucres celi comederũt illud. Et aliud cecidit supra petrã: et natũ aruit qr non habebat humorē Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocauerũt illud. Et aliud cecidit ĩ trã bonã: et ortũ fecit fructũ cētuplũ. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiēdi: audiat. Interrogabãt autem eum discipuli eius que esset hec parabola. Quibus ipse dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis vt videntes non videant et audientes non intelligant. Est autē hec parabola. Semen est verbum dei Qui autē secus viam: hi sunt qui audiunt. Deinde venit diabolus: et tollit verbũ de corde eorũ: ne credentes salui fiant. Nã qui supra petrã hi sunt qui cum audierĩt cũ gaudio suscipiũt verbum Et hĩ radices nõ habēt: qr ad tp̃us credũt et in tp̃e tētationis recedũt. Quod

aūt in spinis cecidit: hi sūt q̄ audie-rūt et a sollicitudinibus et diuitiis et voluptatibus vite eūtes suffocā-tur: et nō referūt fructū. Quod au-tē in terrā bonā: hii sunt qui in cor de bono et optimo audiētes verbū retinēt. Et fructū afferūt: i patiētia Credo. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis vt nō moueātur vestigia mea inclina aurē tuā et exaudi verba mea mi rifica mias tuas qui saluos facis speran-tes in te domine. Secreta.

Oblatum tibi domine sacrifi-ciū viuificet nos semper et mu niat. Per. Coio. Introibo ad altare dei ad deū q̄ letificat iuuētutē meā. Postcō.

Supplices te rogam⁹ ops de⁹: vt quos tuis reficis sacramē tis: tibi etiā placitis morib⁹ dignā-ter deseruire concedas. Per dn̄m.

Feria quarta. Ad hebreos. xii.

Fratres. Recogitate dn̄m iesū cristū qui talē sustinuit a pec-catoribus aduersus semetipsū con tradictionē vt ne fatigemini aīs ve stris deficiētes. Nōdū eni vsq3 ad sā guinē restitistis aduersus peccatū repugnātes: et obliti estis consola-tionis que vobis tanq̄ filiis loquit dicens. Fili mi noli negligere disci plinā dn̄i/ neq3 fatigeris dū ab eo ar gueris. Quē ei diligit dn̄s: castigat flagellat aūt oēm filium/ quē reci-cipit. In disciplina perseuerate. Tā q̄ filiis vobis offert se de⁹. Quis ei fili⁹: quē non corripit pater? Quod si extra disciplinā estis/ cui⁹ partici pes facti sunt oms ergo adulteri et nō filii estis. Deīde patres q̄dē car-nis nostre eruditores habuim⁹: et re uerebamur eos. Non multomagis obtēperabimus patri spirituū: et vi uemus. Scdm. Matheum. xiii.c

In illo tpe. Exiens iesus de do mo sedebat secus mare. Et cō gregate sūt ad eū turbe multe: ita vt in nauiculā ascēdens sederet. Et omis turba stabat in littore. Et lo-cutus est eis multa in parabolis: di cens. Ecce exiit qui seminat semiā re. Et dū seminat: quedā ceciderūt secus viā: et venerūt volucres et co-mederunt ea. Alia aūt ceciderūt in petrosa vbi nō habebāt terrā mul-tā. Et continuo exorta sūt: quia nō habebant altitudinē terre. Sole au tē orto estuauerūt et quia nō habe-bant radicē aruerūt. Alia autē ceci-derunt in spinas: et creuerūt spine: et suffocauerūt ea. Alia autē cecide runt in terrā bonā: et dabāt fructū aliud centesimū/ aliud sexagesimū aliud tricesimū. Qui habet aures audiendi: audiat. Et accedētes disci puli: dixerūt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondēs: ait il-lis. Qr vobis datū est nosse mysteri um regni celorū: illis autē nō est da tum. Qui enim habet dabitur ei: et abundabit. Qui autē non habet: et quod habet auferetur ab eo. Ideo i parabolis loquor eis quia videntes non vident: et audientes non audi-unt neq3 intelligunt. Et adimple-tur i eis pphetia ysaie dicēs. Auditu audietis/ et nō itelligetis: et vidētes vi debitis: et nō videbitis. Incrassatū est eni cor ppli hui⁹: et aurib⁹ graui-ter audierūt: et oclos suos clauserūt neqn̄ oculis videāt: et aurib⁹ audiāt

et corde itelligāt: et cōuertātur et sa-
nē eos. Vestri aūt beati oculi: qꝛ vi-
dēt et aures vestre: qꝛ audiūt. Amen
quippe dico vobis: qꝛ multi pphete
et iusti cupierunt videre q̄ videtis: et
nō viderūt: et audire que auditis/ et
non audierūt. Vos ergo audite pa-
rabolā seminantis. Ois qui audit
verbū regni ⁊ nō itelligit: venit ma
lus et rapit quod seminatū est i cor
de eius. Hic est qui secus viā semia-
tus est. Qui aūt sup petrosa seiat⁹
est: hic est q̄ verbū audit/ et cōtinuo
cū gaudio accipit illud. Non habet
aūt in se radicē: sed est tēporalis. Fa
cta autē tribulatione et persecutiōe
propter verbum: cōtinuo scādaliza-
tur. Qui autē est semiat⁹ in spinis:
hic est qui verbum audit et sollicitu
do seculi istius et fallacia diuitiaꝝ
suffocat verbū: et sine fructu efficit̄.
Qui vero in terrā bonā seminatus
est: hic est qui verbum audit et itelli
git: et fructū affert. Et facit aliud q̄
dem centesimū aliud aūt sexagesi-
mū aliud vero tricesimum.

Feria vi. Ad hebreos. xii.

FRatres: Ois disciplina in pre
senti quidē videtur nō esse gau-
dii: sed meroris. postea autē fructū
pacacissimū exercitatis p eā reddet
iusticie. Propter quod remissas ma
nus et soluta genua erigite: et gres-
sus rectos facite pedibus vestris vt
non claudicās quis erret magis au
tē sanet̄. Pacē sequimini cū oib⁹ et
sctimoniā sine qua nemo videbit
deum. Cōtēplantes ne qͣd desit gra
tie dei ne qua radix amaritudīs sur
sum germinans impediat et per il
lā inquinētur multi. Ne quis forni
cator aut pfan⁹ vt esau qui propter
vnā escā vēdidit primitiua sua Sci
tote eni quoniā et postea cupiēs he-
reditare benedictionē: reprobat⁹ est.

Secundū marcum. iiii. ca.

IN illo tpe: Dixit dñs iesus di-
scipulis suis Videte quid audi
atis in qua mensura mensi fueri-
tis: remetietur vobis et adiiciet̄ vo-
bis. Qui eni habet dabitur illi: et q̄
non habet etiā quod habet auferet̄
ab eo. Et dicebat Sic est regnū dei:
queadmodū si homo iaciat semētē
in terrā et dormiat et exurgat nocte
et die: et semen germinet et crescat/
dū nescit ille Vltro eni terra fructifi-
cat primū herbā: deinde spicā/ dein-
de plenū frumētum in spica. Et cū
ex se pduxerit fruct⁹: statī mittit fal
cē: quoniā adest messis. Et dicebat.
Cui assimilabimus regnū dei; aut
cui parabole cōparabim⁹ illd Sicut
granū sinapis qd cū seminatū fue-
rit in terra minus est oib⁹ seminib⁹
q̄ sūt i terra Et cū natū fuerit: ascen
dit i arborē: et fit mai⁹ oibus olerib⁹
Et facit ramos magnos ita vt pos-
sint sub vmbra ei⁹ aues celi habita-
re. Et talibus parabolis multis lo-
quebatur eis verbum: prout pote-
rant audire. Sine parabola autem
non loquebatur eis. Seorsum au-
tem discipulis: disserebat omnia.

Sabbato. Secundū Matheū. xii.

IN illo tempore. Cum transi-
ret iesus venit in synagogam
eorum. Et ecce homo manum ha-
bens aridam. Et interrogabant eū
dicentes. Si licet sabbatis curare:

vt accusarent eum. Ipse autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo q̄ habeat ouē vnam: et si ceciderit hec sabbatis in foueā: nōne tenebit ⁊ leuabit eā? Quātomagis melior est homo oue: itaq; licet sabbatis bene facere. Tunc ait hoi. Extēde manū tuā. Extendit: et restituta est sanitati: sicut altera. Dñica in .l. Officiū.

Esto michi in deū ptectorē ⁊ in locū refugii vt saluum me facias qm̄ firmamentū meū et refugiū meū es tu et pter nomen tuū dux michi eris et enutries me ps. In te dñe speraui non cōfūdar in eternum in iusticia tua libera me. Glā patri. Oratio.

Preces nostras qs dñe clementer exaudi: atq; a peccatorum vinculis absolutos: ab oī nos aduersitate custodi. p. Ad corinthios .i. xiii

Fratres: Si linguis hoīm loquar et angelorū: charitatē autē nō habeā: fact⁹ sū velut es sonās / aut cymbalū tinniēs. Et si habuero pphetiā / et noueri mysteria oīa: et oēm sciētiā / et si habuero oēm fidē / itavt mōtes transferā / charitatē autē nō habeā: nichil sū. Et si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: ⁊ si tradidero corp⁹ meū itavt ardeā / charitatē aūt nō habuero: nichil michi pdest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas nō emulatur / non agit perperam nō inflatur / non est ambiciosa / non querit que sua sūt. Nō irritat / non cogitat malū. Nō gaudet super iniquitate: congaudet aūt veritati. Oia suffert / oīa credit / oīa sperat / oīa sustinet. Charitas nunq̄ excidit. Siue prophetie euacuabunt: siue ligue cessabūt / siue sciētia destruet. Ex parte eni cognoscim⁹: et ex parte pphetam⁹. Cū aūt venerit qd pfectū est: euacuabit quod ex parte est. Cum essē paruul⁹ loquebar vt paruul⁹ / sapiebā vt paruulus cogitabā vt paruulus. Quādo aūt factus sū vir: euacuaui que erāt paruuli. Videmus nūc per speculū in enigmate: tūc autē facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte: tunc autē cognoscā sicut et cognitus sū. Nunc aūt manēt fides / spes / charitas / tria hec. Maior aūt horū: est charitas. R. Tu es deus qui facis mirabilia solus notā fecisti in gentibus virtutē tuam. V. Liberasti in brachio tuo populū tuum filios israel et ioseph. Tractus

Iubilate deo omis terra seruite domino in leticia. V. Intrate in cōspectu eius in exultatione. V. Scitote quoniam dñs ipse est deus ipse fecit nos ⁊ nō ipsi nos. V. Nos autē populus eius et oues pascue eius. Secundum Lucā. xviii.

In illo tpe Assumpsit iesus duodecim discipulos suos: et ait illis. Ecce ascēdimus hierosolymā: ⁊ consūmabūtur oīa que scripta sūt per prophetas de filio hoīs. Tradetur eni gētibus et illudet / et flagellabitur / et conspuetur. Et postq̄ flagellauerint / occident eum: et tercia die resurget. Et ipsi nichil horū intellexerūt. Erat autē verbum istud absconditum ab eis: et nō intelligebāt que dicebantur. Factum est aūt cū appropiquaret iesus hierico: cec⁹ quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbā prete-

reuntē: interrogabat quid hoc esset. Dixerūt autē ei: q iesus nazarenus transiret. Et clamauit: dicens. Jesu fili dauid: miserere mei. Et qui pre ibāt increpabāt eū vt taceret. Ipse vero multomagis clamabat: fili dauid: miserere mei. Stans aūt iesus iussit illū adduci ad se. Et cū appropinquasset: interrogauit illū dicēs. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Dñe: vt videā. Et iesus dixit. Respice: fides tua te saluū fecit. Et confestim vidit: et sequebatur illū/ magnificās deum. Et omis plebs vt vidit: dedit laudē deo. Credo. Offꝫ. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas benedictus es domine doce me iustificatiōes tuas in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Secreta

Hec hostia dñe q̄s emūdet nostra delicta: et ad sacrificiū celebrādū subditorū tibi corpora/ mētesqꝫ sanctificet. Per dominū. Coīo

Mādūcauerūt et saturati sūt nimis et desideriū eorū attulit eis dominus nō sūt fraudati a desiderio suo. Postcoīo

Quesumus omps̄ deus: vt qui celestia alimēta percepimus: per hec contra omia aduersa muniamur. P̄ do. Feria quarta. In die cinerum. Benedictio cinerum.

Deus qui non mortē sed penitētiā desideras peccatorū fragilitatem cōditionis humane benignissime respice: et hos cineres quos causa preferēde humilitatis atqꝫ ꝓmerēde venie capitib⁹ nostris īponi decernim⁹ bene ✠ dicere pro tua pietate digneris: vt qui nos esse cinerē et ob prauitatis nostre meritū in puluerē reuersuros cognoscim⁹ peccatorꝫ oīm veniā et premia penitētib⁹ repromissa: misericorditer cōsequi mereamur. P̄ do. Alia oratio.

Omnipotēs sempiterne deus parce metuētibus ignosce peccantibus/ ꝓpiciare supplicib⁹ et mittere digneris sanctū angelū tuū de celis: qui benedicat et sanctificet cineres istos: vt sint remedium salubre omnibus nomē tuū humiliter implorantibus: ac semetipsos pro conscientia delictorū suorum accusantibus: atqꝫ ante conspectum diuine clemētie tue facinora sua deplorantibus: vel serenissimam pietatē tuam suppliciter obnixeqꝫ implorantibus: presta quesumus/ per inuocationem sācti nominis tui: vt quicunqꝫ eos super se asperserint pro redemptione peccatorū corporis et anime/ sanitatē ac tutelā percipiāt. Per. Alia oratio.

Deus qui humilitate flecteris et sāctificatiōe placaris: aures tue pietatis inclina precib⁹ nostris: et capitib⁹ seruorū tuorū qui hos cineres se humiliādo acceperit: per eorūdem cinerū infusionē gratiā infūde tue bene ✠ dictiōis: vt eos spiritu cōpūctionis repleas et q̄ fideliter postulauerit. efficaciter tribuas et cōcessa perpetua stabilitate: in ea manere cōcedas. Per. Postea fiat ꝓcessio cū. ℟. Scindite corda vestra et cetera et ad ianuā ponat sacerdos cuilibet cinerem super caput dicendo. Memento homo quia cinis es et puluis es et in cinerē et puluerem reuerteris. In noīe patris et filii et spirit⁹ sācti amē

faciendo crucē. Post hec intret ecclesiā et pñi stent ante altare vt moris est dicēdo septē psalmos penitētiales cū letania. Deinde surgat sacerdos ad altare. et dicat. Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos Ostende nobis dñe miam tuā Et salutare tuum da nobis. Esto nobis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Domine nō secundū peccata nostra facias nobis. Neq3 secundū iniquitates nostras retribuas nobis. Domine ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarum. Cito anticipent nos misericordie tue qr pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propici⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuū. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Mitte eis auxiliū de sancto. Et de syon tuere eos. Dñe exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cū spiritu tuo. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: et me etiā qui misericordia tua primus indigeo clemēter exaudi. Et michi quem non electiōe meriti: sed dono tue gratie constituisti huius operis ministrū: da fiduciam tui muneris exequendi: ⁊ ipse in nostro ministerio quod tue pietatis est operare. P xpm. orō

Presta quesumus omnipotēs deus his famulis et famulabus tuis dignum penitentie fructū vt ecclesie tue sancte a cuius itegritate deuiarent peccando amissorū veniā consequēdo reddantur innōxii. Per christum. Oratio

Preueniat hos famulos et famulas tuas q̄s domine misericordia tua: vt omēs īiquitates eorū celeri indulgentia deleātur. Per christum dñm. Oratio

Adesto dñe supplicationib⁹ nostris: nec sit ab his famulis et famulabus tuis clemētie tue longīqua miseratio sana vulnera eorūq3 remitte peccata: vt nullis a te īiquitatib⁹ separati: tibi dño semper valeant adherere. P xpm. Oratio.

Exaudi dñe supplicū p̄ces et cōfitentiū tibi parce peccatis: vt pariter indulgentiā tribuas benignus et pacem. Per xpm. Oratio

Exaudi q̄s dñe preces nostras ⁊ confitentium tibi parce peccatis: vt quos conscientie reatus accusat: indulgētia tue miserationis absoluat. Per christum. Alia oratio

Domine deus noster qui offensione nostra non vinceris: sed satisfactione placaris respice q̄s ad hos famulos et famulas tuas: qui se tibi peccasse grauiter confitentur tuum est enī ablutionē criminū dare: et veniā prestare peccātibus qui dixisti penitentiā te malle peccatorū q̄ mortē. Cōcede ergo dñe quesumus vt tibi penitentie excubias celebrent: et correctis actibus suis conferri sibi a te sēpiterna gaudia gratulentur. Per. Dicat populus. Confiteor. Absolutio

Dominus iesus christus qui dixit discipulis suis: quecunq3 ligaueris super terrā: erunt ligata et in celis: et quecunq3 solueris super terrā: erunt soluta et in celis. de quo

ligaueritis et solueritis.

rum numero q̄uis idignos nos esse voluit: ipse vos absoluat per ministeriū nostrū ab omibus peccatis vestris quecūq; cogitatiōe/ locutione/ atq; operatione negligenter egistis: atq; a nexibus peccatorū absolutos perducere dignetur ad regna celorum. Qui cum patre et spū sancto viuit et regnat deus. Per oīa secula seculorū. Amen. Indulgentiam absolutionē et remissionē oīm peccatorū vrorū tribuat vobis omnipotens pater pius et misericors dn̄s. Et bn̄dictio dei pris omipotētis et filii et spūs sācti descendat sup vos et maneat semper. Amen. Feria iiii. in capite ieiuniorum. Officiū.

Misereris oīum dn̄e et nichil odisti eorum que fecisti dissimulās peccata hoīm ppter penitētiā et parcēs illis quia tu es dn̄s deus noster. Ps. Miserere mei deus miserere mei: qm̄ in te cōfidit aīa mea. Gloria. Oremus. Flectamus. Orō

Concede nobis q̄s dn̄e p̄sidia militie christiane sctis inchoare ieiuniis: vt cōtra spūales nequicias pugnaturi: continentie muniamur auxiliis. Per dominum.

Lectio. Joelis prophete. ii. c.

Hec dicit dn̄s. Conuertimini ad me in toto corde vrō: in ieiunio/ et fletu/ et planctu: et scindite corda vestra et nō vestimēta vrā. Et cōuertimini ad dn̄m deū vrm̄: q̄a benignus et misericors est: patiens et multe mie/ et prestabilis sup malitia. Quis scit si cōuertatur et ignoscat deus: et relinquat post se benedictionē. Sacrificiū et libamen: dn̄o deo nostro. Canite tuba in syō sāctificate ieiuniū/ vocate cetū/ cōgregate populū / sctificate ecclesiā coadunate senes: cōgregate paruulos et sugētes vbera. Egrediatur spōsus de cubili suo: et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare plorabūt sacerdotes ministri dn̄i: et dicēt. Parce dn̄e parce populo tuo: et ne des hereditatē tuā i opprobrium: vt dominētur eis natōes. Quare dicūt in populis: vbi est deus eorū: zelatus est dn̄s terrā suā: et pepercit populo suo. Et respōdit dn̄s: et dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentū et vinū et oleū: et replebimini in eis. Et nō dabo vos vltra opprobriū in gentibus. Dicit dn̄s omps. R. Miserere mei deus miserere mei qm̄ in te cōfidit aīa mea. V. Misit de celo et liberauit me dedit in opprobrium cōculcantes me. Tractus.

Domie nō scdm̄ pctā nostra q̄ fecimus nos neq; secūdū iniquitates nostras retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iiquitatū nostrarū antiquarū cito anticipent nos mie tue quia pauperes facti sumus nimis. V. Adiuua nos deus salutaris noster et ppter gl'iam noīs tui dn̄e libera nos et propicius esto pctis nostris propter nomen tuū. Sēper dicatur iste tract9 q̄buslibet dieb9 lune mercurii et veneris tm̄. Se. mathēū vi.

In illo tp̄e Dixit iesus discipulis suis. Cū ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas: vt pareant hoībus ieiunantes. Amen dico vobis: quia receperūt mercedē suam. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tu-

um: et faciē tuam laua: ne videaris hoībus ieiunās: sed pri tuo q̄ est in abscōdito. Et pr tu⁹ q̄ videt i abscōdito: reddet tibi Nolite thesaurizare vobis thesauros in t̄ra: vbi erugo ꝛ tinea demolit̄: et vbi fures effodiūt et furant̄. Thesaurizate aūt vobis thesauros i celo vbi neqꝫ erugo: neqꝫ tinea demolit̄: et vbi fures nō effodiūt neqꝫ furātur. Ubi est eni thesaurus tuus ibi est ꝛ cor tuū. Off. Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me dn̄e clamaui ad te et sanasti me. Secreta.

Hac nos q̄s dn̄e hiis mūeribus offerēdis cōueniēter aptari: q̄bus ipi⁹ venerabilis sacramēti celebram⁹ exordiū p. Prefatio. Qui corporali. Dicat̄ istud p̄fatiū per totā xl. exceptis dn̄icis et festis ix. lect. Cō. Qui meditabit̄ i lege dn̄i die ac nocte dabit fructū suū in tp̄e suo. Postcō.

Percepta nobis dn̄e p̄beāt sacramenta subsidiū: vt tibi et grata sint n̄ra ieiunia: et nobis p̄ficiant ad medelā. p. Super populū Orem⁹. Hūiliate capita. Secre.

Inclinantes se dn̄e maiestati tue p̄piciat⁹ intende: vt q̄ diuino munere sūt refecti celestibus sēper nutriantur auxiliis. Per dn̄m.

Feria quinta. Officium.

Dum clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē meā ab hiis qui appropinquāt michi et hūiliauit eos q̄ est āte secula et manet in etn̄ū iacta cogitatū tuū in dn̄o ꝛ ip̄e te enutriet. Ps. Exaudi deus orōnem meam: et ne despexeris dep̄catione meā intende michi et exaudi me. Gl̄ia.

Orem⁹. Flectamus ge. le. Orō.

Deus q̄ culpa offēderis penitentia placaris: p̄ces p̄p̄li tui supplicantis p̄picius respice: et flagella tue iracūdie / q̄ pro p̄ctis n̄ris meremur auerte. Per dominum. Lectio Isaie prophete. xxxviii. ca

In diebus illis. Egrotauit ezechias vsqꝫ ad mortē: ꝛ itroiuit ad eū isaias filius amos p̄pheta: et dixit ei. Hec dicit dn̄s. Dispone domui tue: q2 morieris tu et nō viues Et q̄uertit ezechias faciē suā ad parietē: et orauit ad dn̄m: et dixit Obsecro dn̄e: memento q̄so quomodo ambulauerī corā te in veritate / ꝛ in corde p̄fecto: et q̄d bonū est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Factūqꝫ est verbū dn̄i ad isaiā dicens. Uade: et dic ezechie Hec dicit dn̄s deus dauid p̄ris tui Audiui orationē tuā: et vidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciā sup dies tuos: quindeci annos. Et de manu regis assirioꝝ eruā te / et ciuitatē istā: et protegā eā. Dicit dn̄s: op̄s R. Iacta cogitatum tuum in dn̄o et ipse te enutriet. V. Dū clamarem ad dn̄m exaudiuit vocē meā ab hiis q̄ appropiquāt michi. Secūdum Matheum. viii.

In illo tp̄e. Cū introisset iesus capharnaū: accessit ad eū cēturio rogans eū et dicens. Dn̄e: puer meus iacet in domo paraliticus: ꝛ male torquet̄. Et ait illi iesus Ego veniā: et curabo eū. Et respondens cēturio ait. Dn̄e nō sū dignus vt intres sub tectū meū: sed tātū dic verbo: et sanabitur puer meus. Nā et ego homo sū sub potestate cōstitu-

tus habens sub me milites. Et dico huic vade: et vadit. Et alio veni, et venit. Et servo meo fac hoc et facit. Audiēs autē iesus miratus est. et se quētibus se dixit. Amen dico vobis nō inveni tantā fidē in israel. Dico autē vobis: ꝙ multi ab oriēte / et occidente veniēt/ et recūbent cū abraham/ et isaac/ et iacob in regno celorū. Filii autē regni eiicient in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Et dixit iesus cēturioni Vade et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Offer. Ad te dn̄e levavi aīam meā deus meus i te cōfido nō erubescā neqꝫ irrideāt me ii mici mei eteni universi qui te expectant non confundentur. Secreta

Sacrificiis presentibus q̄s dn̄e placatus itende vt et devotioni nostre proficiāt/ et saluti. Per do. Prefatio Qui corporali ieiu. Cōio Acceptabis sacrificiū iustitie oblationes et olocausta sup altare tuū dn̄e. Postcō

Celestis doni bn̄dictiōe percepta supplices te deus omps̄ deprecamur: vt hoc idē nobis et sacramēti causa sit/ et salutis. Per. Super populū Oremꝰ. Hūiliate ca. Orō.

Parce dn̄e parce populo tuo vt dignis flagellationibus castigatus: in tua miseratione respiret. Per do. Feria sexta. Officiū.

Audivit dn̄s ꝛ misertꝰ est michi dn̄s factꝰ est adiutor meus. Ps. Exaltabo te dn̄e qm̄ suscepisti me: nec delectasti iimicos meos sup me. Glia. Oremꝰ. Flectamꝰ ge.

Inchoata ieiunia q̄s Orō. dn̄e benigno favore ꝓsequere vt observantiā quā corporaliter exhibemus: mētibus etiā sinceris exercere valeamus. Per dominū.

Lectio isaie prophete lviii. c

Hec dicit dn̄s Clama ne cesses quasi tuba exalta vocē tuā: et annūtia populo meo scelera eorū/ ꝛ domui iacob pctā eorū. Me etenim de die in diē querūt: et scire vias meas volūt. Quasi gēs q̄ iustitiā fecerit: et que iudiciū dei sui nō dereliq̄rit. Rogāt me iudicia iustitie: et appropiquare deo volūt. Quare ieiunavimꝰ: et nō aspexisti: humiliavimus aīas nr̄as/ et nescisti? Ecce in die ieiunii vr̄i īvenit voluntas vr̄a: et oēs debitores vr̄os repetitis. Ecce ad lites et ad cōtētiones ieiunatis: et percutitis pugno ipie. Nolite ieiunare sicut vsqꝫ ad hāc diē: vt audiatur in excelso clamor vester. Nunqd tale est ieiuniū/ qd elegi: per diē affligere hoiem aīam suā? Nunqd cōtorquere quasi circulū caput suū et saccū et cinerē sternere? Nūquid istud vocavi ieiuniū: et diē acceptabilē dn̄o? Nōne hoc est magis ieiuniū qd elegi? Dissolue colligatiōes ipietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui cōfracti sūt liberos: et oē onus dirūpe. Frange esurieti panē tuū: et egenos vagosqꝫ induc in domū tuā. Cū videris nudū operi eū: ꝛ carnē tuā ne despexeris. Tūc erūpet quasi mane lumē tuū: et sanitas tua citius orief. Et ante ibit faciē tuam iustitia tua: et gloria dn̄i colliget te. Tunc invocabis: et dn̄s exaudiet clamabis et dicet. Ecce adsū. Quia misericors sū

dñs deus tu⁹. ℟ Vnã petii a dño hanc requirã vt ihabitẽ in domo dñi. ℣ Vt videã volũtatẽ dñi et protegar a tẽplo sctõ ei⁹ Tract⁹ Dñe nõ scdm. quere supra in die cinerũ. Scdm Matheũ .v.c.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Audistis q2 dictum est antiqs. Diliges primũ tuũ: ⁊ odio habebis iimicũ tuũ. Ego autẽ dico vobis. Diligite iimicos vr̃os: bñfacite hiis q̇ oderunt vos. Et orate p psequẽtibus et calũniantibus vos: vt sitis filii pr̃is vr̃i qui in celis est. Qui solẽ suũ oriri facit sup bonos et malos: et pluit sup iustos et iniustos. Si eni diligitis eos q̇ vos diligũt: quã mercedẽ habebitis? Nõne et publicani hoc faciũt. Et si salutaueritis fr̃es vr̃os tantũ: qd ãpli⁹ facietis? Nõne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos pfecti: sicut et pat vester celestis pfect⁹ est. Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis corã hoĩbus vt videamini ab eis. Alioqn mercedẽ nõ habebitis: apud prẽm vestrũ q̇ i celis est. Cũ ergo facis elesmosynã noli tuba canere ãte te: sicut hypocrite faciũt in synagogis/et in vicis/vt honorificent ab hoĩb⁹. Amen dico vobis: receperunt mercedẽ suã Te autẽ faciente elemosynã: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in abscondito. Et pat tuus q̇ videt te i abscõdito: reddet tibi. Et cũ oratis nõ eritis sicut hypocrite: q̇ amãt in synagogis: et in angulis platearũ stantes orare: vt videant ab hoĩb⁹ Amẽ dico vobis: receperunt mercedẽ suã Tu autẽ cũ oraueris: intra in cubiculum tuum: et clauso ostio ora patrem tuũ in abscõdito. Et pater tu⁹ qui videt in abscondito: reddet tibi.

Offr. Dñe viuifica me scdm eloquiũ tuũ vt sciã testimonia tua. Secreta.

SAcrificiũ dñe obseruãtie quadragesimalis offerim⁹: presta q̃s: vt tibi mentes nr̃as reddat acceptas: et continẽtie prõptioris nobis tribuat facultatẽ. Per do. Prefatio Qui corporali. Coĩo. Seruite dño in timore et exultate ei cũ tremore apprehẽdite disciplinã ne pereatis de via iusta.

SPiritũ nobis dñe Postcõ. tue charitatis infũde: vt quos vno pane celesti saciasti: tua facias pietate cõcordes. Per eiusdẽ. Sup populũ Orem⁹. Hũiliate ca. Oro.

TVere dñe populũ tuuz: et ab oĩbus peccatis clemẽter emũda. q̇a nulla nocebit ei aduersitas: si nulla dñetur iiquitas. Per dñm

Sabbato. Officium.

AVdiuit dñs et misertus est michi dñs factus est adiutor me⁹. Ps. Exaltabo te dñe qm suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Oremus Flectamus genua. Leuate. Oratio.

ADesto dñe supplicatõibus nostris et cõcede: vt hoc solẽne ieiuniũ qd animis corporibusq3 curãdis/salubriter institutũ est: deuoto seruicio celebremus. Per dñm.

Lectio isaie prophete. lviii.c.

HEc dicit dñs deus. Si abstuleris de medio tui cathenã: et desieris digitũ tuũ extendere: et loqui quod nõ prodest. Cũ effuderis esurienti aĩam tuã et aĩam afflictã

repleueris: orietur in tenebris lux tua et tenebre tue erunt sicut meridies. Et requiem dabit tibi dñs deus tuus semper: et implebit splendoribus animã tuam. Et ossa tua liberabit Et eris quasi ortus irriguus: et sicut fons aquarum: cuius non deficient aque. Et edificabuntur in te deserta seculorũ: fundamenta generationis et generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiũ: auertens semitas in quietẽ. Si auerteris a sabbato pedem tuũ: facere voluntatem tuã in die sancto meo: et vocaberis sabbatum delicatum: et sanctum dñi gloriosum. Et glorificaueris eum / dum non facis vias tuas: et non inuenitur voluntas tua / vt loquaris sermonem. Tunc delectaberis super dño: et sustollam te super altitudinem terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim domini: locutũ est. ℟. Unam petii a dño hãc requiram vt inhabitem in domo dñi. ℣. Ut videã voluntatem dñi et protegar a tẽplo sancto eius.

Secundũ Marcum. vi. c.

In illo tempore. Cum sero factum esset: erat nauis in medio mari: et iesus solus in terra. Et videns discipulos suos laborantes in remigando. Erat enim ventus cõtrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt fantasma esse: et exclamauerunt. Omnes enim eum viderunt: et conturbati sunt. Et statim iesus locutus est cum eis: et dixit illis. Confidite. Ego sũ: nolite timere. Et ascẽdit ad illos in nauim: et cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant. Non enĩ intellexerunt de panibus. Erat enĩ cor illorũ obcecatũ. Et cum transfretassẽt peruenerunt in terram genesareth: et applicuerunt. Cumque egressi essent de naui: continuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuersã regionem illam: ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circũferre: vbi audiebant eum esse. Et quocunque introibat in vicos / vel in villas / aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos: et deprecabantur eum: vt vel fimbriã vestimenti eius tangerẽt. Et quotquot tangebãt eũ: salui fiebãt. Offer. Dñe viuifica me scdm eloquiũ tuũ vt sciã testimonia tua. Secre.

Suscipe dñe hoc sacrificiũ cui⁹ te voluisti dignanter immolatione placari: et presta quesumus vt eius operatione mundati / beneplacitum tibi nostre mentis offeram⁹ affectum. Per dominũ. Prefatio. Qui corporali ieiunio vicia. Coĩo. Seruite dño in timore et exultate ei cũ tremore apprehẽdite disciplinã ne pereatis de via iusta. Post coĩo.

Celestis vite munere vegetati quesumus dñe: vt quod est nobis in presẽti vita mysterium: fiat eternitatis auxilium. Per dñm. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Super populum. Oratio.

Fideles tui deus per tua dona firmentur: vt eadẽ et percipiendo requirãt: et querẽdo sine fine

percipiant. Per dñm. Dñica prima in quadragesima. Introitus.

i Inuocauit me et ego exaudiã eũ eripiã eum et glorificabo eũ: longitudine dierũ adimplebo eũ. ps. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectiõe dei celi cõmorabitur. Gloria. Dñs vobiscũ. nõ dicit. Flectamus genua diebus dñicis et festiuis. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam annua quadragesimali obseruatione purificas: pſta familie tue: vt quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bonis operibus exequatur. Per dñm. Lectio epistole beati pauli apli. Ad corinthios. ii. vi. c

Fratres. Hortamur vos: ne in uacuũ gratiam dei recipiatis Ait enĩ. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionẽ: vt non vituperetur ministeriũ nostrum. Sed in omibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patiẽtia. In tribulatiõibus in necessitatib9 in angustiis/in plagis/in carceribus/in sediciõibus/in laboribus/in vigiliis/in ieiuniis/in castitate/in sciẽtia in longanimitate/ in suauitate/ in spiritusãcto. In charitate nõ ficta/ in verbo veritatis / in virtute dei. Per arma iustitie: a dextris ⁊ a sinistris. Per gloriã: et ignobilitatem. Per infamiã: et bonam famã. Vt seductores: ⁊ veraces. Sicut q̃ ignoti: et cogniti, Quasi moriẽtes: et ecce viuimus. Vt castigati: et nõ mortificati: quasi tristes: sẽper aũt gaudentes. Sicut egentes: multos autem locupletantes. Tanq̃ nichil habentes: et omnia possidentes. R. Angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus viis tuis V. In manibus portabunt te ne vnq̃ offendas ad lapidem pedũ tuũ. Tractus.

Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi cõmorabit. V. Dicet dño susceptor meus es tu et refugiũ meũ deus meus sperabo in eum. V. Quoniã ipse liberauit me de laqueo venantium et a verbo aspero. V. Scapulis suis obũbrabit tibi et sub pennis eius sperabis. V. Scuto circũdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno. V. A sagitta volante per diẽ a negocio perambulante in tenebris a ruina et demonio meridiano. V. Cadẽt a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis tibi autẽ non appropiquabit. V. Quoniã angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis. V. In manibus portabunt te ne vnq̃ offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. V. Super aspidem et basiliscũ ambulabis et conculcabis leonem et draconem. V. Quoniã in me sperauit liberabo eum protegam eũ quoniam cognouit nomen meũ. V. Inuocauit me et ego exaudiã eũ cũ ipso sũ in tribulatione: V. Eripiã eum et glorificabo eũ longitudine dierũ adimplebo eũ et ostendam illi salutare meũ.

Secundum Matheum. iiii. c.

In illo tempore. Ductus est iesus in desertũ a spiritu: vt temptaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctib9 postea esuriit. Et ac-

cedens tētator dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptū est enim. Nō in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tūc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum super pinnaculum templi: et dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de te: et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedē tuum. Ait illi iesus rursum. Scriptum est. Nō tē tabis dominū deum tuum. Iterū assumpsit eum diabolus in montē excelsum valde: et ostendit ei omia regna mundi et gloriam eorum: et dixit illi. Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Vade sathana. Scriptum est enim. Dominum deum tuū adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce āgeli accesserunt: et ministrabant ei. C redo. Offer. Scapulis suis obūbrabit tibi dñs et sub pennis eius sperabis scuto circundabit te veritas ei9. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis inicii solenniter immolamus te dñe deprecantes: vt cum epularū restrictione carnaliū: a noxiis quoq3 voluptatibus temperemur. Per dominū. Nota q in diebus dñicis quadragesime non dicit. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Coio Scapulis suis obūbrabit tibi et sub pen ei9 sperabis scuto circūdabit te veritas ei9 Postcoio.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos in ministerii salutaris faciat transire consortium. Per dominum.

Feria secunda. Officium.

Sicut oculi seruorū in manibus dñorū suorū: ita oculi nostri ad dñm deū nostruz donec misereat nostri miserere nobis dñe miserere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Oremus. Flectamus ge. Oro.

Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat/ mentes nostras celestibus istrue disciplinis Per dominum. Lectio ezechielis prophete. xxxiiii. ca.

Hec dicit dñs de9. Ecce ego ipse requirā oues meas: et visitabo eas: sicut visitat pastor gregē suū in die, quando fuerit in medio ouiū suarum dissipatarū. Sic visitabo oues meas: et liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersę fuerāt/ in die nubis et caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et inducam eas in terram suam. Et pascam eas in mōtibus israel: in riuis/ et in cūctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: et in montibus excelsis israel erūt pascue earum. Ibi requiescent in herbis virentibus: et in pascuis pinguibus pascētur/ super montes israel. Ego pascā oues meas: et ego eas accubare faciā dicit dominus deus. Qd perierat requirā: et quod abiectū fuerat reducam. Et quod confractū fuerat alligabo: et quod infirmū fuerat con

solidabo: et quod pingue et forte cu stodiã. Et pascam illas in iudicio: et iustitia. Dicit dñs omipotēs. R. Protector noster aspice deus et respice su per seruos tuos. V. Dñe deus virtutum exaudi preces seruorũ tuorũ. Tractus.

Domine non secundum peccata no stra que fecimus nos neqꝫ secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatum no strarũ antiquarũ cito anticipent nos mi sericordie tue quia pauperes facti sum⁹ nimis. V. Adiuua nos deus salutaris no ster et propter gloriam nomis tui libera nos et propitius esto peccatis nostris pro pter nomen tuũ. Scdm Matheũ. xxv

In illo tempore. Dixit iesus di scipulis suis. Cum venerit fi lius homis in maiestate sua/et oēs angeli eius cum eo. tunc sedebit su per sedē maiestatis sue. Et congre gabũtur ante eũ omēs gentes: et se parabit eos ab inuicem: sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet q̇dem oues a dextris: hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex hiis qui a dextris eius erunt. Venite benedi cti patris mei: possidete paratũ vo bis regnum a constitutione mũdi. Esuriui enĩ: et dedistis michi man ducare. Sitiui et dedistis michi bi bere. Hospes eram: et collegistis me Nudus: ⁊ cooperuistis me. Infirm⁹ et visitastis me. In carcere eram: et venistis ad me. Tunc respondebũt ei iusti dicentes. Dñe quando te vi dimus esurientem ⁊ pauimus: aut sitientem: et dedimus tibi potum: Quando autem te vidimus hospi tem: et collegimus te: Aut nudum et cooperuimus te: Aut quando te vidimus infirmũ: aut in carcerem et venimus ad te: Et respōdēs rex: dicet illis. Amē dico vobis q̄diu fe cistis vni de his fratribus meis mi nimis. michi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris erũt. Discedite a me maledicti in ignē eternum: qui preparatus est diabolo / et angelis eius. Esuriui enim: et non dedistis michi manducare: Sitiui: et nō de distis michi potũ: Hospes erã. et nō collegistis me. Nudus: et nō coope ruistis me. Infirm⁹ ⁊ in carcere: et non visitastis me. Tunc responde bunt ei et ipsi dicentes. Dñe quan do te vidimus esurientē/aut sitien tem/aut hospitē/aut nudũ/ aut in firmũ/aut in carcere: ⁊ nō ministra uimus tibi. Tunc respōdebit illis: dicens. Amen dico vobis: q̄diu nō fecistis vni de minoribus his: nec michi fecistis. Et ibũt hi in suppli cium eternũ. Iusti autem: in vitam eternam. Offertoriũ. Leuabo oculos meos et considerabo mirabilia tua do mine: vt doceas me iustitiam tuam: da michi intellectum vt discã mandata tua

Munera quesum⁹ Secreta. domine oblata sãctifica: nos qꝫ per hec a peccatorũ nostrorũ ma culis emunda. Per dñm. Prefatio. Qui corporali ieiunio vicia cōpri mis mentem eleuas virtutem lar giaris et premia. Per Cōmunio. Voce mea ad dominum clamaui et exau diuit me de monte sancto suo non time bo milia populi circundantis me.

Salutaris tui dñe Postcoīo. munere saciati te supplices ex

oram⁹: vt cuius letamur gustu/ renouemur effectu. Per. Sup popu lũ. Orem⁹. Hũiliate capita Orõ

Absolue quesum⁹ domine nostrorũ vincula peccatorũ: et quicquid p eis meremur ppiciat⁹ auerte. Per dñm. Feria tertia. Officiũ.

Domine refugiũ factus es nobis a generatiõe et pgenie a seculo et in seculũ tu es. Ps. Priusq̃ montes fierent aut formaretur terra et orbis a seculo et in seculum tu es deus. Oremus. Flectam⁹. Orõ

Respice dñe familiam tuã et presta: vt apud te mẽs nostra tuo desiderio fulgeat: que se carnis maceratione castigat. Per dñm.

Lectio Ysaie prophete. lv. c.

In diebus illis. Locutus est ysaias propheta dicens. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dñm et miserebitur eius: et ad deũ nostrum/ qm̃ multus est ad ignoscẽdũ. Nõ eni cogitatiões mee cogitatiões vr̃e: neq3 vie mee vie vestre dicit dñs. Quia sicut exaltãtur celi a terra: sic exaltate sũt vie mee a viis vestris: et cogitatiões mee a cogitatiõib⁹ vr̃is. Et quomodo descẽdit imber/ et nix de celo: et illuc vltra nõ reuertitur: sed inebriat terrã et infundit eã: et germinare eã facit. Et dat semen serenti et panẽ comedenti: sic erit verbũ meũ qd̃ egredietur de ore meo. Non reuertet ad me vacuũ: sed faciet quecũq3 volui et psperabit in his ad que misi illud. Dicit dñs omps. R. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. V. Eleuatio manuũ mearũ sacrificium vespertinum. Sequẽtia sãcti euãgelii. Scd̃m Matheũ. xxi. c.

In illo tempore. Cum intrasset iesus hierosolymã: cõmota est vniuersa ciuitas dicẽs. Quis est hic: Populi autẽ dicebãt. Hic est iesus propheta: a nazareth galilee. Et intrauit iesus in templũ dei: et eiciebat omẽs vendẽtes/ et ementes in tẽplo. Et mensas nũmulariorũ: et cathedras vendentiũ columbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est. Domus mea: domus oratiõis vocabitur. Vos autẽ fecistis illã speluncam latronũ. Et accesserunt ad eũ ceci/ et claudi/ in tẽplo et sanauit eos. Vidẽtes aũt pricipes sacerdotũ et scribe: mirabilia q̃ fecit: et pueros clamantes in tẽplo et dicẽtes. Osãna filio dauid: indignati sunt/ et dixerũt ei. Audis quid isti dicunt: Jesus autẽ dixit eis. Vtiq3. Nũquid legistis: quia ex ore infantiũ et lactẽtiũ perfecisti laudem. Et relictis illis: abiit foras extra ciuitatẽ in bethaniã. Jbiq3 mãsit: et docebat eos de regno dei. Offr. Jn te domine speraui dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Oblatis quesum⁹ domine placare munerib⁹: et a cũctis nos defende periculis. Per dominum. Prefatio. Qui corporali ieiunio vi. Coĩo. Cum inuocarem te exaudisti me deus iustitie mee in tribulatione dilatasti me miserere michi dñe et exaudi orationem meam. Postcoĩo.

Quesumus omnipotens de⁹: vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum. Super populum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Ascendant ad te domine preces nostre: et ab ecclesia tua cunctā repelle nequiciam. Per dominum

Feria quarta. Officium.

Reminiscere miserationū tuarum domine et misericordie tue que a seculo sūt ne vnq̄ dominētur nobis inimici nostri libera nos deus israel ex omnibus angustiis nostris. Ps. Ad te domine leuaui animā meam deus meus in te confido non erubescam Non dicitur Dn̄s vobiscū. sed dicitur. Oremus. Flectamus ge. Le. Oro.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi: et cōtra cuncta nobis aduersātia: dexteram tue maiestatis extende. Per d.

Lectio libri exodi. xxiiii. c

In diebus illis. Dixit domin⁹ ad moysen. Ascende ad me in montem: et esto ibi. Daboq̧ tibi tabulas lapideas: et legem ac mādata que scripsi: vt doceas filios israel. Surrexerunt autem moyses et iosue minister ei⁹. Ascēdensq̧ moyses in montem domini: senioribus ait. Expectate ergo hic: donec reuertar ad vos. Habetis aaron et hur vobiscum: si quid natum fuerit questionis: referetis ad eos. Cunq̧ ascēdisset moyses: operuit nubes montē. Et habitauit gloria domini super synai: tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini: quasi ignis ardens super verticem montis/ in conspectu filiorum israel. Ingressusq̧ moyses medium nebule: ascendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus: et quadraginta noctibus. R. Tribulationes cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me domine. V. Vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte oīa peccata mea. Hic dicatur. Dominus vobiscum. Orem⁹ Flectamus genua. Leuate.

Oratio.

Deuotionem populi tui quesumus domine benignus intende: vt qui per abstinentiam macerantur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominum nostrū. Lectio libri regum. iii. xix. ca.

In diebus illis Venit helias in bersabee iuda: et dimisit ibi puerum suum: et perrexit in desertum viam vnius diei. Cunq̧ venisset et sederet subter vnam iuniperum: petiuit anime sue vt moreretur: et ait. Sufficit michi domine: tolle animam meam. Neq̧ enim melior sum: q̄ patres mei. Proiecitq̧ se: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum, Dixitq̧ ei. Surge: comede. Respexit: et ecce ad caput suum subcinericius panis/ et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusq̧ est angelus domini secundo: et tetigit

eum, Dixit ei. Surge comede: grā-
dis enim tibi restat via. Qui cum
surrexisset comedit: et bibit. Et am-
bulauit in fortitudine cibi illiꝰ qua
draginta diebus et quadraginta no
ctibus: vsqꝫ ad montem dei oreb.

Tractus.

De necessitatibus meis eripe me do
mine vide humilitatem meam et
laborem meum et dimitte omnia pecca-
ta mea. ℣. Ad te domine leuaui animā
meam: deus meus in te confido non eru
bescam neqꝫ irrideant me inimici mei.
℣. Etenim vniuersi qui te expectant nō
confundentur cōfundantur omnes faci-
entes vana. Tractus.

Domine non secundum peccata no
stra que fecimus nos neqꝫ secundū
iniquitates nostras retribuas nobis. ℣.
Domine ne memineris iniquitatum no
strarū antiquarū cito anticipent nos mi
sericordie tue quia pauperes facti sumꝰ
nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris no-
ster et propter gloriam nomis tui libera
nos et propitius esto peccatis nostris pro
pter nomen tuum. Sequentia
sācti euāgelii. Scdm Matheū. xii.

In illo tempore. Accesserunt
ad iesum scribe et pharisei di
centes. Magister: volumus a te si-
gnum videre. Qui respondens ait
illis. Generatio mala et adultera
signum querit: et signum non da-
bitur ei: nisi signum ione prophete
Sicut enim fuit ionas in ventre ce
ti tribus diebus et tribus noctibus/
sic erit filius hominis in corde ter-
re/ tribus diebus et tribus noctibꝰ.
Viri niniuite surgent in iudicio cū
generatione ista: et condemnabūt
eam/ quia penitentiam egerunt in
predicatione ione. Et ecce plusq̄ io
na hic. Regina austri surget in iu-
dicio cum generatione ista et con-
demnabit eam: quia venit a fini-
bus terre audire sapientiam salo-
monis. Et ecce plusq̄ salomon hic
Cum autem spiritus immundus
exierit ab homine: ambulat per lo-
ca arida: querens requiem/ et nō in
uenit. Tunc dicit. Reuertar in do-
mum meam: vnde exiui. Et veni-
ens inuenit eam vacantem: scopis
mundatam et ornatam. Tunc va-
dit et assumit septem alios spiri-
tus secum nequiores se: et intran-
tes habitant ibi. Et fiunt nouis-
sima hominis illius: peiora priori-
bus. Sic erit et generationi huic
pessime. Adhuc eo loquente ad tur-
bas: ecce mater eius/ et fratres sta-
bant foris querentes loqui ei. Di-
xit autem ei quidam. Ecce mater
tua/ et fratres tui: foris stant querē
tes te. At ille respondens dicenti si-
bi/ ait. Que est mater mea: et qui
sunt fratres mei? Et extendēs ma-
num in discipulos suos: dixit. Ec-
ce mater mea: et fratres mei. Qui-
cunqꝫ enim fecerit voluntatem pa
tris mei qui in celis est: ipse meus
frater et soror et mater est. Offer.
Meditabor in mandatis tuis que dilexi
valde et leuabo manus meas ad manda
ta tua que dilexi. Secreta.

Hostias tibi domine placatio
nis offerimꝰ: vt et delicta no-
stra miseratus absoluas: et nutan-
tia corda tu dirigas. Per dominū
nostrum iesum christum filium.

Prefatio. Qui corporali ieiunio vicia comprimis mentē eleuas virtutē largiaris et premia. Per. Coio Intēde clamorē meū intēde voci oratiōis mee rex meus et deus meus quoniam ad te orabo dñe. Postcoio.

Tui q̄s dñe perceptione sacramēti: et a nr̄is mūdemur occultis: et ab hostiū liberemur insidiis. Per dñm. Super populū Oremº. Humiliate capita vr̄a deo. Orō

Mentes nostras q̄s domine lumīe tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sūt: et que recta sūt agere valeamus. Per

Feria quinta. Officium.

Confessio et pulchritudo in cōspectu eius sctitas et magnificētia in sāctificatione eius. Ps Cantate dño canticū nouū: cantate domino omīs terra. Gl̄a. Oremº Flectamus genua Leuate. Orō

Omnipotēs sēpiterne deus qui in obseruatione ieiunii et in elemosinaꝝ largitione nostroꝝ posuisti remedia peccatorum: cōcede nos mēte et corpore semper tibi esse deuotos. Per dominum.

Lectio esdre prophete. neemie i.c

In diebus illis. Orauit esdras dicēs. Queso dñe deus celi fortis magne atq; terribilis: qui custodis pactū atq; miam hiis qui te diligunt: et custodiunt mandata tua fiat auris tua ascultās et oculi tui apti vt audias orationem serui tui quā ego oro coram te hodie nocte et die pro filiis israel seruis tuis: et cōfiteor pro peccatis eoꝝ q̄bus peccauerūt tibi. Memento verbi qđ mādasti moysi famulo tuo dicens: custodiatis p̄cepta mea et faciatis ea: etiā si abducti fueritis ad extrema celi inde congregabo vos: et reducā vos in locum quē elegi: vt habitaret nomen meum ibi. Et ipsi serui tui et populus tuus: quos redemisti in fortitudine tua magna: et in manu tua valida. Obsecro domine sit auris tua intendēs ad orationē serui tui et ad orationē seruoꝝ tuorum qui volunt timere nomen tuum: et dirige seruum tuū hodie. Et da misericordiam populo tuo: dñe deus noster. R. Custodi me dñe vt pupillam oculi sub vmbra alarū tuarū protege me. V. De vultu tuo iudiciū meum prodeat oculi tui videant equitates.

Sequentia sancti euangelii. Secundum Marcum. viii.

In illo tempore. Surgens iesus/ abiit in fines tyri et sidonis. Et ingressus domum neminem voluit scire: et non potuit latere. Mulier enī statim vt audiuit de eo cuius habebat filia spiritum im mūdum intrauit/ et procidit ad pedes eius. Erat autem mulier gentilis syrophenissa genere. Et rogabat eum vt demoniū eiiceret de filia sua. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. At illa respondit: et dixit ei. Utiq; domine. Nā et catelli comedunt sub mensa: de micis puerorū. Et ait illi. Propter hunc sermonē vade: exiit demonium de filia tua. Et cū abiisset domū: īuenit puellā iacētē sup lectū: et demoniū exiisse.

Offertorium Immittit angelus domini in circuitu timentiũ eum et eripiet eos gustate et videte quoniam suauis est dominus

Secreta

Sacrificia q̃s dñe ꝓpẽsius nos ista restaurẽt: q̃ medicinalib⁹ sũt ĩstituta ieiuniis. P d. Prefatio. Qui corporali. Co͂io Panis quẽ ego dabo caro mea est ꝑ seculi vita. Postcõ.

Tuorũ nos dñe largitate donorũ et tp̃alibus attolle p̃sidiis: et renoua sẽpiternis. Per dñm.

Super populũ Oremus Humiliate capita vestra deo. Oratio

Da q̃s dñe populis xp̃ianis ⁊ q̃ profitent̃ agnoscere: et celeste munus diligere quod frequẽtãt. P

Feria sexta. Officium.

De necessitatib⁹ meis eripe me dñe vide hũilitatẽ meã et laborẽ meũ: et dimitte omĩa pctã mea. Ps. Ad te dñe leuaui aĩam meã deus meus: in te cõfido nõ erubescã. Oremus. Flectamus genua. Orõ.

Esto dñe ꝓpitius plebi tue: et quã faci s tibi esse deuotã: benigno refoue miseratus auxilio. P

Lectio ezechielis prophete xviii.

Hec dicit dñs de⁹. Aĩa q̃ peccauerit: ipsa morietur. Filius non portabit iniq̃tatẽ p̃ris: et pat̃ nõ portabit iniq̃tatẽ filii. Iustitia iusti super eũ erit: et ĩpietas ĩpii sup eum erit. Si autẽ ĩpius egerit penitẽtiã ab oĩbus pctĩs suis q̃ opatus est: et custodierit oĩa p̃cepta mea: et fecerit iudiciũ et iustitiã: vita viuet et nõ morietur. Oim iniq̃tatũ ei⁹ quas opatus est: nõ recordabor. In iustitia sua quã opatus est: viuet. Numq̃d volũtatis mee est mors ĩpii: dicit dñs deus; et nõ vt cõuertat̃ a viis suis: ⁊ viuat. Si aũt auerterit se iustus a iustitia sua: et fecerit iniq̃tatem: scd̃m omẽs abomĩationes quas operari solet ĩpius: numq̃d viuet. Omẽs iustitie eius quas fecerat: nõ recordabunt̃. In preuaricatione qua preuaricatus est: et in pctõ suo qd̃ peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Nõ est equa via dñi. Audite ergo domus israel. Nũquid via mea nõ est equa: et non magis vie vestre praue sunt. Cũ eñi auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem: moriet̃ in eis. In iniustitia quã operatus est: morietur. Et auerterit se ĩpius ab impietate sua quã operatus est: et fecerit iudiciũ et iustitiã: ipse aĩam suã viuificabit. Cõsiderans enim et auertẽs se ab omibus ĩiquitatibus suis quas operatus est: vita viuet et nõ morietur, Dicit dñs omp̃s. R. Saluũ fac seruũ tuũ deus meus sperantẽ in te. V. Aurib⁹ percipe dñe orationẽ meã Tractus. Dñe nõ scd̃m pctã vts feria scd̃a

Secundum Johannem. v.c.

In illo tp̃e. Erat dies festus iudeorum: ⁊ ascẽdit iesus hierosolymam Est aũt hierosolymis probatica piscina q̃ cognoĩat̃ hebraice bethsaida quinq₃ portic⁹ habẽs. In his iacebat multitudo magna lãguentiũ cecorum claudorũ/aridorũ expectãtiũ aque motũ. Angelus autẽ dñi secundũ tẽpus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionẽ aq̃: sanus fiebat a quacũ-

q̄ detinebat infirmitate. Erat aūt q̄dā hō ibi triginta et octo ānos habēs: in īfirmitate sua. Hūc cū vidisset iesus iacentē: et cognouisset / q̄a multū iā tp̄s haberet: dicit ei. Vis sanus fieri: Respōdit ei lāguid⁹. Domine: hoīem nō habeo: vt cū turbata fuerit aqua: mittat me ī piscinā. Dū venio enī ego: alius āte me descendit. Dicit ei iesus. Surge: tolle grabatū tuū / ⁊ ābula. Et s̄tatī san⁹ factus est hō ille: et sustulit grabatū suū: et ābulabat. Erat aūt sabbatū in illa die. Dicebāt ergo iudei illi q̄ sanus factus fuerat. Sabbatū est: nō licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis. Qui me sanū fecit: ille michi dixit. Tolle grabatū tuū et ābula. Introgauerūt ergo eū. Quis est ille hō q̄ dixit tibi: tolle grabatū tuū et ambula: Is autē q̄ sanus fuerat effect⁹: nesciebat q̄s esset. Jesus autē declinauit a turba cōstituta ī loco. Postea īuenit eū iesus in tēplo et dixit ei. Ecce sanus fact⁹ es: iā noli peccare / ne deterius aliq̄d tibi cōtingat. Abiit ille hō et nūtiauit iudeis q̄a iesus esset: q̄ fecit eū sanū. Offr.

Benedic aīma mea dn̄o et noli obliuisci omēs retributiones eius et renouabit̄ sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e mūera n̄ris oblata seruitiis et tua ꝓpiti⁹ dona s̄ctifica. P. Prefatio. Qui corporali. Coio. Erubescāt et cōturbent̄ oēs inimici mei auertant̄ retrorsū et erubescant valde velociter. Postcoio.

Per huius dn̄e operationē mysterii: et vicia n̄ra purgent̄: et iusta desideria cōpleātur. P. Sup populū. Orem⁹. Hūiliate ca. Oro.

Exaudi nos misericors deus: et mētib⁹ n̄ris gr̄e tue lumē ostēde. P. Sabbato in ieiuniis .iiii. tp̄m

Intret oro mea ī cōspectu tuo īclina aurē tuam ad p̄cē meam dn̄e. Officiū. Ps. Dn̄e deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Oro. sine Dn̄s vo. sed dicat̄. Orem⁹. Flectamus. Orō.

Populū tuū q̄s dn̄e ꝓpiti⁹ respice: atq̄ ab eo flagella tue iracūdie / clementer auerte. Per do.

Lectio libri deuteronomii. xxvi.

In diebus illis. Locut⁹ est moyses ad dn̄m dicēs. Respice dn̄e de s̄ctuario tuo: et de excelso celorū habitaculo. Et bn̄dic pp̄lo tuo isrl̄: et t̄re quā dedisti nobis sicut iurasti patrib⁹ n̄ris terre lacte et melle mananti. Audi israel. Hodie dn̄s de⁹ tuus precepit tibi vt facias mandata hec atq̄ iudicia: et custodias et impleas ex toto corde tuo: et ex tota aīma tua. Dn̄m elegisti hodie: vt sit tibi deus / et ābules in viis eius: et custodias cerimonias illi⁹: et mādata atq̄ iudicia: et obedias ei⁹ īperio. Et dn̄s elegit te hodie: vt sis ei popul⁹ peculiaris sicut locut⁹ est tibi: et custodias oīa precepta illius: et faciat te excelsiorē cūctis gētib⁹ quas creauit in laudē / et nomen / et gloriā suam: vt sis pp̄ls s̄ctus dn̄i dei tui: sicut locutus est tibi. R. Propicius esto dn̄e pc̄tis nostris neq̄n dicāt gētes vbi est deus eorū. V. Adiuua nos deus salutaris noster et ꝑpter honorē noīs tui dn̄e libera nos. Sine Dn̄s vobiscū. sed dicat̄ Orem⁹. Flectam⁹ genua le. Oro.

Deus q̄ nos in tātis periculis cōstitutos pro hūana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutē mētis et corporis: vt ea q̄ pro peccatis nostris patimur: te adiuuante vincamus. Per dn̄m.

Lectio libri deuteronomii. xi.c.

In diebus illis. Dixit moyses filiis isrl'. Si custodieritis mādata q̄ ego precipio vobis: et feceritis ea vt diligatis dn̄m deū vestrū: et ambuletis in oībus viis eius adherētes ei. Disperdet dn̄s omēs gētes istas ante faciē vestrā: et possidebitis eas que maiores & fortiores vobis sūt. Omnis locus quē calcauerit pes vester: vester erit. A deserto et libano & flumie magno eufrate: vsq; ad mare occidētale erūt termini vestri. Nullus stabit contra vos: terrorē vestrū et fortitudinē dabit dn̄s deus vester super oēm terrā quā calcaturi estis. Sicut locutus est vobis: dominus deus vester. ℞. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. ℣. Dn̄e deus virtutū exaudi preces seruorū tuorum. Orō. sine Dn̄s vo sed. Orem⁹. Flecta. Orō.

Protector noster aspice deus: vt q̄ peccatorū nostrorū pōdere premimur: pcepta mīa libera tibi mente famulemur. Per dn̄m.

Lectio libri machabeorū. ii.i.c

In diebus illis. Orationē faciebant sacerdotes: dū offerrēt sacrificiū p populo israel: ionatha īchoante: ceteris aūt respōdentibus et dicētibus. Benefaciat vobis de⁹ et meminerit testamenti sui: quod ad abraham/ et isaac/ et iacob locutus est seruorū suorum fideliū. Et det vobis cor omibus vt colatis eū et faciatis eius volūtatē/ corde magno et aīmo volēti. Adaperiat dn̄s cordvm̄ in lege sua: et in pceptis suis/ et faciet pacē. Exaudiat orōnes vestras et recōciliet vobis: nec vos deserat in tpe malo: dn̄s de⁹ noster. ℞. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Sine. Domin⁹ vobiscū. Oremus Flectamus genua. leuate. Oratio.

Adesto q̄s dn̄e supplicatioib⁹ nr̄is: vt esse te largiēte mereamur/ et iter prospera hūmiles: et īter aduersa securi. Per do. Lectio libri sapientie. ecclesiastici. xxxvi.c.

Miserere nostri dn̄e deus oīm/ et respice nos: et ostēde nobis lucē miserationū tuarū. Et immitte timorē tuū sup gentes q̄ nō exq̄sierūt te vt cognoscāt q̄r nō est de⁹ nisi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manū tuā sup gētes alienas: vt videāt potētiā tuā. Sicut enī in cōspectu eorū sctificatus es in nobis: sic ī cōspectu nr̄o/ magnificaberis in eis. Vt cognoscāt te: sicut et nos agnouim⁹ q̄r nō est de⁹ preter te dn̄e Innoua signa: et īmuta mirabilia Glorifica manū: et brachiū dextrū Excita furorē: et effūde irā. Extolle aduersariū: et afflige īimicū. Festina tp̄s: et memēto finis. Vt enarrēt mirabilia tua: dn̄e deus noster. ℞. Saluū fac ppl'm tuū dn̄e et bn̄dic hereditati tue. ℣. Ad te dn̄e clamabo deus me⁹ ne sileas a me et ero similis descēdētibus in lacū. Orem⁹. Flectam⁹ ge. Orō.

Actiones nostras q̃s dñe aspirãdo preueni/et adiuuãdo prosequere: vt cũcta nr̃a opatio et orõ a te semp incipiat et per te cepta finiatur. P. Danielis pphẽ. iii. c

Angelus domini descẽdit cũ azaria. Require in aduẽtu dñi. Tract9.

Benedictus es i firmamẽto celi et laudabilis et gloriosus in secula. V. Benedicite omia opera dñi dño benedicite celi dño: benedicite angeli dñi dño. R. Hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. V. Benedicite aque omẽs que super celos sunt domino: benedicite oẽs virtutes dñi dño: benedicite sol et luna dño. R. Hymnũ dicite. et cetera. V. Benedicite stelle celi domino: benedicite imber et ros dño: benedicite omis spũs dei domino. R. Hymnum. V. Benedicite ignis et estus dño: benedicite noctes et dies dño: benedicite tenebre et lumen domino. R. Hymnũ. V. Benedicite frigus et cauma domino: benedicite pruina et niues dño. benedicite fulgura et nubes domino. R. Hymnũ. V. Benedicat terra domino: benedicite mõtes et colles domino: benedicite omia nascẽtia terre domio. R. Hymnũ. V. Benedicite maria et flumina domino: benedicite fõtes dño: benedicite cete et omia que mouẽtur in aquis dño. R. Hymnũ. V. Benedicite volucres celi domino: benedicite bestie et vniuersa pecora dño: benedicite filii hominũ domino. R. Hymnũ. V. Benedicite israel dño: benedicite sacerdotes dñi domino: benedicite serui dño. R. Hymnũ. V. Bñdicite spũs et anime iustorũ domino: benedicite sancti et humiles corde domino. R. Himnũ. V. Benedicite anania azaria misael domino. R. Himnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Dicit. Dñs vobiscum. Oremus. Et nõ dicitur. Flectam9.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede ppicius: vt nos famulos tuos non exurat flãma viciorũ. Oĩo.

P. Epl̃a. Ad thessalonicẽses. i. v.

Fratres. Rogamus vos corripite inquietos: ↄsolamini pusillanimes: suscipite infirmos. Patientes estote: ad omnes. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat. sed semp quod bonũ est sectamini in inuicem: et in oẽs. Sẽper gaudete. sine itermissione orate. in oibus gratias agite. Hec est eni voluntas dei in christo iesu: in omibus vobis. Spiritũ nolite extinguere. prophetias nolite spernere. omia autẽ probate: quod bonũ est tenete: ab omi specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per oĩa: vt integer spũs vester/et aĩa/et corpus sine querela: in die aduẽtus dñi nr̃i iesu christi seruet. Tractus

Laudate dominũ oẽs gẽtes et collaudate eũ omẽs populi. V. Qm̃ cõfirmata est super nos mia eius et veritas domini manet in eternum.

Secundum Matheum. xvii.

In illo tpe Assumpsit iesus petrũ et iacobũ et iohãnẽ fratrẽ eius: et duxit illos in montẽ excelsũ seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplẽduit facies eius sicut sol: vestimẽta aũt eius facta sũt alba/sicut nix. Et ecce apparuerũt eis moyses et helyas: cum eo loquẽtes. Respondens aũt petrus: dixit ad iesum. Dñe: bonũ est nos hic esse Si

vis:faciamus hic tria tabernacula: Tibi vnum/moysi vnum/et helye vnum. Ad huc eo loquente:ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus:in quo michi bene complacui:ipsũ audite. Et audiẽtes discipuli ceciderunt in faciem suã: et timuerũt valde. Et accessit iesus/ et tetigit eos dixitq3 eis. Surgite:nolite timere. Eleuantes aũt oculos suos:neminẽ viderũt nisi solũ iesum. Et descendẽtibus illis de mõte precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionẽ:donec fili⁹ hoĩs a mortuis resurgat. Offer. Dñe deus salutis mee in die clamaui et nocte corã te intret oratio mea in cõspectu tuo dñe. Se.

Presentibus sacrificiis q̃s dñe ieiunia nostra sãctifica: vt qđ obseruantia nostra extrinsecus pfitetur intrinsecus operetur. Per dominũ. prefatio. Qui corpora. Coio Domine deus meus in te speraui libera me ab oibus persequẽtib⁹ me et eripe me.

Sanctificationib⁹ Postcoio. tuis q̃s omnipotẽs deus:et vicia nostra curentur:et remedia nobis eterna proueniant. Per dñm.

Sup ppłm. Humiliate ca Oratio.

Ab oib⁹ nos q̃s dñe peccatis ppiciatus absolue: vt percepta venia peccatoꝝ liberis tibi mẽtibus seruiamus. Per dominum.

Dñica secunda xl. Officiũ

Reminiscere miserationum tuarũ dñe et mĩe tue que a seculo sunt ne vnq̃ dñẽtur nobis inimici nostri libera nos de⁹ israel ex oibus angustiis nostris. ps Ad te dñe leuaui aĩam meam:deus meus in te confido non erubescam. Gloria pa Orõ

Deus qui cõspicis omi nos virtute destitui interius exteriusq3 custodi:vt et ab omnib⁹ aduersitatibus mũiamur ĩ corpore:et a prauis cogitationibus mundemur in mẽte. Per. Ad thessalonicẽses i.iiii.

Fratres:Rogamus vos et obsecramus in dño iesu vt quẽadmodũ accepistis a nobis:quomodo oporteat vos ãbulare/et placere deo sic et ãbuletis vt abundetis magis Scitis eñ que pcepta dederi vobis:p dñm iesũ. Hec est eñi volũtas dei sctificatio vr̃a: vt abstineatis vos a fornicatione. Vt sciat vnusquisq3 vr̃m suũ vas possidere in sãctificatiõe et honore: nõ in passiõe desiderii/sicut et gentes que ignorãt deũ. Et ne q̃s supgradiat/neq3 circũueniat in negocio fratrẽ suũ:qm̃ vindex est dñs de omibus his sicut pdixim⁹ vobis/ et testificati sumus. Non eñi vocauit nos deus in immundiciã sed in sanctificationẽ. In christo iesu:domino nostro. Tractus

De necessitatib⁹ meis eripe me dñe vide humilitatẽ meã et laborẽ meũ et dimitte oĩa pctã mea. v. Ad te dñe leuaui aĩam meã de⁹ meus in te cõfido nõ erubescã neq3 irrideãt me inimici mei. v. Et eñi vniuersi qui te expectãt nõ cõfũdent cõfũdant oẽs faciẽtes vana. Tractus

Dixit dñs mulieri chananee nõ est bonũ sumere panẽ filioꝝ et mittere canib⁹ ad mãducãdum. v. At illa dixit etiã dñe nam et catelli edũt de micis que cadũt de mensa

dñoꝝ suoꝝ. ℣. Ait illi iesus mulier
magna ē fides tua fiat tibi: sicut pe
tisti. Secundū Matheū. xv.

IN illo tpe: Egressus iesus: se
cessit in partes tyri et sydonis.
Et ecce mulier chananea: a finib⁹
illis egressa: clamauit dicens ei. Mi
serere mei dñe fili dauid: filia mea
male a demonio vexat̄. Qui nō res
pondit ei verbū. Et accedētes disci
puli ei⁹: rogabāt eū dicētes. Dimit
te eā: quia clamat post nos. Ipse au
tē respondēs: ait. Non sū missus: ni
si ad oues q̄ pierūt dom⁹ israel At il
la venit: ⁊ adorauit eū dicēs. Dñe ad
iuua me. Qui respondens: ait Non
est bonū sumere panē filioꝝ et mit
tere canibus ad manducandum.
At illa dixit. Etiam dñie Nam et
catelli edūt de micis q̄ cadūt de mē
sa dñoꝝ suoꝝ. Tunc respōdēs iesus
ait illi. O mulier: magna est fides
tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est
filia eius: ex illa hora. Credo. Of
ferto. Meditabor i mandatis tuis que
dilexi valde et leuabo man⁹ meas ad mā
data tua q̄ dilexi. Secreta.

SAcrificiis presentibus q̄s dñe i
tēde placatus: vt ⁊ deuotiōi no
stre pficiāt et saluti. Per do. Coio.
Intellige clamorē meū domine intēde vo
ci orōis mee rex meus et deus meus quo
niam ad te orabo domine. Postcoio.

SVpplices te rogamus oṗs de
us: vt quos tuis reficis sacra
mētis: tibi etiā placitis moribus di
gnāter deseruire cōcedas. Per.

Feria secunda Officium.

REdime me dñe et miserere
mei pes eī meus stetit i via
recta i ecclīis benedicā dñm. Ps. Iu
dica me dñe quoniā ego in inocētia mea
ingressus sū: et in dño sperans nō infir
mabor. Gloria patri Oremus. Flecta
mus genua leuate. Oratio

PResta q̄s oṗs deus: vt fami
lia tua q̄ se affligēdo carnem
ab alimentis abstinet: sectādo iusti
ciā a culpa ieiūnet. Per.

Lectio danielis pphete. ix.

IN diebus illis: Orauit daniel
ad dñm dicēs. Dñe de⁹ noster
qui eduxisti pplm tuū de trā egypti
in manu forti: et fecisti tibi nomen
secundū diē hāc. Peccauimus/ iniq̄
tatē fecimus dñe: in oēm iusticiam
tuā. Auertat̄ obsecro ira tua ⁊ furor
tuus a ciuitate tua hierl'm ⁊ a mōte
sctō tuo. Propter eī peccata nr̄a et ī
quitates patrū nostroꝝ hierusalē et
ppl's tuus in opprobriū sūt oībus p
circuitū nostrū. Nūc ergo exaudi de
us noster orōem serui tui ⁊ p̄ces ei⁹:
et ostēde faciē tuā sup sāctuariū tu
um quod desertū est Propt̄ temetip
sū iclina deus meus aurē tuā et au
di: aperi oculos tuos et vide desola
tionē nostrā: et ciuitatē super quā i
uocatū ē nomē tuū Neq̄ eī i iustifica
tionibus nostris psternimus p̄ces
ante faciē tuā: sed in miserationib⁹
tuis multis. Exaudi dñe: placare dñe
Attende: et fac Ne moreris propter
temetipsū deus meus: q2 inuocatum
est nomē tuū super ciuitatē hanc: et
super pplm tuū dñe deus noster. ℟.
Adiutor meus et liberator meus esto dñe
ne tardaueris. ℣. Confundātur et reuere
antur inimici mei qui querunt animam
meam. Tractus

D Omine nō secūdū peccata nostra q̄ fecim⁹ nos neq̃ scdm iniquitates nr̄as retribuas nobis. V. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquaꝝ cito āticipēt nos mie tue q: paupes facti sum⁹ nimis. V. Adiuua nos deus salutaris noster ꝛ propter gloriam noīs tui dn̄e libera nos et propici⁹ esto peccatis nostris ꝑpter nomē tuū. Scdm iohēm viii

I N illo tp̄e: Dixit iesus turbis iudeorū. Ego vado et queritis me: et in pctō vr̄o moriemini. Quo ego vado: vos nō potestis venire Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsū quia dicit quo ego vado vos nō potestis venire Et dicebat eis iesus. Vos de deorsū estis: ego de supernis sū. Vos de mūdo hoc estis ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enī non credideritis q: ego sū: moriemini in peccato vr̄o Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit eis iesus. Pricipiū: qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed qui misit me/ verax est Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Et non cognouerunt: q: patrem eius dicebat deū Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filium hoīs: tūc cognoscetis quia ego sum et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pater / hec loquor. Et q̄ me misit/ mecū est: et non reliq̄t me solū. Quia ego q̄ placita sunt ei: facio semper. Offr. Benedicā dn̄m qui tribuit michi intellectū ꝓuidebā deū in cōspectu meo semper quoniā a dextris est michi ne cōmouear. Secreta

H Ec hostia q̄s dn̄e placationis et laudis: tua nos ꝓpiciatiōe dignos efficiat. P. Prefa. Qui cor. Coio. Dn̄e dn̄s noster q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra Postcoio.

H Ec nos cōmunio dn̄e purget a crimie: et celestis remedii faciat esse consortes. Per. Super populū. Oremus. Humiliate. Oratio

A Desto supplicationib⁹ nostris oms deus: et quib⁹ fiduciā sperande pietatis īdulges: cōsuete miseratiōis tribue benignus effectū. Per.

Feria tercia. Officium

T Ibi dixit cor meum quesiui vultū tuū vultum tuum domine requirā ne auertas faciē tuā a me. Ps. Dn̄s illumiatio mea et salus mea quē timebo. Gloria. Oremus. Flectam⁹ genua. Oratio

P Erfice q̄s dn̄e benign⁹ in nobis obseruantie sācte subsidium vt que te auctore faciēda cognouimus: te operante impleamus. Per.

Lectio libri regum. .iii. xvii. ca.

I N diebus illis: Factus est sermo dn̄i ad helyā thesbitē dicēs Surge/ et vade in sarepta sydoniorum: et manebis ibi. Precepi enī ibi mulieri vidue: vt pascat te. Surrexit et abiit in sareptā. Cumq̃ venisset ad portā ciuitatis: appuit ei mulier vidua colligens ligna. Et vocauit eā: dixitq̃ ei. Da michi paululū aque in vase: vt bibā. Cūq̃ illa pergeret vt afferret: clamauit post tergū eius dicēs. Affer michi obsecro et buccellā panis ī manu tua. Que respondit. Viuit dn̄s deus tuus/ q: nō habeo panē: nisi quātū pugillus

capere potest farine in hydria/ et paululũ olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciam illud michi et filio meo: vt comedamus et moriamur. Ad quam helyas ait. Noli timere: sed vade et fac sicut dixisti. Veruntamen michi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulũ: et affer ad me Tibi autem et filio tuo: facies postea. Hec autem dixit: dñs deus israel hydria farine non deficiet: nec lechitus olei minuetur: vsqȝ ad diem in qua daturus est dominus pluuiam super faciem terre. Que abiit et fecit iuxta verbum helye: et comedit ipse et illa: et dom⁹ ei⁹ tota. Et ex illa die hydria farine non defecit: et lechitus olei non est iminutus iuxta verbũ domini: quod locutus est in manu helye ℟. Jacta cogitatum tuum in dño et ipe te enutriet ℣. Dũ clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt michi. Secundũ Matheũ .xxiii.

In illo tempore: Locutus est iesus ad turbas: et ad discipulos suos dicens. Super cathedrã moysi: sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecunqȝ dixerint vobis: seruate et facite Secundum vero opera eorum: nolite facere. Dicunt enim: et non faciunt. Alligãt autem onera grauia: et importabilia/ et imponunt in humeros hominũ: digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciũt vt videantur ab hominibus. Dilatãt enim philateria sua: et magnificãt fimbrias. Amãt autẽ primos recubitus in cenis et primas cathedras in synagogis: et salutationes in foro: et vocari ab hominibus rabbi: Vos autem nolite vocari rabbi. Vn⁹ est enim magister vester. Omnes autem vos fratres estis: Et patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus est enĩ pater vester: qui in celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est christ⁹ Qui maior est vestrum: erit minister vester Qui aũt se exaltauerit: hũiliabitur Et qui se hũiliauerit: exaltabit. Offer. Miserere michi dñe secundũ magnam misericordiã tuã dele dñe iniquitatẽ meam. Secreta.

Sanctificationem tuã in nobis dñe hiis mysteriis placat⁹ operare: que nos et a terrenis purget viciis: et ad celestia regna perducat. Prefatio Qui corporali. Coio. Narrabo oĩa mirabilia tua letabor et exultabo in te psallã noĩ tuo altissime. Postcõ

Ut sacris domine reddamur digni muneribus: fac nos tu is quesumus semper obedire mandatis. Per. Super populũ. Orem⁹ Humiliate capita vestra deo. Oro

Propiciare domine supplicationibus nostris: et animarum nostrarum medere languoribus vt remissione percepta/ in tua semper benedictione letemur. Per.

Feria quarta. Offitium.

Ne derelinquas me dñe de⁹ meus ne discedas a me: itẽde in adiutoriũ meũ domine virtus salutis mee. ps. Dñe ne in furore tuo arguas me neqȝ in ira tua corripias me. Oremus Flectamus genua leuate. Oratio.

Populum tuum domine quesumus propicius respice: et quos ab escis carnalibus precipis abstinere a noxiis quoque viciis cessare concede. Per.

Lectio libri Hester. xiii.

In diebus illis: Orauit hester ad dominum dicens Domine deus rex omnipotens in tua dicione cuncta sunt posita: et non est qui possit resistere tue voluntati. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim domine fecisti celum et terram: et quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominus omnium: et non est qui resistat maiestati tue Et nunc domine rex deus abraham miserere populi tui: quia volunt nos inimici nostri perdere: et hereditatem tuam delere Ne despicias partem tuam quam redemisti tibi de egypto: sed exaudi deprecationem meam: et propicius esto sorti: et funiculo tuo. Et conuerte luctum nostrum in gaudium: vt viuentes laudemus nomen tuum domine. Et ne claudas ora canentium te: domine deus noster. R. Saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue. V. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me et ero similis descendentibus in lacum. Tract. Domine non secundum. vts feria. ii.

Secundum Matheum. xx.

In illo tempore: Ascendens iesus hierosolymam: assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et condenabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum: et flagellandum et crucifigendum et tercia die resurget Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis: adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi. Dic vt sedeant hi duo filii mei: vnus ad dexteram tuam et vnus ad sinistram in regno tuo Respondens autem iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum: Dicunt ei. Possimus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram: non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem: indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocauit eos ad se: et ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum: et qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari/ sed ministrare: et dare animam suam redemptionem pro multis

Offer. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam neque irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secre.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice: et per hec sancta commertia vincula peccatorum nostrorum absolue. Per. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Com. Justus dominus et iusticias dilexit equitatem vidit vultus eius. Postcom.

Sumptis domine sacramentis ad redemptionis eterne quesu

mus proficiamus augmentū. Per dominū. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Super populū

Deus innocentie restitutor et amator: dirige ad te tuorū corda seruorum: vt spiritus tui feruore concepto: et in fide inueniantur stabiles: et in opere efficaces. P eiusdē

Feria quinta. Introitus.

Deus in adiutoriū meū intende dñe ad adiuuandum me festia ↄfundant̄ et reuereant̄ iimici mei q̄ q̄rūt aīam meā ps. Auertantur retrorsū et erubescāt qui volunt michi mala. Oremꝰ Flectamꝰ

Presta nobis dñe q̄s Oro auxilium gratie tue: vt ieiuniis et orationibus cōuenienter intēti liberemur ab hostibus mētis et corporis. Per dominū.

Lectio Hieremie pphete. xvii. ca

Hec dicit dñs deus Maledictꝰ homo qui confidit in homine: et ponit carnem brachiū suum et a dño recedit cor eius. Erit enim quasi mirice in deserto: ꝛ non videbit cum venerit bonum. Sed habitabit in siccitate in deserto: in terra salsuginis et ihabitabili. Bn̄dictus vir qui ↄfidit in dño et erit dñs fiducia eius. Et erit quasi lignū qđ transplātat̄ super aquas: quod ad humorem mittit radices suas. ꝛ nō timebit cū venerit estꝰ Et erit foliū eius viride: et in tpe siccitat̄ nō erit solicitum nec aliq̄n desinet facere fructū. Prauū est cor hoīs: ꝛ iscrutabile Quis cognoscet illud Ego dñs scrutās corda et probans renes qui do vnicuiqꝫ iuxta viā suā: et iuxta fructū adiuētionū suaꝝ. Dicit dñs omīps. R. Propicius esto dñe peccatis nostris nequando dicant gentes vbi est deus eorū. V. Adiuua nos deus salutaris noster et propter honorem nois tui dñe libera nos. Iterum. R. Propicius.

Secundum Lucam xvi.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis pabolā hanc. Homo q̄dam erat diues et induebatur purpura et bysso et epulabat̄ quotidie splendide Et erat quidā mendicus noīe lazarus: qui iacebat ad ianuā eius: vlceribus plenus. Cupiens saturari de micis que cadebāt de mēsa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebāt: et lingebāt vlcera eius. Factū est aūt vt moreretur mendicus: et portaret̄ ab angelis in sinū abrahe: Mortuus est aūt et diues et sepultus est in iferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit abraham a longe et lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei: et mitte lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam vt refrigeret linguā meā quia crucior in hac flāma. Et dixit illi abraham. Fili recordare qꝛ recepisti bona in vita tua / et lazarus similiter mala. Nunc autē hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his oībus iter nos ꝛ vos chaos magnū firmatum est: vt hi qui volunt hinc trāsire ad vos non possint: neqꝫ inde huc trāsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas illum in domum patris mei. Habeo enī quinqꝫ fratres: vt testetur illis / ne et ipsi veniāt in hunc

locū tormentorū. Et ait illi abrahā: Habēt moysen et pphetas: audiant illos. At ille dixit. Nō pater abrahā: sed si q̄s ex mortuis ierit ad eos: penitētiā agēt. Ait aūt illi. Si moysē et pphetas nō audiunt: neq3 si quis ex mortuis resurrexerit: credēt. Offā.
Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit precatus est moyses in conspectu domini dei sui et dixit quare dñe irasceris in populo tuo parce ire aīe tue memento abrahā isaac et iacob quibus iurasti dare terrā fluentē lac ꝛ mel et placat9 factus est dñs de malignitate quam dixit facere populo suo. Secreta

Presēti sacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruātia nostra pfitetur exterius: interi9 operet effectu. Per. Prefatio Qui corpo. Cō.
Qui manducat carnem meā et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo dicit dominus. Postcoīo.

Gratia tua nos quesumus domine non derelinquat sed nobis opem tue largitatis semper acquirat: et ab omnibus tueatur aduersis. P. Sup ppl'm. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Orō

Adesto domine famulis tuis et perpetuā benignitatē largire poscentib9: vt his qui te auctore et gubernatore gloriant et congregata restaures: et restaurata cōserues. Per. Feria sexta. Introitus.

Ego autē cū iusticia apparebo in cōspectu tuo: saciabor dū manifestabit gloria tua ps. Exaudi dñe iusticiā meā intēde depcationē meā. Orem9. Flecta. Oratio

Da q̄s oīps de9: vt sacro nos purificāte ieiunio: sinceris mētibus ad sancta ventura facias peruenire. P. Lcō libri Genesis. xxxvii.

In dieb9 illis: Dixit ioseph fratribus suis. Audite sōniū meū qd vidi. Putabā nos ligare manipulos in agro: et quasi cōsurgere manipulū meū et stare. Vestrosq3 manipulos circūstantes adorare manipulū meū. Respōderūt fratres ei9 Nunqd rex noster eris: aut subiiciemur dicioni tue: Hec ergo causa sōniorū atq3 sermonū: inuidie et odii fomitē ministrauit. Aliud quoq3 vidit sōniū: quod narrās fratrib9 ait. Vidi per sōniū quasi solē et lunam et stellas vndeci: adorare me. Quod cū patri suo/et fratrib9 retulisset: increpauit eū pater su9: et dixit. Quid sibi vult hoc sōnium quod vidisti: Nū ego et mater tua et fratres tui adorabim9 te super terrā. Inuidebāt igitur ei fratres sui: pater vero rē tacitus considerabat: Cūq3 fratres illius in pascendis gregib9 patris morarentur in sichem: dixit ad eū israel. Fratres tui pascūt oues in sichimis. Veni mittā te ad eos. Quo respōdente: presto sū: ait. Vade/et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora: ꝛ renūcia michi: quid agatur. Missus de valle ebron venit in sichem. Inuenitq3 eum vir errantem in agro: et interrogauit qd quereret. At ille respondit. Fratres meos quero: Indica michi: vbi pascunt greges. Dixitq3 ei vir. Recesserūt de loco isto. Audiui aūt eos dicētes. eamus in dothaī. Perrexit ergo

ioseph post fratres suos: et inuenit eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul: anteq̄ accederet ad eos cogitauerunt illum occidere et mutuo loquebantur. Ecce somniator venit: venite occidamus eum: et mittamus in cisternam veterem: dicemusq̄ fera pessima deuorauit eum Et tunc apparebit: quid illi prosint somnia sua Audiens autem hec ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum/et dicebat. Non interficiamus animam eius/ nec effundamus sanguinem: sed proiicite eū in cisternam hanc que est in solitudine: manusq̄ vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat: volens eripere eum de manibus eorum et reddere patri suo. ℞. Ad dominū cum tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Domine libera animā meā a labiis iniquis et a lingua dolosa. Tractus. Domine non secūdum. vt supra feria secunda

Secundum Matheum. xxi

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorū parabolam hanc. Homo erat paterfamilias: qui plantauit vineam Et sepem circundedit ei: et fodit in ea torcular: et edificauit turrim et locauit eam agricolis: et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas: vt acciperēt fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius: alium ceciderunt: alium occiderunt: alium vero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter Nouissime autem: misit ad eos filium suum dicens. Forsitan verebuntur filium meum. Agricole autem videntes filium: dixerunt intra se. Hic est heres. Venite occidamus eum: et habebimus hereditatem eius Et apprehensum eum: eiecerunt extra vineam et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et vineam suam locabit aliis agricolis: qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis iesus. Nunq̄ legistis in scripturis: lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli: a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur: Super quem vero ceciderit: conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerunt q̄ de ipsis diceret. Et querentes eū tenere: timuerunt turbas: Quoniam sicut prophetam: eum habebant. Offertorium. Domine in auxiliū meū respice confundantur et reuereantur qui querunt animā meā vt auferant eam

Secreta

Hec in nobis sacrificia deus: et actione permaneant: et operatione firmentur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Prefatio. Qui corporali ieiunio vicia. Coīo. Tu domīe seruabis

nos ꝛ custodies nos a generatione hac in eternū. Postcōio

Hac nos domine quesumus accepto pignore salutis eterne: sic tendere congruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Super populum. Collecta

Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo / tue semper virtutis mereatur protectione defendi Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vi.

Sabbato post Sperēt Introit⁹.

Lex domini irreprehensibilis conuertens animas: testimoniū dei fidele sapientiam prestās paruulis. ps. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentū. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Orem⁹. Flectamus genua. leuate. Oratio

Da quesumus domine nostris effectum ieiuniis salutarem: vt castigatio carnis assumpta: ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per dominum nostrū iesum christum filium tuū.

Lectio libri Genesis xxvii. ca

In diebus illis: Dixit rebecca filio suo iacob Audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo: et dicentem ei Affer michi de venatione tua: et fac cibos vt comedā et benedicam tibi corā dn̄o anteꝗ̄ moriar Nunc ergo fili mi acquiesce cōsiliis meis: et pergēs ad gregē affer michi duos hedos optimos: vt faciā ex eis escas patri tuo / quibus libenter vescitur. Quas cum intuleris et comederit: benedicat tibi priusꝗ̄ moriatur. Cui ille respōdit Nosti ꝙ esau frater me⁹ homo pilosus sit ꝛ ego lenis. Si attrectauerit me pater meus / et senserit: timeo ne putet me sibi voluisse illudere: et inducat sup me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me sit ait ista maledictio fili mi Tātū audi vocem meam: et pergēs affer que dixi. Abiit / ꝛ attulit: deditqꝫ matri. Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrem illius: et vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi induit eum. Pelliculasqꝫ hedorum circundedit manib⁹ et colli nuda ꝓtexit. Deditqꝫ pulmētum ꝛ panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille respōdit. Audio. Quis es tu fili mi Dixitqꝫ iacob. Ego sū esau primogenitus tuus: feci sicut ꝑcepisti michi. Surge / sede / et comede de venatione mea: vt benedicat michi aīa tua Rursum isaac ad filium suum Quomodo inquit tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit: vt cito michi occurreret / quod volebam. Dixitqꝫ isaac. Accede huc / vt tangam te fili mi et probem vtrum tu sis filius meus esau / an non. Accessit ille ad patrem: et palpato eo: dixit isaac. Vox quidē vox iacob est: sed manus / ma

nus sūt esau. Et nō cognouit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicēs ergo illi: ait. Tu es filius meus esau: Respondit. Ego sū. At ille. Affer inquit michi cibos de venatiōe tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea Quos cū oblatos comedisset: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: et da michi osculū fili mi. Accessit: et osculatus est eum. Statimqȝ vt sensit vestimentorū illius fragrantiā: benedicens illi ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni: cui benedixit dominus Det tibi deus de rore celi et de pinguedie terre abundātiā frumēti/et vini/et olei: et seruiant tibi populi: et adorent te tribus. Esto dominus fratrū tuorū: et incuruētur ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi/sit ille maledictus: et q̄ benedixerit tibi: benedictionibus repleatur. Vix isaac sermonē impleuerat et egresso iacob foras venit esau Coctosqȝ de venatione cibos itulit patri: dicens. Surge pater mi/ et comede de venatiōe filii tui: vt benedicat michi aīa tua. Dixitqȝ illi isaac. Quis enī es tu? Qui respōdit. Ego sū filius tuus primogenit⁹ esau. Expauit isaac stupore vehemēti: et vltra q̄ credi potest admirans ait. Quis igitur ille est qui dudū captā venationē attulit michi: et comedi ex omnibus/priusq̄ tu venires? Benedixiqȝ ei: et erit benedictus. Auditis esau sermonib⁹ patris: irrugiit clamore magno/et cōsternatus ait Benedic etiam et michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: et accepit benedictionem tuam At ille subiunxit. Iuste vocatum est nomen eius iacob. Supplantauit enī me: en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursumqȝ ad patrem. Nunquid nō reseruasti ait et michi benedictionem Respondit isaac. Dominum tuū illum constitui: et omnes fratres ei⁹ seruituti illius subiugaui. Frumēto/et vino/et oleo/stabiliui eū. Et tibi post hec fili mi: vltra quid faciā? Cui esau. Num vnam inquit tantū benedictionē habes pater? Michi quoqȝ obsecro: vt benedicas. Cumqȝ eiulatu magno fleret: mot⁹ isaac dixit ad eū. In pinguedie terre et in rore celi desup: erit benedictio tua. R. Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. V. Ad annūciādū mane misericordiā tuam et veritatem tuam per noctē. Bonum est. S. Lucā. xv

In illo tpe: Dixit iesus scribis et phariseis: parabolā hanc. Homo quidā habuit duos filios: et dixit adolescētior ex illis patri. Pater da michi portionē substātie que me cōtigit. Et diuisit illis substātiā Et nō post multos dies cōgregatis oīb⁹ adolescētior filius peregre pfectus est in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiam suam viuēdo luxuriose. Et postq̄ omnia consumpsisset: facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere Et abiit et adhesit vni ciuium regiōis illius: et misit illum in villam suam/ vt pasceret porcos. Et cupie-

bat implere ventrem suum de sili-quis quas porci mãducabãt: et nemo illi dabat. In se autẽ reuersus: dixit. Quãti mercennarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam: et ibo ad patrem meum: et dicam illi. Pater peccaui in celum et coram te Jam non sum dignus vocari filius tuus. Fac me sicut vnum de mercennariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum antem adhuc longe esset: vidit illum pater ipsius et misericordia motus est. Et accurrens: cecidit supra collũ eius: et osculatus est eum. Dixitqꝫ ei filius. Pater/ peccaui in celum et coram te: iã non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam: et induite illum/ et date anulum in manu ei⁹: et calciamẽta ĩ pedes ei⁹. Et adducite vitulum saginatum/ et occidite: et mãducemus et epulemur: quia hic filius meus mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autẽ filius eius senior in agro. Et cum veniret et appropinquaret domui: audiuit symphoniam et chorum. Et vocauit vnum de seruis: et interrogauit que hec essent. Isqꝫ dixit illi. Frater tuus venit: et occidit pater tuus vitulum saginatũ: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem et nolebat introire. Pater vero illius egressus cepit rogare illum. At ille respondens: dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi: et nũꝗ mãdatum tuum preterivi: et nunꝗ dedisti michi hedum: vt cum amicis meis epularer. Sed postꝗ filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit: occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecũ es: et omnia mea tua sunt Epulari autẽ et gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat/ et reuixit. Perierat: et inuentus est. **Offertoriũ.**

Illumina oculos meos necꝗ obdormiam in morte nequãdo dicat inimicus meus preualui aduersus eum. **Secreta**

His sacrificiis domine concede placatus: vt qui propriis oramus absolui delictis: nõ grauemur externis. Per dominũ nostrum iesũ christũ filium tuum. **Prefatio.**

Qui corporali ieiunio vicia. **Coĩo.**

Oportet te fili gaudere quia frater tuus mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus est. **Postcoĩo.**

Sacramenti tui domine diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: et sui nos participes potenter efficiat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuũ. Oremus. Humiliate capita vestra deo. **Super populum. Oratio**

Familiam tuã quesumus domine continua pietate custodi: vt que in sola spe gratie celestis innititur, celesti etiam protectione muniatur. Per dñm.

Dñica tercia. Introitus.

Oculi mei sẽper ad dñm qꝛ ipse euellet de laqueo pedes meos respice in me et miserere mei quoniam vnicus et pauper sum ego **Ps.** Ad te domine leuaui

animam meam: deus meus in te confido non erubescam. Oratio

Quesumus omnipotens deus vota humiliū respice: atq; ad defensionem nostrā: dexteram tue maiestatis extende. Per dominum

Ad ephesios. .v.

Fratres: Estote imitatores dei sicut filii charissimi: et ambulate in dilectione sicut et christus dilexit nos: et tradidit semetipsū pro nobis oblationem et hostiam deo ī odorem suauitatis. Fornicatio autem et omnis immundicia/ aut auaricia/ nec nominetur in vobis: sicut decet sāctos Aut turpitudo/ aut stultiloquium/ aut scurrilitas/ que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc aūt scitote intelligētes: q᷒ omnis fornicator aut immūdus/ aut auarus/ quod est idolor᷒ seruitus: non habet hereditatem in regno christi et dei Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquando tenebre: nūc autem lux in dño vt filii lucis ambulate. Fructus enī lucis est in omī bonitate: et iusticia et veritate. ℟. Exurge dñe non preualeat homo iudicentur gentes in conspectu tuo. ℣. In conuertendo īimicū meum retrorsum īfirmabūtur et perient a facie tua Tractus

Ad te leuaui oculos meos q̄ habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorū suorum. ℣. Et sicut oculi ancille in manibus domine sue. ℣. Ita oculi nostri ad dominū deum nostrū donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis.

Secundum Lucam. xi.

In illo tempore: Erat iesus eiiciens demonium: et illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium locutus est mutus: et ammirate sunt turbe. Quidā autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. Et alii tentantes: signum de celo querebāt ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum: dixit eis. Omē regnū in seipsum diuisum desolabitur: et domus supra domum cadet Si autem ⁊ sathanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum ipsius quia dicitis in beelzebub eiicere mē demonia: Si autē in beelzebub eiicio demonia filii vestri in quo eiiciunt: Ideo ipsi: iudices vestri erunt. Porro si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in vos regnū dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea que possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat/ et spolia eius distribuet Qui non est mecum: aduersum me est. Et qui non colligit mecum: dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquosa querens requiem: et non inueniens dicit. Reuertar in domū meam: vnde exiui. Et cum venerit inuenit eam scopis mūdatam. Et tunc vadit et assumit septem alios spūs secū nequiores se: et ingressi habitant ibi Et fiūt nouissima homi

nis illius: peiora prioribus. Factū est aūt cum hec diceret: extollens vocem quedam mulier de turba: dixit illi. Beatus vēter qui te portauit et vbera que suxisti. At ille dixit. Quī immo: beati qui audiūt verbum dei: et custodiunt illud. Credo. Offer. Justicie domini recte letificantes corda et dulciora super mel et fauum nā et seruus tuus custodiet ea. Secreta

Hec hostia domine quesumus emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorꝫ tibi corpora mentesqꝫ sāctificet. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum qui. Coīo. Passer inuenit sibi domum et turtur nidum vbi reponat pullos suos. altaria tua domie virtutū rex meus et deus meus: beati qui habitant in domo tua dn̄e in seculum seculi laudabunt te. Postcoīo

A Cunctis nos domine reatib⁹ et periculis propiciatus absolue: quos tanti mysterii tribuis esse participes. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

Feria secunda. Introitus

In deo laudabo verbum in domino laudabo sermonē in deo speraui non timebo quid faciat michi homo. P. Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo tota die ipugnans tribulauit me. Gloria Oremus. Flectamus. Oratio

Cordibus nostris quesumus domine gratiam tuam benignus infunde: vt sicut ab escis carnalibus abstinemus: ita sēsus quoqꝫ nostros a noxiis retrahamus excessibus. Per. Lcō libri regū. iiii.v.

In diebus illis: Naaman princeps militie regis syrie erat vir magnus apud dominum suum: et honoratus. Per illum enī dedit dominus salutem syrie. Erat autem vir fortis et diues sed leprosus. Porro de syria egressi fuerant latrunculi: et captiuam duxerant de terra israel puellam paruulam que erat in obsequio vxoris naaman. Que ait ad dominam suam. Vtinā fuisset dominus meus ad prophetā qui est in samaria: profecto curasset eū a lepra quam habet. Ingressus est itaqꝫ naaman ad dominū suū: et nunciauit ei dicens. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitqꝫ ei rex syrie. Vade et mittam litteras ad regem israel. Qui cum profectus esset / et tulisset secum decem talenta argenti / et sex milia aureos / et decē mutatoria vestimentorum: detulit litteras ad regem israel in hec verba. Cum acceperis epistolā hāc: scito ꝙ miserim ad te naaman seruū meū: vt cures eum a lepra sua. Cumqꝫ legisset rex israel litteras: scidit vestimenta sua et ait. Nunquid deus ego sum vt occidere possim et viuificare: q2 iste misit ad me vt curē hominem a lepra sua? Aīaduertite et videte: quot occasiones querat aduersū me. Quod cū audisset helyse⁹ vir dei scidisse videlicet regem israel vestimenta sua: misit ad eū dicēs Cur scidisti vestimēta tua? Veniat ad me: et sciat prophetā esse in israel. Venit ergo naaman cum equis et curribus: et stetit ad ostiū domus helysei. Misitqꝫ ad eum helyseus nū

cium dicēs. Vade et lauare septies in iordane: et recipiet sanitatem caro tua: atq3 mundaberis. Irat⁹ naaman: recedebat dicēs. Putabam q̄ egrederetur ad me: et stans inuocaret nomen domini dei sui: et tangeret manu sua locū lepre / et curaret me. Nunquid non meliores sunt abana et pharphar fluuii damasci oībus aquis israel: vt lauer ī eis ꝛ mūder? Cum ergo vertisset se / et abiret indignās: accesserūt ad eū serui sui: et locuti sunt ei. Pater: ꝛ si rem grādem dixisset tibi propheta: certe facere debueras. Quantomagis quia nunc dixit tibi / lauare et mundaberis? Descendit ergo / et lauit in iordane septies iuxta sermonē viri dei et restituta est caro ei⁹ sicut caro pueri paruuli: et mundatus est a lepra Reuersusq3 ad virū dei cū vniuerso comitatu suo: venit / et stetit corā eo et ait. Vere scio: q̄ non sit alius de⁹ ī vniuersa terra: nisi tantū dn̄s deus israel. ℟. Deus vitā meam annunciaui tibi posui lachrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere michi dn̄e quoniā cōculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. Tractus.

Domine non secundum peccata nostra que fecimus nos neq3 secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Secundum Lucam. iiii.

In illo tempore: Dixerunt pharisei ad iesum. Quanta audiuimus facta in capharnaum: fac et hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helye in israel: quādo clausum est celum annis tribus ꝛ mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra: et ad nullam illarū missus est helyas: nisi in sarepta sydonie / ad mulierem viduā. Et multi leprosi erant in israel sub helyseo propheta: et nemo eorum mundatus est nisi naaman syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerunt / et eiecerunt illum extra ciuitatem. Et duxerunt illum vsq3 ad superciliū mōtis: super quē ciuitas illorū erat edificata: vt precipitarent eum. Jesus autem transiens: per medium illorum ibat. Offer. Exaudi deus orationē meam et ne despexeris deprecationē meā intende in me et exaudi me. Secre.

Munus quod tibi domine nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentū Per dominū nostrum iesū.

Prefatio. Qui corporali ieiunio vi.

Coio. Quis dabit ex syō salutare israel cū auerterit dn̄s captiuitatē plebis sue exultabit iacob et letabitur israel. Postcō

Presta quesumus omnipotēs et misericors deus: vt que ore contingimus pura mente capiam⁹ Per dominū nostrū iesum christū.

Oremus. Humiliate capita vestra deo. Super populū. Collecta

Subueniat nobis domine misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis: te mereamur protegente eripi: te liberante saluari. Per dñm.

Feria tercia. Introitus

Ego clamaui quoniã exaudisti me deus: inclina aurẽ tuam et exaudi verba mea: custodi me domine vt pupillã oculi/sub vmbra alarũ tuarum protege me. Ps. Exaudi dñe iusticiã meã: intende deprecationẽ meã. Gloria. Oremus Flectamus genua leuate. Oratio

Exaudi nos oĩps ⁊ misericors deus: et continentie salutaris propicius nobis dona concede. P dñm

Lcõ libri regũ. Quarti regũ iiii.

In diebus illis: Mulier quedã clamabat ad helyseum pphetam dicens. Seruus tuus vir meꝰ mortuus est: et tu nosti quia seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit helyseus. Quid vis vt faciã tibi: Dic michi quid habes in domo tua: At illa respondit Non habeo ãcilla tua quicꝙ̃ in domo mea: nisi parũ olei quo vngar. Cui ait Vade/⁊ pete mutuo ab oĩbus vicinis tuis vasa vacua non pauca: et ingredere et claude ostium tuum cũ intrinsecus fueris tu ⁊ filii tui. Et mitte inde ĩ oĩa vasa hec: et cum plena fuerit tolles. Iuit itaqꝫ mulier et clausit ostium super se/et super filios suos. Illi autẽ offerebant vasa: et illa infũdebat Cunqꝫ plena fuissent vasa: dixit ad filium suũ. Affer michi adhuc vas. Et ille respondit, Non habeo. Stetitqꝫ oleũ. Venit aũt illa: et idicauit homini dei. Et ille. Vade ĩquit et vẽde oleum: et redde creditorĩ tuo Tu autem et filii tui: viuite de reliquo. R. Ab occultis meis mũda me domine ⁊ ab alienis parce seruo tuo. V. Si mei nõ fuerint dominati tunc ĩmaculatus ero ⁊ emundabor a delicto maximo Ab occultis meis. Secundũ Matheũ. xviii

In illo tempore: Respiciens iesus ĩ discipulos suos dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum iter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autẽ te non audierit: adhibe tecũ adhuc vnum vel duos: vt in ore duorũ vel trium testium stet oẽ verbũ. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanꝰ. Amẽ dico vobis: quecunqꝫ alligaueritis super terram/erunt ligata et in celo. Et quecunqꝫ solueritis super terram: erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram de oĩ re quãcunqꝫ petierit/ fiet illis a patre meo qui in celis est. Vbi enĩ sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tũc accedẽs petrus ad eum: dixit. Domine: quotiens peccabit in me frater meus: ⁊ dimittam ei vsqꝫ septies: Dicit illi iesus. Non dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagies septies. Offerto.

Dextera domini fecit virtutẽ dextera domini exaltauit me non moriar sed viuã ⁊ narrabo opera domini. Secreta

Per hec veniat quesumus domine sacramenta nostre redemptionis effect⁹: qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus: et ad salutaria cuncta perducat. Per do.
Prefatio. Qui corporali ieiunio vi.
Coio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo qui ingreditur sine macula et operatur iusticiam. Postcoio
Sacris domine mysteriis expiati: et veniam consequamur et gratiam. Per dnm. Orem⁹. Humiliate capita vestra deo. Sup pplm.
Tua nos dne protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per dominum.

Feria quarta. Introitus.

Ego autem in domino speraui exultabo et letabor in tua misericordia quia respexisti humilitatem meam. ps. In te domine speraui non confundar ineternum in iusticia tua libera me. Orem⁹. Flectamus genua leuate. Oratio
Presta nobis qsumus dne: vt salutaribus ieiuniis eruditi: a noxiis quoqz viciis abstinentes: propiciationem tuam facilius impetremus. P. Lcō libri Exodi. xx.
Hec dicit dominus deus: Honora patrem tuum et matrem tuam: vt sis longeuus super terram: quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides/ nō mechaberis / nō furtum facies / non loquaris cōtra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces rem proximi tui: nec desiderabis vxorē eius. Non seruū/ non ācillam/ non bouē / non asinum: nec omnia que illius sunt. Cūctus autem populus audiebat voces et videbat lampades: et sonitum buccine monteqz fumigantē: Et perterriti ac pauore concussi: steterunt procul dicentes moysi. Loqre tu nobis: et audiemus. Non loquatur nobis dns: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populū. Nolite timere. Vt enim probaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis: et non peccaretis. Stetitqz populus de lōge: moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitqz preterea dns ad moysen. Hec dices filiis israel. Vos vidistis: q de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis sup illud olocausta/ et pacifica vestra. Oues vestras et boues: in omi loco in quo memoria fuerit nominis mei. R. Miserere michi dne quoniā ifirm⁹ sū sana me dne. V. Conturbata sunt oia ossa mea et aia mea turbata est valde. Tractus. Dne non secundum. vt supra feria secunda

Secundum Matheū. xv.

In illo tēpore: Accesserūt ad iesum ab hierosolymis scribe et pharisei: dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiōes seniorum: Non enim lauant manus suas: cum panem manducant. Ipse aūt respondens: ait illis. Quare et vos transgredimini mandatum dei: propter traditionē vestram: Nā deus dixit. Honora patrem tuum et matrem tuam. Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriat. Vos

autē dicitis. Quicūqz dixerit prī vel
matri munus quodcūqz est ex me ti
bi pderit: et non honorificabit patrē
suum aut matrē suā: et irritū feci-
stis mandatū dei ppter traditionez
vrām. Hypocrite bene pphetauit de
vobis isaias dicēs. Pplus hic labiis
me honorat: cor aūt eorū longe est a
me. Sine causa autē colūt me: docē
tes doctrinas: et mādata hoīm. Et
cōuocatis ad se turbis: dixit eis. Au-
dite: et intelligite. Nō quod intrat ī
os coinqnat hoīem: sed qd pcedit ex
ore hoc coinqnat hoīem. Tūc acce-
dētes discipli eius: dixerūt ei. Scis
qr pharisei audito verbo hoc: scāda-
lizati sūt: At ille respōdēs: ait. Ois
plātatio quā nō plātauit pat meus
celestis. eradicabit. Sinite illos. Ce
ci sūt: et duces cecorū. Cecus aūt si ce
co ducatū prestet. ambo in foueā ca
dūt. Respōdens autē petrus dixit ei
Edissere nobis pabolā istaz. At ille
dixit. Adhuc et vos sine ītellectu estis
Nō intelligitis qr oē qd in os ītrat
in ventrē vadit: et ī secessū emittit.
Que aūt pcedūt de ore: de corde ex
eunt: et ea coīquināt hoīem. De cor
de ei exeunt cogitatōes male: homi
cidia: adulteria: fornicatōes furta:
falsa testimōia. blasphemie. Hec sūt
que coinqnāt hoīem. Nō lotis autē
manib⁹ mādicare: nō coinqnat ho
minē. Offr. Domine fac mecū mise-
ricordiam tuā propter nomen tuū qr sua
uis est mia tua Secreta

Suscipe qs dn̄e pces ppli tui cū
oblatōibus hostiarū: et tua my
steria celebrātes ab oībus nos defē-
de periculis. P. Prefatio Qui corpo
rali. Coio. Notas mihi fecisti vias vite
adimplebis me letitia cū vultu tuo dn̄e.

Sanctificet nos qs dn̄e Postcō
scā libatio qua pasti sum⁹ mē-
se celestis: et a cūctis erroribus expi-
atos supnis pmissiōibus reddat ac
ceptos. P. Sup ppl'z. Hūiliate. Or.

Concede qs omps deus. vt q̄ p
tectiōis tue grām q̄rimus libe
rati a malis oībus secura tibi mēte
seruiamus. P. Feria .v. Officiū

Salus ppli ego suz dicit dn̄s
de quacūqz tribulatione cla
mauerint ad me exaudiam
eos et ero illoꝝ dn̄s imperpetuū. Ps
Attēdite pple meus legē meā: iclinate au
rē vestrā in verba oris mei. Oremus.
Flectamus. Oro

Concede qs ops deus: vt ieiu-
niorū nroꝝ nobis sācta deuo-
tio et purificationem tribuat et ma
iestati tue nos reddat acceptos. P.

Lectio hieremie pphē vii.

In diebus illis. Factū est verbū
dn̄i ad hieremiā dicēs. Sta in
porta dom⁹ dn̄i: et pdica ibi verbum
istud et dic. Audite verbū dn̄i oīs iu
dea: qui īgredimini per portas has vt
adoretis dn̄m. Hec dicit dn̄s exerci-
tuū deus isrl'. Bonas facite vias ve-
stras et studia vrā: et habitabo vobi
scū in loco isto. Nolite confidere in
verbis mendacii: dicentes Tēplum
dn̄i: templū dn̄i: templū dn̄i ē. Qm̄
si benedixeritis vias vestras et stu-
dia vestra: si feceritis iudiciuz inter
virum et proximū eius: aduene et
pupillo/ et vidue non feceritis calū-
niā: nec sanguinē innocentē effude
ritis ī loco hoc et post deos alienos nō

ambulaueritis in malū vobismet-ipsis: habitabo vobiscū in loco isto i terra quā dedi prībus vestris a sclō et vsqȝ in sclm. Dicit dn̄s omps. R. Oculi oim i te sperant dn̄e et tu das illis escam i tp̄e oportuno. V. Aperis tu manū tuā et iples omne animal benedictione

In illo tēpore S. lucā. iiii
Surgēs iesus de synagoga: intrauit in domū simonis. Socrus aūt simonis tenebat magnis febribus. Et rogauerūt illū p ea. Et stās sup illā imperauit febri: ꝛ dimisit illam. Et cōtinuo surgēs: ministrabat illis. Cū autē sol occidisset: oms qui habebant ifirmos variis lāguoribus ducebāt illos ad eū. At ille singulis manus iponens: curabat eos Exibāt aūt demonia a multis clamātia et dicētia: qꝛ tu es christus filius dei. Et icrepās non sinebat ea loqui: quia sciebāt ipm esse christū. Facta aūt die: egressus ibat in desertū locū: ꝛ turbe requirebāt eū. Et venerūt vsqȝ ad ipm: et detinebāt illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait Quia et aliis ciuitatib⁹ oportet me euangelizare regnū dei: qꝛ ideo missus sū. Et erat predicans i synagogis galilee. Offr. Si ābulauero i medio tribulationis viuificabis me domie. et super irā inimicorū meorū extēdes manū tuā. ꝛ saluū me fecit dextera tua

Hac nos q̄s dn̄e ad sctā Secre. mysteria purificatis mētib⁹ accedere: vt tibi semper cōpetēs deferamus obsequiū. P. Prefatio vt supra. Cōio Tu mādasti mādata tua custodiri nimis. vtinā dirigant vie mee ad custodiēdas iustificationes

Sacramēti tui tuas Postcō dn̄e venerāda pceptio et mystico nos mūdet effectu: et ppetua virtute defēdat. P. Sup ppls Hūiliate Purifica q̄s dn̄e tuoꝝ Orō corda fideliū: vt a trena cupiditate mūdati et p̄sētis vite piculis exuant et ppetuis donis fruant Per. Feria vi. Officiū

Fac mecū dn̄e signū in bono vt videāt qui me oderūt ꝛ cōfundant qm̄ tu dn̄e adiuuisti me et cōsolat⁹ es me. Ps. Inclina dn̄e aurē tuā et exaudi me: qm̄ iops et paup sū ego. Orem⁹. Flectamus genua Leuate. Orō

Ieiunia nr̄a q̄s dn̄e bēigno fauore pseq̄re: vt sicut ab alimētis abstinemus i corpe: ita a vitiis ieiunem⁹ i mēte. P. Lec. libri nūeri xx.

In diebus illis. Conuenerūt filii isrl aduersū moysē et aaron et versi in seditionē dixerūt. Da nobis aquam vt bibamus. Ingressiqȝ moyses et aaron dimissa multitudine in tabernaculū federis: corruerunt pni in terrā: clamauerūtqȝ ad dn̄m atqȝ dixerūt. Dn̄e deus exaudi clamorē populi huius: et aperi eis thesaurū tuū fontē aque viue vt saciati cesset murmuratio eoꝝ. Et apparuit gl̄ia dn̄i sup eos. Locutusqȝ ē dominus ad moysen dicens. Tolle virgam: et congrega populū tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram corā eis: et illa dabit aquas Cumqȝ eduxeris aquam de petra: bibet ois multitudo et iumēta ei⁹ Tulit igit moyses virgam que erat i cōspectu dn̄i sicut preceperat ei: cōgre

gata multitudine ante petram: dixitq; eis. Audite rebelles: et increduli. Nūqd de petra hac vobis aquā poterimus eicere? Cūq; eleuasset moyses manū pcutiens virga bis silicē: egresse sūt aque largissime ita vt populus biberet et iumēta. Dixitq; dominus ad moysē et aaron. Quia non credidistis michi: vt sctificaretis me corā filiis israel: nō introducetis hos populos in terrā quā dabo eis. Hec est aqua cōtradictionis: vbi iurgati sunt filii israel cōtra dnm: et sctificatus est in eis. ℟ In deo sperauit cor meū et adiutus sū et refloruit caro mea et ex voluntate mea cōfitebor illi. ℣ Ad te dn̄e clamaui deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractus. Dn̄e nō scdm. vt supra. Secundū iohēm. iiii.

In illo tēpore. Reliquit iesus iudeā: et abiit iterū in galileam. Oportebat aūt eum trāsire per samariā. Venit ergo in ciuitatē samarie que dicit sichar: iuxta prediū qd dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere: sedebat sic sup fontē. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de samaria: haurire aquā. Dixit ei iesus. Da mihi bibere. Discipli eius abierāt i ciuitatē: vt cibos emerēt. Dixit ergo ei: mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poscis: que sum mulier samaritana? Non enī coutunt iudei samaritanis. Respondit iesus. et dixit ei. Si scires donum dei: et quis est qui dixit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: et dedisset tibi aquam viuam. Dixit ei mulier. Domine neq; i quo haurias habes: et puteus altus est. Vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum: et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius. Respōdit iesus: et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac: sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet i eo fons aque salientis in vitam eternā. Dixit ad eum mulier. Domie da mihi hanc aquā: vt non sitiā neq; veniā huc haurire. Dixit ei iesus. Vade voca virum tuū et veni huc. Respōdit mulier: et dixit. Non habeo virū. Dixit ei iesus. Bene dixisti quia nō habeo virū. Quinq; enī viros habuisti et nunc quem habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier. Domine: video qa propheta es tu. Patres nostri in mōte hoc adorauerūt. Et vos dicitis quia hierosolymis ē locus vbi adorare oportet. Dixit ei iesus. Mulier crede mihi quia venit hora quādo neq; in monte hoc neq; in hierosolymis adorabitis patrē. Vos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus: quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est quādo veri adoratores adorabūt patrem in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit: qui adorent eū. Spiritus est deus: et eos qui adorant eū in spiritu et veritate oportet adorare. Dixit ei mulier. Scio quia messias venit: qui dicitur christus. Cū ergo venerit ille nobis annunciabit omia. Dixit ei iesus. Ego

sum qui loquor tecum. Et continu
o venerunt discipuli eius: et mira-
bant̄ quia cū muliere loquebat̄. Ne
mo tamē dixit quid q̄ris: aut q̄d lo-
queris cū ea. Reliquit ergo ydriā su
am mulier: et abiit in ciuitatē et di-
xit illis hoibus. Venite et videte ho-
minē: qui dixit mihi oia q̄cūq̄ feci.
Nūquid ipe est christꝰ. Exierūt de ci
uitate: et veniebāt ad eū. Interea ro
gabāt eum discipuli: dicētes. Rabbi
māduca. Ille aūt dixit eis Ego cibū
habeo manducare: quē vos nescitis
Dicebāt ergo discipl'i eius: adinui-
cem. Nūquid aliquis attulit ei mā-
ducare. Dixit eis iesus. Meus cibus
est vt faciā volūtatē eius qui misit
me: vt perficiā opus eiꝰ. Nonne vos
dicitis q̄ adhuc quattuor mēses sūt
et messis venit. Ecce dico vobis. Le-
uate oculos v̄ros: et videte regiones
q̄r albe sūt iam ad messē. Et qui me
tit: mercedē accipit: et cōgregat fru-
ctū in vitā eternā: vt et qui seminat
simul gaudeat: et qui metit. In hoc
eni est verbū verū: q̄r alius est qui se-
minat: et aliꝰ est qui metit. Ego mi
si vos metere: q̄d nō laborastis. Alii
laborauerūt: et vos in labores eorū
introistis. Ex ciuitate autē illa mul
ti crediderūt in eū samaritanoꝝ ꝓ-
pter verbū mulieris testimoniū per
hibētis: q̄r dixit mihi oia quecūq̄ fe-
ci. Cum venissēt ergo ad illū sama-
ritani: rogauerūt eū vt ibi maneret.
Et mānsit ibi duos dies. Et multo-
plures crediderūt ꝓpter sermonē eiꝰ
et mulieri dicebāt: quia iā non ꝓpt̄
tuam loquelā credimꝰ. Ipi eni audi
uimꝰ: et scimꝰ: quia hic ē vere salua-
tor mundi. Offr. Intēde voci orōnis
mee rex meus et deus meus q̄m ad te ora
bo domine.

Secreta

Respice dn̄e ꝓpitius ad mune-
ra que sacramꝰ vt et tibi grata
sint et nobis salutaria semp existāt
P. Prefatio vt supra. Coio. Qui bibe
rit aquā quā ego do dicit dominus sama
ritane fiet in eo fons aque saliētis in vi-
tā eternā

Postcōmunio

Huius nos dn̄e ꝑceptio sacra-
mēti mūdet a crimine: et ad ce
lestia regna perducat. P. Sup ppl'z
Oremus. Humiliate capita vestra
deo

Presta q̄sumꝰ omp̄s deus: vt q̄
in tua protectione cōfidimus
cūcta nobis aduersātia te adiuuāte
vincamus. P. Sabbato. Officiū

Verba mea auribus percipe
dn̄e itellige clamorē meū: i-
tēde voci orōnis mee. Ps. Rex
meus et deus meus. Flectamus. Oro

Presta q̄s omp̄s deus vt q̄ se af
fligēdo carnē ab alimētis ab-
stinēt sectando iusticiā a culpa ieiu
nent. P. Lectio danielis pphē xiii.

In diebus illis. Erat vir habi-
tans i babylone: et nomē eius
ioachim. Et accepit vxorē noie susā
nam filiam helchie: pulchrā nimis:
et timentē deum. Parentes eni illi-
us cum essent iusti: erudierunt fili-
am suam secundū legē moysi Erat
autem ioachim diues valde: et erat
ei pomeriū vicinū domui sue Et ad

ipsum confluebant iudei: eo ꝙ esset honorabilior oīum. Et ↄstituti sūt duo senes iudices in illo āno: de quibus locutus est dn̄s quia egressa est iniquitas de babylone a senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabāt domum ioachim: et veniebant ad eos om̄es qui habebāt iudicia. Cum autē populus reuertisset per meridiē ingrediebat̄ susanna: et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbāt eam senes quotidie ingredientē/ et deambulantē: et exarserūt in cōcupiscentiam eius: et auerterūt sensū suum et declinauerūt oculos suos vt non viderent celum: neqꝫ recordarent̄ iudiciorū iustoꝝ. Factū est autē cum obseruarēt diem aptum qn̄ eā possent inuenire solam: ingressa est aliquādo sicut heri et nudiustertiꝰ/ cū duabus solis puellis: voluitqꝫ lauari in pomerio. Estusquippe erat. et nō erat ibi quispiā / preter duos senes absconditos: et cōtemplātes eā Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum et smigmata: et ostia pomerii claudite vt lauer. Cum autem egresse essent puelle: surrexerūt duo senes et accurrerunt ad eam et dixerunt. Ecce ostia pomerii clausa sūt et nemo nos videt. Quāobrem assētire nobis: et cōmiscere nobiscum. Quod si nolueris: dicemus testimoniū contra te/ quod fuerit tecū iuuenis: et ob hanc causā emiseris puellas a te. Ingemuit susanna/ et ait. Angustie mihi sunt vndiqꝫ. Si enī hoc egero: mors mihi est. si autē nō egero: nō effugiam manus vestras Sed melius est mihi absqꝫ ope incidere in manus vestras: ꝙ peccare in conspectu dn̄i. Et exclamauit voce magna susanna. Exclamauerunt autē et senes aduersus eam. Cū autem audissent clamorē in pomerio famuli domus: irruerunt per posticum vt viderēt quidnā esset. Postꝙ autē senes locuti sunt: erubuerunt serui vehemēter: quia nūꝙ dictꝰ fuerat sermo huiuscemodi de susanna Et facta est dies crastina. Cūqꝫ venisset populus ad virū eius ioachī: venerūt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus susannā vt interficerēt eam. Et dixerunt coram populo. Mittite ad susannā filiam helchie: vxorē ioachim. Et statim miserūt. Et venit cum parentibus et filiis: et vniuersis cognatis suis. Flebant igitur sui: et oēs qui nouerant eam. Cōsurgētes autē illi duo presbyteri in medio populi: posuerūt manus suas super caput eius. Que flens suspexit ad celum. Erat autē cor eius fiduciā habēs in dn̄o. Et dixerunt presbyteri. Cū deambularemus in pomerio soli: ingressa est hec cū duabus puellis: et clausit ostia pomerii: et dimisit puellas. Venitqꝫ ad eam adolescēs qui erat absconditꝰ. et concubuit cū ea. porro nos cum essemus in angulo pomerii: videntes iniq̄tatē: cucurrimus ad eos: et vidimus eos pariter ↄmisceri. Et illū quidē nō quiuimꝰ ↄp̄hendere: quia fortior nobis erat: et aperto ostio exiliuit. Hanc autē cū apprehendissemus: īterrogauimus q̄nā esset adolescens: et noluit indi

care nobis. Huiꝰ rei testes sumꝰ. Credidit eis multitudo quasi senibꝰ et iudicibus populi: et cōdēnauerunt eam ad morte͂. Exclamauit aute͂ voce magna susanna/ et dixit Deꝰ eterne qui absconditoꝝ es cognitor. qui nosti oīa anteꝙ fiant: tu scis quoniam falsū cōtra me tulerūt testimoniū. Et ecce morior/ cum nihil hoꝝ fecerim que isti malitiose cōposuerūt aduersū me. Exaudiuit aūt dominus voce͂ eius. Cumqꝫ duceret ad morte͂: suscitauit deus spiritū pueri iunioris cuius nome͂ daniel. Et exclamauit voce magna. Mūdus ego sum a sanguine huius. Et conuersus oīs populus ad eū dixit. Quis est iste sermo que͂ tu locutꝰ es? Qui cū staret in medio eoꝝ/ ait. Sic fatui filii israel nō iudicātes: neqꝫ qđ verū est cognoscētes/ cōdemnastis filiam israel? Reuertimini ad iudiciū: quia falsum testimoniū locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione: et dixit ad eos daniel. Separate eos ab inuice͂ pcul: et diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero vocauit vnū de eis et dixit ad eū. Inueterate dierū maloꝝ: nūc venerūt peccata tua que operabaris prius: iudicans iudicia iniusta. innocētes opprime͂s: et dimitte͂s noxios. dicente dn̄o. innocente͂ et iustū nō interficies. Nunc ergo si vidisti eam: dic sub qua arbore videris eos colloquētes sibi. Qui ait. Sub cino. Dixit aute͂ daniel. Recte mentitus es in caput tuū. Ecce eni͂ angelus dei/ accepta sententia ab eo: scindet te medium

Et amoto eo: iussit venire aliū et dixit ei. Seme͂ chanaā et nō iuda species decepit te: et cōcupiscentia subuertit cor tuū. Sic faciebatis filiabus israel: et ille timētes loquebantur vobis. Sed non filia iuda: sustinuit iniquitate͂ vestrā. Nūc ergo dic mihi: sub qua arbore cōprehenderis eos loquētes sibi. Qui ait sub prino Dixit aūt ei daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuū. Manet enim angelus dei gladiū habēs vt secet te mediū et interficiat vos. Exclamauit itaqꝫ oīs cetus voce magna: ⁊ benedixerūt deū qui saluat sperantes in se. Et cōsurrexerūt aduersus duos presbyteros: cōuicerat eni͂ eos daniel ex ore suo falsū dixisse testimoniū. Feceruntqꝫ eis sicuti male egerāt aduersus primā: et interfecerūt eos. Et saluatus est sanguis inoxius: in die illa. ℟. Si ambule͂ in medio vmbre mortis non timebo mala quoniā tu meum es dn̄e. ℣. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.

Secundum Johannem viii.

In illo tp̄e. Perrexit iesus ī mōte͂ oliueti: et diluculo iterū venit in templū: et oīs pplus venit ad eū. et sedens docebat eos. Adducūt aūt scribe et pharisei muliere͂ in adulterio deprehensā: et statuerūt eā ī medio et dixerūt ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege aūt moyses mādauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec aūt dicebāt tētantes eū: vt possent accusare eū. Jesus aūt inclinās se deorsū: digito scribebat in terra. Cum aūt pseuerarēt inter

rogantes eum: erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est vestrũ: primus in illã lapidẽ mittat. Et iterũ se inclinãs/scribebat in terra. Audiẽtes autẽ vnus post vnũ exibãt/incipientes a senioribus. Et remãsit iesus solus: et mulier in medio stãs. Erigens autẽ se iesus/dixit ei. Mulier. vbi sunt qui te accusabant? Nemo te cõdẽnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit aũt iesus. Nec ego te cõdẽnabo. Uade/et amplius iam noli peccare. Offr. Gressus meos dirige dñe secũdũ eloquiũ tuum: vt non dñetur omnis iniustitia dñe. Secreta

Concede q̃s oĩpotens deus: vt huius sacrificii munus oblatum fragilitatẽ nostrã ab oĩ malo purget semp et muniat. Per.

Prefacio vt supra. Coĩo. Nemo te cõdẽnauit mulier nemo dñe nec ego te condẽnabo iã ãplius noli peccare. Postcõ.

Quesumus oĩps deus: vt inter eius mẽbra numeremur: cuius corpori cõmunicamus et sãguini. Qui te. Sup pplm. Humiliate.

Pretende dñe fidelibus Orõ. tuis dexterã celestis auxilii: vt et te toto corde pquirant et que digne postulãt consequi mereant. P. d.

Dñica.iiii.in quadragesima. Offi

Letare hierusalẽ et conuentum facite oẽs qui diligitis eam. gaudete cũ letitia qui in tristitia fuistis. vt exultetis et satiemini ab vberibus ɔsolatiõis vestre. Ps. Letatus sũ in his que dicta sunt michi in domũ domini ibimus. Oratio

Concede q̃s oĩpotens deus: vt qui ex merito nostre actionis affligimur: tue gratie cõsolatiõe respiremus. Per. Ad galathas .iiii.

Fratres: Scriptũ est q̃m abrahã duos filios habuit. Unum de ancilla/et vnũ de libera. Sed qui de ancilla/scdm carnem natus est. Qui autẽ de libera/per repromissionẽ. Que sunt per allegoriã dicta. Hec enim sunt duo testamẽta. Unũ quidẽ in monte syna/in seruitutẽ generans/que est agar. Sina enim mons est in arabia/qui cõiunctus est ei que nũc est hierusalẽ: et seruit cum filiis suis. Illa autẽ que sursũ est hierusalẽ libera est/que est mater nostra. Scriptũ est enim. Letare sterilis que nõ paris: erũpe et clama que non parturis. Quia multi filii deserte: magis q̃ ei⁹ qui habet virũ. Nos autẽ fratres/scdm isaac pmissionis filii sumus. Sed quomodo tunc is qui secundũ carnem natus fuerat: psequebat eũ qui secundũ spiritũ/ita et nunc. Sed q̃d dicit scriptura? Eiice ancillã et filium eius. Non enim heres erit filius ancille/cũ filio libere. Itaq̃ fratres/nõ sumus ancille filii/sed libere. Qua libertate xp̃s nos liberauit. R. Letat⁹ sum i hiis que dicta sũt michi in domũ dñi ibimus. V. Fiat pax in virtute tua et habundantia in turribus tuis.

Tractus.

Letatus sum in hiis que dicta sũt michi in domum dñi ibimus. V. Stãtes erãt pedes nr̃i i atriis tuis hierusalẽ. V. Hierusalẽ que edificatur vt ciuitas cuius pticipatio eius in idipsum. V. Illic enim ascẽderũt tribus tribus dñi ad ɔfitẽdũ noĩ tuo. V. Quia illic sederũt sedes i

iudicio:sedes super domum dauid. ℣. Rogate que ad pacē sunt hirl'm et plenitudo diligētibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua et habundātia in turribus tuis.

IN illo tpe Scdm iohānē Vi. Abiit iesus trās mare galilee: quod est tyberiadis. Et sequebat eum multitudo magna:q2 videbāt signa que faciebat sup hiis qui infirmabant. Subiit ergo in montē iesus:et ibi sedebat cū discipulis suis. Erat aūt primū pascha/dies festus iudeoꝝ. Cum subleuasset ergo oculos iesus/et vidisset q2a multitudo maxima venit ad eum/dixit ad philippū. Unde ememus panes vt manducēt hi? Hoc autē dicebat: tentans eum. Ipse enī sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducētoꝝ denarioꝝ panes nō sufficiūt eis/vt vnusquisq3 modicū quid accipiat. Dixit ei vnus ex discipulis eius/andreas frater simonis petri. Est puer vnus hic/qui habet quinq3 panes ordeaceos:et duos pisces. Sed hec quid sūt inter tantos? Dixit ergo iesus. Facite hoīes discūbere. Erat aūt fenū multū in loco. Discubuerūt ergo viri: numero quasi quinq3 milia. Accepit ergo iesus panes:et cū gratias egisset/distribuit discūbentib9. Similiter et ex piscibus/quātū volebāt. Ut autē impleti sunt/dixit discipulis suis. Colligite que superauerūt fragmēta/ne pereant. Collegerunt ergo:et īpleuerūt duodecim cophinos fragmētoꝝ ex q̄nq3 panib9 ordeaceis/et duob9 piscib9 q̄ supfuerūt his q̄ mā ducauerāt. Illi ergo hoīes cū vidissēt qd fecerat signū/dicebāt q2a hic est vere ppheta/q̄ vētur9 est ī mūdū.

Credo. Offr. Laudate dn̄m quia benignus est psallite noī eius quoniā suauis est oīa quecūq3 voluit fecit in celo et ī terra.

Secreta.

SAcrificiis p̄sentib9 dn̄e q̄s placatus intēde:vt et deuotiōi nostre pficiāt et saluti. Per. Coīo. Hierusalē que edificat vt ciuitas cuius participatio eius in id ipsū illuc enī ascēderūt tribus trib9 dn̄i ad cōfitēdū noī tuo dn̄e.

DA nobis misericors Postcoīo. deus:vt sācta tua quibus incessanter explemur/sinceris tractem9 obsequiis:et semp fideli mente sumamus. Feria secunda Officium.

DEus in noīe tuo saluū me fac et in virtute tua iudica me deus exaudi orōem meā. Ps. Quoniā alieni insurrexerūt aduersū me et fortes quesierūt aīam meā et non pposuerūt deū ante cōspectū suū.

Oremus. Flectamus ge. Oratio.

PResta q̄s ops deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolētes:et corpe tibi placeam9 et mēte. Per. Lcō li. Regū .iii.iii.

IN diebus illis: Venerunt due mulieres meretrices ad regē salomonē:steterūtq3 corā eo. Quarū vna ait. Obsecro mi dn̄e. Ego et mulier hec habitabamus in domo vna:et peperi apud eā in cubiculo. Tertia vo die postq̄ ego peperi peperit et hec. Et eram9 simul: nullusq3 alius in domo nobiscū: exceptis nobis duabus. Mortu9 est aūt fili9 mulieris huius nocte:dormiēsq3 oppressit eū. Et cōsurgēs intēpeste no-

ctis silentio: tulit filiū meū de latere meo ancille tue dormiētis: et collocauit in sinu suo. Suū autē filiū qui erat mortu⁹ posuit in sinu meo Cūq₃ surrexissē mane vt darē lac filio meo/apparuit mortu⁹. Quē diligētius intuēs clara luce: dephēdi nō esse meū quē genuerā. Respōdit q₃ altera mulier. Nō est ita vt dicis: sed fili⁹ tuus mortu⁹ est: meus autē viuit. Ecōtrario illa dicebat. Mētiris. Filius quippe me⁹ viuit: et filius tuus mortuus est. Atq₃ in hunc modū ɔtendebāt corā rege Tūc rex ait. Hec dicit: Filius meus viuit: ⁊ filius tuus mortu⁹ est. Et ista respōdit nō. Sed fili⁹ tuus mortuus est: et filius meus viuit. Dixit ergo rex Afferte michi gladiū. Cūq₃ attulissent gladiū corā rege: diuidite inq̄t infantē viuū in duas partes: et date dimidiā partē vni/et dimidiam partē alteri Dixit aūt mulier cuius filius erat viuus ad regē (cōmota sūt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro dn̄e: date illi infātem viuū: et nolite interficere eū. Econtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidat. Respōdit rex ⁊ ait Date huic infantē viuū/et nō occidatur. Hec est enī mater eius. Audiuit itaq₃ oīs israel iudiciū quod iudicasset rex: et timuerūt regē/videntes sapiētiā dei esse in eo: ad faciendū iudiciū. ℟. Esto michi i deū ꝓtectorē et i locū refugii. vt saluū me facias. De⁹ i te speraui. dn̄e nō ɔfūdar ieternū

Tract⁹. Dn̄e nō. vℓ̃s. S. iohānē. ii. c.

In illo tp̄e: Prope erat pascha iudeoꝝ: et ascendit iesus hierosolimā. Et inuenit in tēplo vendentes oues et boues et colūbas: et nūmularios sedētes. Et cum fecisset quasi flagellū de funiculis: omnes eiecit de templo. Oues quoq₃ et boues. Et nūmularioꝝ effudit es: et mensas subuertit. Et hiis qui colūbas vendebāt/dixit. Auferte ista hic et nolite facere domū patris mei/domū negociationis. Recordati vero sunt discipuli eius: quia scriptū est, zelus dom⁹ tue comedit me. Responderūt ergo iudei et dixerunt ei Quod signū ostēdis nobis: q̄a hec facis? Rn̄dit iesus et dixit eis. Soluite tēplū hoc: et in tribus dieb⁹ excitabo illud. Dixerūt ergo iudei Quadraginta et sex annis edificatū est tēplū hoc: et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille aūt dicebat: de tēplo corporis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius/q̄a hoc dicebat Et crediderūt scripture: et sermoni quē dixit iesus. Cū aūt esset hierosolymis in pascha i die festo: multi crediderūt in noīe eius: videtes signa eius que faciebat Ipse aūt iesus nō credebat semetipsū eis: eo ꝙ ipse nosset oēs. Et q̄a opus ei nō erat vt q̄s testimoniū phiberet de hoīe: Ipse enim sciebat quid esset in hoīe. Offꝫ. Jubilate deo oīs terra iubilate deo oīs terra: seruite dn̄o in leticia intrate in cōspectu ei⁹ in exultatōe: q: dn̄s ipse est deus Secre.

Oblatū tibi dn̄e sacrificiū viuificet nos semp et muniat Per

Prefatio vt supra Coīo: Ab occultis meis mūda me dn̄e et ab alieis parce seruo tuo

Postcoīo

Sumptis dñe salutarib⁹ sacra-
mētis.ad redēptiōis eterne q̃s p
ficiamus augmentū.p. Oremus.
Humiliate capita. Super populū.
Deprecationē nostrā q̃s dñe be
nignus exaudi:et quibus sup
plicādi prestas affectū:tribue defen
sionis auxiliū.p. Feria iii. Officiū
Exaudi deus orationē meā:
ne despexeris deprecationē
meā intende in me et exau
di me. Ps. Cōtristatus sum in exercitati
one mea:et cōturbatus sum a voce iimici
et a tribulatione pctōris. Ore⁹ Flec. Or.
Sacre nobis q̃s dñe obseruatio
nis ieiunia.et pie cōuersatiōis
augmentū:et tue ppiciationis cōti
nuū prestēt auxiliū.p. Lcō li. Exodi
In diebus illis:Locu xxxii
tus est dñs ad moysen dicens.
Descende de monte.peccauit ppls
tuus quē eduxisti de tra egypti.Re
cesserūt cito devia quā ostēdisti eis
Fecerūtq; sibi vitulū cōflatilē/et ad
orauerūt:atq; imolantes ei hostias
dixerunt.Isti sunt dii tui israel:qui
te eduxerūt de terra egypti.Rursū-
q; ait dñs ad moysē.Cerno ꝙ ppls
iste dure ceruicis sit:dimitte me vt
irascat furor meus cōtra eos:et de-
leam eos:faciāq; te in gentē mag-
nā.Moyses aūt orabat dñm deum
suū dicēs.Cur dñe irascit furor tu-
us contra populū tuū quē eduxisti
de terra egypti in fortitudine mag
na et in manu robusta:Ne q̃so di-
cant egyptii.callide eduxit eos vt in
terficeret in montibus/et deleret e
terra.Quiescat ira tua:et esto pla-
cabilis sup nequitia populi tui.Re
cordare abraham/et isaac/et iacob
seruor tuor:quibus iurasti per te-
metipsū dicēs.Multiplicabo semē
vestrū sicut stellas celi:et vniuersā
terrā hanc de qua locutus sum da-
bo semini vestro:et possidebitis eā
semp.Placatusq; est dñs ne faceret
malū quod locutus fuerat.Et mi-
sertus est populo suo:dñs deus no
ster. R. Exurge dñe fer opem nobis:et li
bera nos propter nomen tuum. V. Deus
auribus nostris audiuimus:patres nostri
ānūciauerūt nobis opus quod operatus
es in diebus eorum et in diebus antiquis
Secūdum iohannem. vii.ca
In illo tempore.Jam die festo
mediāte/ascendit iesus in tē-
plum et docebat.Et mirabant iu-
dei dicentes.Quomodo hic litteras
scit/cum nō didicerit:Respōdit eis
iesus/et dixit.Mea doctrina nō est
mea/sed eius qui misit me.Si ꝗs
voluerit voluntatem eius facere:
cognoscet de doctrina vtrum ex deo
sit/an ego a meipso loquar.Qui a
semetipso loquitur gloriam propri
am querit.Qui autem querit glo-
riam eius qui misit illū:hic verax
est/et iniustitia in illo non est.Non
ne moyses dedit vobis legem:et ne
mo ex vobis facit legem.Quid me
queritis interficere:Respondit tur
ba/et dixit.Demonium habes.
Quis te querit interficere:Respon
dit iesus/et dixit eis.Vnum opus
feci/et omnes miramini.Propter-
ea moyses dedit vobis circuncisio-
nem:non quia ex moyse est:sed ex
patribus.Et in sabbato circuncidi
tis hominem.Si circūcisionē acci

pit homo in sabbato vt non soluat lex moysi: michi indignamini quia totũ hoiem sanum feci in sabbato. Nolite iudicare secũdũ faciẽ: sed iustũ iudiciũ iudicate. Dicebant ergo quidã ex hierosolymis Nõne hic est quẽ querũt interficere: Ecce palã loquit: et nihil ei dicũt Nũquid vere cognouerũt principes: quia hic est christus: Sed hũc scimus vnde sit. Christus aũt cũ venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo iesus in templo docens: et dicens. Et me scitis: et vnde sim scitis. et a meipso non veni: sed est verus qui misit me/quẽ vos nescitis. Ego scio eũ. Et si dixero qr nescio eũ: ero similis vobis mendax Sed scio eũ: quia ab ipso sũ. et ipse me misit. Querebãt ergo eũ apprehendere: et nemo misit in illum manus: quia nondũ venerat hora eius De turba aũt: multi crediderunt in eum. Offr. Expectãs expectaui dñm. et respexit me et audiuit deprecationem meam. et immisit in os meũ canticũ nouũ hymnũ deo nostro Secreta.

Hec hostia q̃s dñe emũdet nostra delicta: et ad sacrificiũ celebrandũ subditorꝫ tibi corpa mentesq̃ sãctificet. P. Prefatio vts. Cõio Letabimur in salutari tuo et in nomine dñi dei nostri magnificabimur. Postcõ

Huius nos dñe pceptio sacramenti mũdet a crimine: et ad celestia regna pducat. P. Super populum Oratio.

Miserere q̃s dñe pplo tuo: et cõtinuis tribulationibus laborantẽ ppicius respirare cõcede Per. Feria quarta Officium

Dum sanctificatus fuero in vobis cõgregabo vos de vniuersis terris et effũdã super vos aquã mundã et mũdabimini ab oibus inquinamentis vestris et dabo vobis spiritũ nouũ. Ps. Benedicã dñm in oi tpe sẽper laus eius in ore meo Non dicit Dñs vobiscũ. sed tñ dicit Oremus. Flectamus genua le. Orõ.

Deus qui et iustis pmia meritorꝫ et pctõribus p ieiuniũ veniã prebes. miserere supplicibꝰ tuis vt reatus nostri cõfessio indulgẽtiã valeat pcipere delictorꝫ. per dñm

Lectio ezechielis pphete xxxvi.

Hec dicit dñs deus. Sanctificabo nomẽ meũ magnum vt sciant gentes quia ego sum dñs cũ sãctificatus fuero in vobis corã eis. Tollã quippe vos de gẽtibus: et cõgregabo vos de vniuersis terris: et adducã vos in terrã vestrã Et effundã super vos aquã mundã: et mũdabimini ab oibus iquinamẽtis vestris et ab vniuersis idolis vestris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouum: et spiritũ nouũ ponã in medio vestri. Et auferam cor lapideũ de carne vestra: et dabo vobis cor carneũ. et spiritũ meũ ponã in medio vestri. et faciam vt in preceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis in terra quã dedi patribus vestris. et eritis michi in populũ. et ego ero vobis in deũ. Dicit dominus omnipotens. R. Venite filii audite me timorẽ dñi docebo vos. V. Accedite ad eum et illuiamini et facies vestre nõ cõfundẽtur. Hic dicit Dominus vobiscum. Oremus.

Flectamus genua **Oratio.**

PResta quesumus omnipotēs deus: vt quos ieiunia votiua castigant: ipsa quoqȝ deuotio sācta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis/facilius celestia capiamus. P

Lectio Isaie pphete .i.ca.

HEc dicit dn̄s deus: Lauamini mundi estote. auferte malum cogitationū vestrarū ab oculis meis. Quiescite agere peruerse/discite benefacere. Querite iudiciū/subuenite oppresso/iudicate pupillo/defēdite viduā. et venite ꝛ arguite me dicit dn̄s Si fuerint pctā vestra vt coccinū: quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erūt. Si volueritis et audieritis me/bona terre comedetis. Dicit dominus: omnipotēs. R. Beata gens cuius est dn̄s de⁹ eorū pp̄lus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. V. Verbo dn̄i celi firmati sūt et spiritu oris eius oīs virtus eorū. **Tractus.** Dn̄e nō scdm.

Secundum Johannē ix.ca.

IN illo tpe. Preteriens iesus vidit hoīem cecū a natiuitate. Et interrogauerūt eum discipuli eius Rabbi. quis peccauit. hic aut parentes eius vt cecus nasceret. Respondit iesus. Neqȝ hic peccauit neqȝ parentes eius: sed vt manifestent opera dei in illo. Me oportet opari opera eius qui misit me: donec dies est Venit nox/quādo nemo potest opari. Quādiu in mūdo sum/lux sum mundi. Hec cū dixisset/expuit in terrā et fecit lutū ex sputo: et liniuit lutū sup oculos eius/et dixit ei. Vade laua in natatoriā syloe: qd̄ interpretat missus. Abiit ergo et lauit: et venit vidēs. Itaqȝ vicini et qui viderāt eū prius qa mēdicus erat/dicebant Nōne hic est qui sedebat et mēdicabat: Alii dicebant qa hic est. Alii autē nequaq̄/sed silis est ei⁹. Ille vero dicebat/qa ego sū. Dicebāt ergo ei. Quō apti sūt tibi oculi: Respondit Ille homo qui dicit iesus lutū fecit et vnxit oculos meos/et dixit michi Vade ad natatoriā syloe et laua Et abii/et laui/et vidi. Et dixerunt ei. Vbi est ille: Ait Nescio. Adducūt eū ad phariseos/qui cecus fuerat Erat autē sabbatū/quādo lutum fecit iesus et aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabāt eū pharisei: quō vidisset. Ille aūt dixit eis. Lutū posuit mihi sup oculos/et laui et video Dicebāt ergo ex phariseis quidā. Non est hic homo a deo/qui sabbatū nō custodit. Alii aūt dicebāt. Quō potest homo peccator hec signa facere Et scisma erat inter eos. Dicūt ergo ceco iterū. Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos: Ille aūt dixit: quia propheta est. Non crediderūt ergo iudei de illo/quia cecus fuisset et vidisset: donec vocauerūt parentes eius qui viderat. Et interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester: quē vos dicitis quia cecus natus est: Quō ergo nūc videt: Rn̄derūt eis parētes eius: et dixerūt. Scim⁹ qa hic est fili⁹ noster: et qa cecus nat⁹ ē Quō aūt nūc videat nescim⁹ aut qs eius aperuit oculos nescim⁹ Ipsū interrogate. Etatem habet ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius quia timebant iudeos.

Jam enim conspirauerant iudei vt si quis eum confiteretur christũ: extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatẽ habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominẽ qui fuerat cecus: et dixerũt ei. Da gloriam deo, nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est nescio. Vnũ scio: quia cecus cum essem modo video. Dixerũt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam/ et audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei/ et dixerũt. Tu discipulus illius sis: nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus: q̃a moysi locutus est deus, hũc autem nescimus vnde sit. Respõdit ille homo/ et dixit eis. In hoc enim mirabile est: quia vos nescitis vnde sit: et aperuit meos oculos. Scimus autẽ quia peccatores deus nõ audit: sed si quis dei cultor est: et voluntatem eius facit/ hunc exaudit. A seculo nõ est auditum: quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: nõ poterat facere quicq̃. Responderũt et dixerunt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit iesus quia eiecerunt eum foras. Et cum inuenisset eum/ dixit ei. Tu credis in filiũ dei? Respõdit ille/ et dixit. Quis est domine vt credam in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecũ ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens: adorauit eum. Offer. Bñdicite gentes dñm deũ nostrũ ꝛ obaudite vocẽ laudis eius qui posuit aĩam meam ad vitã et nõ dedit commoueri pedes meos: benedictus dñs qui non amouit deprecationẽ meã et m̃iam suã a me. Secreta

Supplices te rogamus om̃ipotens deus vt hiis sacrificiis peccata nostra mundentur quia tunc nobis tribuis veram et mẽtis et corporis sanitatem. Prefatio. Qui corporali ieiunio vi. vt supra. Coĩo. Lutũ fecit ex sputo dñs et liniuit oculos meos et abii et laui et vidi et credidi ĩ deo

Sacramenta Postcoĩo. que sumpsimus quesum⁹ domine deus noster: et spiritalib⁹ nos repleant alimentis: et corporalibus tueantur auxiliis. Per dominũ.

Super populũ Oremus. Humiliate capita vestra Oratio

Pateãt aures misericordie tue domine precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata cõcedas: fac eos que tibi placita sunt postulare. per Feria quinta offi.

Letetur cor querentium dominũ querite dominũ et cõfirmamini querite faciem ei⁹ sẽper. ps. Cõfitemini dño et inuocate nomen eius annũciate inter gentes opera eius. Orem⁹ Flectamus. Oratio.

Presta q̃s ops de⁹ vt quos ieiunia votiua castigãt: ipsa quoqꝫ deuotio scã letificet: vt terreis affectibus mitigatis facili⁹ celestia capiam⁹. Per. Lcõ libri Regũ iiii. iiii. c

In dieb⁹ illis. Venit mulier sunamitis ad heliseũ pphetã: in montẽ carmeli. Cũqꝫ vidisset eam

vir dei dextra: ait ad giezi puerū suū
Ecce sunamitis illa venit. Vade ergo
ī occursū ei⁹ ꝛ dic ei Recte ne agit̄ cir
ca te ꝛ circa virū tuū: ꝛ circa filiū tuū
Que respōdit. Recte. Cūq̄ venisset
ad virū dei in montē: apprehēdit pe
des eius: ꝛ accessit giezi vt amoueret
eam. Et ait homo dei Dimitte illā
Aīa eni eius ī amaritudīe est: ꝛ dn̄s
celauit a me: et non indicauit mihi
Que dixit illi. Nunq̄d petiui filiū a
dn̄o meo? Nūq̄d non dixi tibi ne il-
ludas me? Et ille ait ad giezi. Accin
ge lūbos tuos: et tolle baculū meū ī
manu tua et vade. Si occurrerit ti-
bi homo: nō salutes eū. Et si saluta
uerit te quispiā: nō respondeas illi.
Et pones baculū meū sup faciē pu
eri. Porro mat̄ pueri ait. Viuit dn̄s
et viuit aīa tua: nō dimittā te. Sur
rexit ergo: et secut⁹ est eā. Giezi autē
precesserat eos ꝛ posuerat baculū su
per faciē pueri: et nō erat vox neq̄ sē
sus. Reuersusq̄ est giezi in occursū
eius: et nūciauit ei dicēs. Nō surre-
xit puer. Ingressus ē ergo helise⁹ do-
mū: et ecce puer mortu⁹ iacebat ī le-
ctulo eius. Ingressusq̄ clausit ostiū
super se et super puerū et orauit ad
dn̄m et ascendit: et incubuit sup pu
erū: posuitq̄ os suū super os eius ꝛ
oculos suos super oculos eius ꝛ ma
nus suas sup manus eius: et incur
uauit se super eum et calefacta ē ca
ro pueri. At ille reuersus deambula
bat in domo semel huc atq̄ illuc et
ascēdit et incubuit super eū. Et osci
tauit puer septies: aperuitq̄ oculos
Et ille vocauit giezi et dixit ei Voca
sunamitē hanc. Que vocata ingres
sa est ad eum. Qui ait. Tolle filiuz
tuum. Venit illa et corruit ad pedes
eius et adorauit super terram. Tu
litq̄ filiū suum et egressa est. Helise
us vero reuersus est in galgala. ℟.
Respice dn̄e in testamētū tuū et aīas pau
perū tuorū ne obliuiscaris in finē. ℣. Ex
urge dn̄e et iudica causā tuā: memor esto
opprobrii seruorū tuorū. S. lucā vii.

In illo tempore. Ibat iesus ī ci
uitatem que vocatur naym: et
ibant cum illo discipuli ei⁹ ꝛ turba
copiosa. Cum autez appropinqua-
ret porte ciuitatis ~~et~~ ecce defunctus
efferebatur filius vnic⁹ matris sue
Et hec vidua erat. Et turba ciuita-
tis multa cum illa. Quā cū vidisset
dn̄s misericordia motus super eaz
dixit illi. Noli flere. Et accessit et te
tigit loculū. Hi autem qui portabāt
steterūt. Et ait. Adolescens tibi dico
surge. Et resedit qui erat mortuus
et cepit loqui. Et dedit illum matri
sue. Accepit autez om̄s timor ꝛ ma-
gnificabant deum dicentes. Quia
propheta magn⁹ surrexit in nobis ꝛ
quia deus visitauit plebem suam:
Offertorium. Dn̄e ad adiuuādū me
festina cōfundantur omnes et reuereant̄
qui cogitant seruis tuis mala. Secreta

Purifica nos misericors deus
vt ecclesie tue preces que tibi
grate sunt pia munera deferentes
fiant expiatis mentibus gratiores
Per dominū nostrum iesum chri-
stum filiū tuū qui tecum viuit ꝛ re-
gnat in vnitate spirit⁹ sācti deus.
Prefatio vt supra. Cōmunio. Dn̄e
memorabor iustitie tue solius deus docui
sti me a iuuentute mea et vsq̄ in senectā

et seniū deus ne derelinquas me. Postcō.
Celestia dona capientibus q̄s dn̄e non ad iudiciū peruenire patiaris: quod fidelibus tuis ad remediū puidisti. P. Sup pplm. Huiliate.
Populi tui de[us] liate. Orō
Populi tui deus institutor et rector peccata quibus īpugnat expelle: vt tibi semper placitus et tuo munine sit securus. Per. Feria vi. Officiū
Meditatio cordis mei in conspectu tuo sēper dn̄e adiutor meus et redēptor me⁹. ꝓ. Celi enarrāt gl'iam dei ⁊ opa manuuz eius ānūciat firmamētū. Oremus.
Deus qui Flectam⁹. Orō
Deus ineffabilibus mūdū renouas sacramentis presta q̄s: vt eccl'ia tua eternis pficiat institutis ⁊ tp̄alibus nō destituat auxiliis. Per dominū.
Lectio libri regum iii. li. xvii.
In diebus illis. Egrotauit fili⁹ mulieris matrisfamilias erat langor fortissimus: ita vt nō remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad helyam. Quid mihi et tibi vir dei? Ingressus es ad me vt remēorarent iniq̄tates mee et interficeres filiū meuz. Et ait ad eā helyas. Da michi filiū tuū. Tulitq₃ eū de sinu illius: et portauit in cenaculū vbi ip̄e manebat: ⁊ posuit sup lectulū suū: ⁊ clamauit ad dn̄m et dixit. Dn̄e deus me⁹ etiā ne viduā apud quā ego vt cūq₃ sustētor afflixisti: vt interficeres filiū ei⁹. Et expādit se atq₃ mensus ē sup puerū tribus vicibus: clamauitq₃ ad dn̄m et ait. Dn̄e deus meus reuertatur oro aīa pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit dn̄s vocē helye et reuersa est anima pueri intra eum. et reuixit. Tulitq₃ helyas puerū ⁊ deposuit eū de cenaculo in īferiorē domū et tradidit matri sue et ait illi. En viuit filius tu⁹. Dixitq₃ mulier ad heliā Nūc in isto cognoui qm̄ vir dei es tu: et verbū dn̄i in ore tuo verū est. R. Bonū est ɔfidere in dn̄o q̄ cō fidere in hoīe. V. Bonū est spare in dn̄o q̄ spare in principib⁹. Tractus
Dn̄e nō scd̄z. vt supra. S. iohēm. xi.
In illo tempore. Erat quidam languēs lazarus a bethania de castello marie et marthe sororꝝ eius. Maria autē erat que vnxit dominū vnguento: et extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus īfirmabat. Miserunt ergo sorores eius ad eum: dicentes. Dn̄e ecce quem amas: īfirmatur. Audiens autem iesus dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem: sed pro gloria dei vt glorificet filius dei per eā. Diligebat aūt iesus marthā et sororē eius mariā/ et lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur/ tunc quidē mā sit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dixit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc querebant te iudei lapidare et iterum vadis illuc? Respondit iesus. Nonne duodecim sunt hore diei? Si quis ambulauerit in die/ nō offendit qr lucem huius mundi videt. Si autē ambulauerit in nocte offēdit qr lux non ē in eo. Hec ait ⁊ post hec dixit eis. Lazarus amicus noster dormit sed vado vt a somno excitem eum. Dixerūt ergo discipl'i eius Dn̄e si dor

mit: saluus erit. Dixerat autem ie-
sus de morte eius. Illi autē putaue-
rūt quia de sōni dormitiōe diceret.
Tunc ergo dixit eis iesus manife-
ste. Lazarus mortuus est. Et gau-
deo propter vos vt credatis: q̄m non
eram ibi: sed eamus ad eū. Dixit er
go thomas qui dicit̄ didim⁹: ad cō-
discipulos. Eamus et nos: et mori-
amur cū eo. Venit itaq; iesus: et in-
uenit eū quattuor dies iā in monu
mēto habentē. Erat autē bethania
iuxta hierosolymā: quasi stadiis q̄n
decim. Multi aūt ex iudeis venerāt
ad marthā et mariā: vt cōsolarent̄
eas de frē suo. Martha ergo vt audi
uit q̄a iesus venit: occurrit illi: Ma-
ria autē domi sedebat. Dixit ergo
martha ad iesū. Dn̄e si fuisses hic:
frat̄ meus nō fuisset mortuus. Sed
et nūc scio: quia quecūq; poposceris
a deo: dabit tibi deus. Dixit illi ie-
sus. Resurget frater tuus. Dixit ei
martha. Scio quia resurget ī resur
rectōe: in nouissimo die. Dixit ei ie-
sus. Ego sū resurrectio: et vita. Qui
credit in me: etiā si mortu⁹ fuerit vi
uet. Et ōis q̄ viuit ⁊ credit ī me: non
morief̄ ineternū. Credis hoc? Ait illi.
Utiq; dn̄e. Ego credidi q̄r tu es chri
stus fili⁹ dei viui: q̄ ī hūc mūdū veni
sti. Et cū hec dixisset: abiit ⁊ vocauit
mariā sororē suā silētio dicēs. Ma-
gister adest ⁊ vocat te. Illa vt audiuit
surrexit cito: et venit ad eū. Nondū
enī venerat iesus ī castellū: s; adhuc
erat ī illo loco vbi occurrerat ei mar
tha. Iudei igit̄ q̄ erāt cū ea in domo
et ɔsolabant̄ eā: cū vidissēt mariā q̄r
cito surrexit ⁊ exiit: secuti sūt eā: dicē
tes: q̄r vadit ad monumētū vt ploret
ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat
iesus: videns eū cecidit ad pedes ei⁹
et dixit ei. Dn̄e si fuisses hic: nō esset
mortu⁹ frat̄ me⁹. Iesus ergo vt vidit
eā plorantē: et iudeos q̄ venerant cū
ea plorātes: infremuit spū et turba-
uit seipm̄: et dixit. Ubi posuistis eū?
Dicunt ei. Dn̄e: veni: et vide. Et la-
chrymat⁹ est iesus. Dixerūt ergo iu-
dei. Ecce quomō amabat eū. Qui-
dam aūt ex ipis dixerūt. Nō poterat
hic qui apuit ocl'os ceci nati facere
vt et hic nō moreret̄? Iesus ergo rur
sum fremēs ī semetipō venit ad mo
numētū. Erat autem spelūca: et la-
pis superpositus erat ei. Ait iesus.
Tollite lapidē. Dixit ei martha: so-
ror eius qui mortuus fuerat. Dn̄e
iam fetet: quatriduan⁹ eī est. Dicit
ei iesus. Nōne dixi tibi: q̄m si credi-
deris videbis gl'iam dei? Tulerunt
ergo lapidē. Iesus aūt eleuatis sur-
sū oculis: dixit. Pat̄ gratias ago ti-
bi: q̄m audisti me. Ego autē sciebā
q̄r semp me audis: sed pp̄ter pp̄lm
q̄ circunstat dixi: vt credat q̄r tu me
misisti. Hec cū dixisset: voce magna
clamauit. Lazare veni foras. Et sta
tim p̄diit q̄ fuerat mortu⁹: ligatus
manus et pedes institis. Et facies il-
lius sudario erat ligata. Dicit eis ie
sus. Soluite eū: et sinite abire. Mul-
ti ergo ex iudeis qui venerāt ad ma
riā et marthā: et viderāt que fecit ie
sus: crediderūt in eū. Offr. Populū
hūilem saluū facies dn̄e: et ocl'os superbo
rū humiliabis quoniā quis deus preter te
domine.

Secreta

Munera nos dn̄e q̄s oblata pu

rificent: et te nobis iugiter faciāt es
se placatū. Per dñm. Prefatio vts.
Coio Videns dñs flētes sorores lazari ad
monumentū lachrimatus est corā iudeis
et clamabat lazare veni foras et prodiit
ligatis manibus et pedib⁹ q̄ fuerat qua-
triduanus mortuus. Postcoio.
Hec nos q̄s dñe pticipatio sa-
cramēti et a ppriis reatibus i
desinēter expediat: et ab oibus tuea
tur aduersis. Per dñm. Sup popu
lū. Orem⁹. Hūiliate capita. Oro.
Da q̄s omps deus: vt q̄ infirmi
tatis nr̄e cōscii de tua virtute
cōfidim⁹: sub tua semp pietate gau
deamus. Per. Sabbato. Officiū.
Sitiētes venite ad aquas di
xit dñs: et q̄ nō habetis pciū
venite bibite cū letitia. ps
Attēdite popule meus legē meā: iclinate
aurē vestrā in verba oris mei. Orem⁹.
Flectamus genua. Leuate. Oro.
Fiat q̄s dñe p grām tuam fru
ctuosus nr̄e deuotiōis affect⁹
q̄a tūc nobis pderūt suscepta ieiu-
nia si tue sint placita pietati. P dō.
Lectio isaie prophete. lv.c.
Hec dicit dñs de⁹ Oēs sitiētes
venite ad aquas: et q̄ nō habe
tis argentū pperate emite et come
dite. Venite emite absq̧ argento et
absq̧ vlla cōmutatione: vinū et lac
Quare appēditis argētū nō i pani
bus: et laborē vr̄m nō in saturitate.
Audite audiētes me et comedite bo
nū: et delectabit' in crassitudine aīa
vr̄a. Inclinate aurē vr̄am et venite
ad me: audite et viuet aīa vr̄a. Et fe
riā vobiscū pactū sēpiternū: mias
dauid fideles. Ecce testē populis de
di eū ducē ac preceptorē gētibus. Ec
ce gentē quā nesciebas vocabis: et
gētes q̄ nō cognouerūt te ad te cur-
rent pter dñm deū tuū: et sāctū is
rael: q̄a glorificauit te. R. Tibi dñe
derelict⁹ est pauper pupillo tu eris adiu
tor. V. Vt quid dñe recessisti lōge despicis
in opportunitatib⁹ in tribulatione dū su
perbit impius icendit' pauper.
Secundū Johannem. viii.
In illo tpe. Dicebat iesus tur-
bis iudeorum. Ego sū lux mūdi.
Qui sequit' me: nō ambulat i tene
bris: sed habebit lumē vite. Dixerūt
ergo pharisei. Tu de teipso testimo
niū phibes: testimoniū tuū non est
verū. Respōdit iesus: et dixit eis. Et
si ego testimoniū perhibeo de meip
so: verū est testimoniū meū: q2 scio
vnde veni: et quo vado. Vos autem
nescitis vnde venio: aut quo vado.
Vos scdm carnē iudicatis: ego non
iudico quēq̄. Et si iudico ego. iudi-
ciū meū verū est: q̄a solus nō sum:
sed ego et qui misit me pater. Et in
lege vr̄a scriptū est: q̄a duorū hoim
testimoniū verū est. Ego sū qui te-
stimoniū perhibeo de meipso: et te-
stimoniū perhibet de me qui misit
me pater. Dicebant ergo ei. Vbi est
pater tu⁹: Respōdit iesus. Neq̧ me
scitis: neq̧ prēm meū. Si me sci-
retis: forsitan et patrē meū sciretis
Hec verba locutus est iesus in gazo
philacio: docens in tēplo. Et nemo
apprehendit eū: quia necdum vene
rat hora eius. Offertoriū. Factus est
dominus firmamentum meum et refugi
um meum et liberator meus sperabo in
eum. Secreta.

Oblationes q̄s dñe placare susceptis: et ad te nostras etiā rebelles cōpelle ꝓpitius volūtates. P.

Coīo. Dñs regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocauit sup aquā refectiōis educauit me. Postcoīo.

Tua nos q̄s dñe sancta purificent et operatione sua te nobis faciant esse placatū. Per. Sup populū. Oremus. Hūiliate. Orō.

Deus q̄ sperātibus in te misereri potius eligis q̄ irasci: da nobis digne flere mala q̄ fecimus: vt tue cōsolatiōis grām īuenire valeamꝰ. P.

Dñica in passione. Officiū.

Iudica me deus et discerne causā meā de gente nō sancta ab hoīe īiquo et doloso eripe me: q̄a tu es deus meus et fortitudo mea. Ps. Emitte lucē tuam et veritatē tuam: ipsa me deduxerūt et adduxerūt in montem sanctū tuū et in tabernacula tua. De ceto nō dicas. Glā patri. ad missā vsqꝫ in pascha. Orō.

Quesumus omps̄ deꝰ familiā tuā ꝓpitius respice: vt te largiēte regat̄ in corpore: et te seruāte custodiat̄ in mēte. P. Ad hebreos. ix.

Fratres. Christus assistēs pōtifex futurorū bonorū per amplius et pfectius tabernaculū non manu factū. idest nō huiꝰ creatiōis. Neqꝫ per sanguinē hyrcorū aut vitulorū: sed per propriū sanguinem introiuit semel in sancta eterna redēptione inuēta. Si enim sanguis hyrcorū et thaurorū et cinis vitule aspersus inquinatos sāctificat ad emūdationem carnis: q̄nto magis sanguis christi qui per spiritū sanctū semetipsū obtulit immaculatū deo emundauit conscientiā nostrā ab operibus mortuis ad seruiēdum deo viuenti? Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedente in redemptionē earū preuaricationū que erant sub priori testamento repromissionē accipiant: q̄ vocati sunt eterne hereditatis. In christo iesu: dño nostro. R. Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere voluntatē tuā. V. Liberator meus dñe de gētibus iracūdis ab īsurgētibꝰ in me exaltabis me a viro īiquo eripies me. Tractꝰ

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. V. Dicat nūc isrl̄ sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. V. Eteni non potuerūt michi supra dorsū meū fabricauerūt peccatores. V. Prolongauerūt īiquitatē sibi dñs iustus cōcidet ceruices pctōrū.

Scdm Johānē. viii. c.

In illo tempore Dicebat iesus turbis iudeorū: et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare non creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos nō auditis: q̄a ex deo non estis. Responderunt igitur iudei: et dixerūt ei. Nonne bene dicimus nos q̄a samaritanus es tu: et demoniū habes? Respondit iesus. Ego demonium nō habeo: sed honorifico patrē meū: et vos inhonorastis me. Ego autē non quero gloriam meā: est q̄ querat et iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonē meū seruauerit: mortē non videbit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nūc cognouimus: quia demonium ha-

bes. Abraham mortuus est et pphe te: et tu dicis: si quis sermonē meū seruauerit: nō gustabit mortem in eternū. Nūquid tu maior es patre nostro abrahā: qui mortuus est. Et pphete mortui sūt. Quē teipsū facis? Respōdit iesus. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nichil est. Est pater meus: qui glorificat me. Quē vos dicitis: quia deus noster est: et nō cognouistis eū. Ego autē noui eū. Et si dixero qa nescio eum ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: et sermonē eius seruo. Abrahā pater vester exultauit vt videret diem meū: vidit et gauisus est. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nōdū habes: et abraham vidisti? Dixit eis iesus. Amē amen dico vobis. anteq̄ abrahā fieret ego sū. Tulerūt ergo lapides. vt iacerēt in eū. Jesus aūt abscondit se: et exiuit de tēplo. Credo. Offer. Cōfitebor tibi dn̄e i toto corde meo retribue seruo tuo vt viuā et custodiā sermones tuos viuifica me scd̄z verbū tuū dn̄e. Secre.

Hec munera dn̄e q̄s et vincula nostre prauitatis absoluāt et tue nobis mīe dona cōcilient. P. Coio. Hoc corpus qd̄ pro vobis tradetur hic calix noui testamēti est in meo sāguine dicit dn̄s hoc facite quotiēscūqz sumitis in meā cōmemoratione. Postcoio.

Adesto nobis dn̄e de⁹ noster: et quos tuis mysteriis recreasti: perpetuis defende presidiis. Per do

Feria secunda. Officium.

Miserere mihi dn̄e quoniam conculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. Ps. Cōculcauerunt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellantes aduersū me. Nō dicit Glīa pa. Orem⁹. Flectam⁹ ge.

Sanctifica q̄s dn̄e nostra ieiunia: et cunctarū nobis propitius indulgētiam largire culparū. P. Oro. Lectio ione pphete. iii. c.

In diebus illis. Fctm̄ est verbū dn̄i ad ionā pphetam scd̄o: dicens. Surge et vade in niniuē ciuitatē magnā: et pdica in ea predicationē quā ego loquar ad te. Et surrexit ionas: et abiit in niniuē iuxta verbū dn̄i. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierū triū. Et cepit ionas introire ciuitatē itinere diei vnius: et clamauit et dixit. Adhuc quadragita dies: et niniue subuertet. Et crediderunt viri niniuite in dn̄o: et predicauerūt ieiuniū et vestiti sūt saccis a maiore vsqz ad minorē. Et peruenit verbū ad regē niniue: et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentū suū a se: et indutus est sacco: et sedit in cinere. Et clamauit et dixit in niniue ex ore regis: et principū eius: dicens. Homines et iumēta et boues et pecora nō gustēt q̄cq̄ nec pascant: et aquā non bibāt. Et operiantur saccis homīes et iumēta clament ad deū in fortitudine: et cōuertat vir a via sua mala: et ab iniquitate que est in manibus eorū. Quis scit si cōuertatur et ignoscat deus: et reuertat a furore ire sue: et non peribimus? Et vidit deus opa eorū: quia cōuersi sūt de via sua mala: et misertus est populo suo: dn̄s deus noster. R. Dn̄e exaudi orationē meā auribus percipe verba oris mei. V.

Deus in nomie tuo saluum me fac et in virtute tua iudica me. Tractus. Dñe nõ scdm. vts. Scdm iohãnẽ. vii

In illo tẽpore. Miserũt princi- pes et pharisei ministros: vt ap- prehenderent iesũ. Dixit ergo eis ie- sus. Adhuc modicũ tẽp⁹ vobiscũ sũ et vado ad eũ qui me misit. Quere tis me: et nõ inuenietis. Et vbi sũ ego: vos non potestis venire. Dixe rũt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: q̃a nõ inuenimus eũ. Nunqd in dispersionẽ gẽtium itu- rus est: et docturus gẽtes. Quis est hic sermo quẽ dixit: q̃retis me: ⁊ nõ inuenietis: et vbi sũ ego: vos nõ po testis venire. In nouissimo aũt die magno festiuitatis stabat iesus: et clamabat dicẽs. Si quis sitit: veni at ad me: ⁊ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumia de ven tre eius fluẽt aque viue. Hoc aũt di cit de spũ: quẽ accepturi erãt: credẽ- tes in eũ. Offr. Dñe cõuertere et eri- pe aiã3 meã saluũ me fac pp̃ter miã3 tuã

Concede nobis Secreta. q̃s dñe deus noster: vt hec ho- stia salutaris et nostrorũ fiat pur- gatio delictorum et tue propiciatio maiestatis. Per dñm. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Coio. Dñs virtutũ ipse est rex glorie. Postcoio.

Sacramenti tui q̃s dñe partici patio salutaris: et purificatio nẽ nobis tribuat: et medelã. Per d. Super populũ. Oro.

Da q̃s dñe populo tuo salutem mentis et corporis: vt bonis operibus inherendo: tua semp mere atur protectione defendi. Per dñm

Feria tertia. Officium.

Expecta dñm viriliter age et confortet cor tuũ et sustine dñm. ps. Dñs illuminatio mea et sal⁹ mea quẽ timebo. Sine. Gla

Nostra tibi q̃s dñe Oro. sint accepta ieiunia: q̃ nos et expiando gratia tua dignos effici- ant: et ad remedia perducãt eterna Per. Lectio danielis pphete. vltio.

In diebus illis. Cõgregati sũt babilonii ad regẽ: ⁊ dixerũt ei Trade nobis danielẽ q̃ beel destru- xit: et drachonẽ interfecit. Alioq̃n ĩ- terficiemus te: et domũ tuã. Vidit ergo rex q̃ irruerent in eũ vehemẽ- ter: et necessitate cõpulsus tradidit eis danielẽ. Qui miserũt eũ in lacũ leonũ: et erat ibi diebus sex. Porro in lacu erãt leones septẽ: ⁊ dabãtur eis quotidie duo corpa/ et due oues Et tũc non data sũt eis: vt deuora- rent danielẽ. Erat autẽ abacuc pro pheta in iudea: et ipse coxerat pul- mentũ: et itriuerat panes in alueo lo: et ibat in campũ vt ferret messo ribus. Dixitq̃ angelus dñi ad aba cuc. Fer prandiũ qd habes in babi lonẽ danieli: q̃ est in lacu leonũ. Et dicit abacuc. Dñe babilonẽ nõ vidi et lacũ nescio. Et apprehẽdit eũ an gelus dñi in vertice ei⁹: et portauit eũ capillo capitis sui: posuitq̃ eũ ĩ babilone sup lacũ in ĩpetu spũs sui Et clamauit abacuc: dicẽs. Daniel serue dei: tolle prãdiũ qd misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus es mei de⁹: et nõ dereliq̃sti diligentes te. Surgẽsq̃ daniel comedit. Por- ro angelus dñi restituit abacuc cõ-

festim: in loco suo. Venit ergo rex die septimo: vt lugeret daniele̅. Et venit ad lacu̅ et introspexit. Et ecce daniel sede̅s in medio leonu̅. Et exclamauit voce magna rex dicens. Magnus es dn̅e: deus danielis. Et extraxit eum de lacu. Porro illos q̄ perditionis eius causa fuera̅t itromisit in lacu̅: et deuorati su̅t in momento cora̅ eo. Tunc rex ait. Paueant om̅s habita̅tes in vniuersa terra deu̅ danielis: q̄a ipse est liberator et saluator: faciens signa et mirabilia in celo ⁊ in terra. Qui liberauit daniele̅: de lacu leonu̅. ℟. Discerne causa̅ mea̅ dn̅e ab homie iiquo et doloso eripe me. ℣. Emitte luce̅ tua̅ et veritate̅ tua̅: ipsa me deduxeru̅t et adduxerunt in mo̅te̅ sanctu̅ tuu̅. Scd̅m Johan̅e. vii.

In illo te̅pore. Ambulabat iesus in galileam. No̅ eni̅ volebat in iudeam ambulare: q̄a querebant eu̅ iudei interficere. Erat aute̅ in proximo dies festus iudeoru̅: scenophegia. Dixeru̅t aute̅ ad eu̅ fr̅es eius. Transi hinc: et vade in iudea̅ vt et discipuli tui videa̅t opera tua que facis. Nemo quippe in occulto facit: et querit ipse in pala̅ esse. Si hec facis: manifesta teipsu̅ mundo Neq̧ eni̅ fratres eius credebant in eu̅. Dixit ergo eis iesus. Tempus meu̅ nondu̅ aduenit: te̅pus aute̅ vestru̅ semp est paratum. Non potest mundus odisse vos. Me aute̅ odit: q̄a testimoniu̅ perhibeo de illo: q̄a opera eius mala sunt. Vos asce̅dite ad die̅ festum hunc. Ego eni̅ non ascenda̅ ad diem festu̅ istum: quia tempus meu̅ nondu̅ impletum est Hec cum dixisset: ipse mansit in galilea. Vt aute̅ ascenderu̅t fr̅es eius: tunc et ipse asce̅dit ad diem festum no̅ manifeste: sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eu̅ in die festo: et dicebant. Vbi est ille: Et murmur multus erat de eo in turba. Quida̅ eni̅ dicebant: q̄a bonus est. Alii au̅t dicebant no̅: sed seducit turbas. Nemo tame̅ pala̅ loquebat̄ de illo: propter metu̅ iudeoru̅. Offr̄. Sperent in te oe̅s qui noueru̅t nome̅ tuu̅ dn̅e quonia̅ no̅ dereliquis q̄rentes te psallite dn̅o q̄ habitat in syon quonia̅ no̅ est oblitus orationes pauperu̅. Secreta.

Hostias tibi dn̅e deferimus i̅molandas: que te̅porali q̄s co̅solatione nos letificent: vt p̄missa certius no̅ desperemus eterna. P d̄ Prefatio. Qui corporali. vt̄s. Coi̅o. Redime me deus israel ex oi̅bus angustiis meis. Postcoi̅o.

Da quesumus omipote̅s deus: vt que diuina sunt iugiter exequentes: donis celestib⁹ mereamur propinquare. Per do. Sup populu̅ Oremus. Humiliate capita. Or̄o.

Da nobis q̄s dn̅e perseuera̅tem in tua voluntate famulatum vt in diebus nostris et merito ⁊ numero populus tibi seruie̅s augeat̄. Per do. Feria quarta. Officiu̅.

Liberator meus de ge̅tibus iracundis ab insurgentib⁹ in me exaltabis me a viro iniquo eripias me dn̅e. Ps. Diliga̅ te dn̅e fortitudo mea: dn̅s firmame̅tu̅ meu̅ et refugiu̅ meum et liberator meus. No̅ dicitur. Gl̄ia pa. sed dicit̄ Oremus. Flectamus genua. Leuate. Or̄o.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorũ corda fidelium miserator illustra: et quib⁹ deuotionis prestas affectum prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per dominum nostrum iesum xp̃m.

Lectio libri leuitici. xix.c.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysẽ dicens. Loquere ad oẽm cetum filiorũ israel: et dices ad eos. Ego dominus deus vester. Non facietis furtũ: non mentiemini: nec decipiat vnusquisq; proximum suũ. Non periurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercennarii tui apud te: vsq; mane. Non maledices surdo: nec corã ceco pones offendiculum: sed timebis dñm deum tuum: quia ego sũ dñs. Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Non considres personã pauperis: nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator: nec susurro in populis. Non stabis cõtra sanguinem proximi tui: ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum ne habeas super illo pctm̃. Nõ queras vltionẽ: nec memor eris iiurie ciuium tuorum. Diliges amicum tuum: sicut teipsum: ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim sũ: dñs deus vester. ℟. Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me: nec delectasti iimicos meos sup me. ℣. Dñe deus me⁹ clamaui ad te et sanasti me dñe abstraxisti ab inferis aiam meam saluasti me a descendentibus in lacũ. Tractus. Domine non secundum pctã nostra. vtsupra.

Scdm Iohannem. x.c.

In illo tẽpore. Facta sũt encenia in hierosolimis: et hyems erat. Et ambulabat iesus in tẽplo: in porticu salomõis. Circũdederũt ergo eum iudei. et dicebãt ei. Quousq; animã nostrã tollis? Si tu es christus: dic nobis palã. Respondit eis iesus. Loquor vobis: et nõ creditis. Opera que ego facio in noĩe patris mei: hec testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis: q2 non estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam audiũt. Et ego cognosco eas: et sequuntur me. Et ego vitam eternam do eis. Et non peribunt in eternum: et non rapiet eas quisq̃ de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius oĩbus est. Et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et paẽ vnũ sumus. Sustulerunt lapides iudei: vt lapidarent eum. Respondit eis iesus. Multa bona opera ostendi vobis: ex patre meo. Propter qđ eorum opus me lapidatis? Responderunt ergo iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia: et quia tu homo cum sis: facis teipsum deum. Respõdit eis iesus. Nonne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi dii estis? Si illos dixit deos: ad quos sermo dei factus est: et non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit: et misit in mundum: et vos dicitis: q̃a blasphemas: quia dixi filius dei

sum. Si non facio opa patris mei nolite credere michi: Si aūt facio: et si michi nō vultis credere: opibus credite. Vt cognoscatis et credatis: q2 in me est pat: et ego in pře. Offr. Eripe me de inimicis meis deus meus et ab isurgētibus in me libera me dñe.

Secreta. Annue misericors deus: vt hostias placationis et laudis sincero tibi deferamus obsequio. P. Prefatio vts. Coio. Lauabo inter inocentes manus meas et circūdabo altare tuum dñe vt audiā vocē laudis tue et enarrē vniuersa mirabilia tua.

Postcō. Celestis doni bñdictione pcepta supplices te de⁹ omps depcamur: vt hoc idē nobis ⁊ sacramēti causa sit et salutis. Per.

Super populum. Orō.
Adesto supplicationibus nřis ops de⁹: et qbus fiduciā sperāde pietatis idulges: cōsuete mie tribue benign⁹ effectū. P. Fer. v. Offi.

Omnia q̄ fecisti nobis dñe i vero iudicio fecisti: q2 peccauim⁹ tibi et mādatis tuis nō obediuim⁹: sed da gloriā noi tuo et fac nobiscū scđm multitudinē mie tue. Ps. Beati imaculati in via q̄ ambulāt i lege dñi. sine. Glia. Orō

Presta q̄s ops deus: vt dignitas cōditiōis hūane p imoderantiā sauciata: medicinalis parsimonie studio reformetur. Per do.

Lectio danielis pphete. iii. c
In diebus illis Orauit daniel dicēs. Dñe deus isrł: ne despicias pplm tuū: neq3 auferas miam tuā a nobis. Propt abrahā dilectū tuū: et isaac seruū tuū: ⁊ israel sctm tuū: qbus locutus es pollicēs quod multiplicares semē eorū sicut stellas celi: et sicut arenā que est in littore maris. Q2 dñe iminuti sum⁹ plusq̄ omēs gētes: sumusq3 hūiles in vniuersa terra hodie ppter pctā nostra. Et nō est in tpe hoc priceps et dux/ et ppheta. Neq3 olocausto neq3 sacrificiū/ neq3 oblatio/ neq3 incēsū/ neq3 locus primiciar coram te: vt possimus inuenire miam. Sed in aīo contrito: et spū humilitatis/ suscipiamur. Sicut in olocausto arietū et taurorū / et sicut in milibus agnorū pinguiū: sic fiat sacrificiū nřm in cōspectu tuo hodie: vt placeat tibi: qm̄ nō ē ɔfusio ɔfidētib⁹ i te Et nunc seqmur te in toto corde/ et timemus te: et q̄rimus faciē tuam Ne cōfundas nos: sed fac nobiscū iuxta māsuetudinē tuam: et scđm multitudinē mie tue. Et erue nos i mirabilibus tuis: et da gloriā noi tuo dñe. Et cōfundant oēs: q̄ ostendūt seruis tuis mala. Cōfundātur in oīpotentia: et robur eorū cōterat. Et sciant q2 tu es dñs deus solus: et gloriosus sup oēm terrā: dñe deus nř. R. Tollite hostias et itroite in atria eius adorate dñm in aula sācta eius. V. Reuelabit dñs condēsa et in templo eius oēs dicēt gloriam.

Scđm Lucā. vii.
In illo tēpore. Rogabat iesū q̄dā de phariseis: vt māducaret cū illo. Et igressus domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit q̄ iesus accubuit in domo pharisei attulit alabastrū vnguēti. Et stās retro sec⁹ pedes ei⁹ lachrimis cepit rigare

pedes ei⁹: et capillis capitis sui terge-
bat. Et osculabatur pedes ei⁹: et vnguē
to vngebat. Videns autē phariseus
qui vocauerat eū: ait intra se dicēs
Hic si esset ppheta: sciret vtiqꝫ que
et qualis est mulier que tangit eū:
quia peccatrix est. Et respōdens ie-
sus: dixit ad illū. Simon habeo ti-
bi aliquid dicere. At ille ait. Magi-
ster dic. Duo debitores erant cuidā
feneratori. Vnus debebat denarios
quingentos: et alius qnquaginta.
Non habētibus illis vnde redderēt
donauit vtrisqꝫ. Quis ergo eū plus
diligit? Respondens simon: dixit.
Estimo: q̄a is cui plus donauit. At
ille dixit ei. Recte iudicasti. Et con-
uersus ad mulierē: dixit simoni. Vi
des hāc mulierē? Intraui in domū
tuam: aquā pedibus meis nō dedi
sti. Hec autem lachrymis rigauit
pedes meos: et capillis suis tersit.
Osculū michi non dedisti: hec aūt
ex quo intraui nō cessauit osculari
pedes meos. Oleo caput meū non
vnxisti: hec autē vnguēto vnxit pe-
des meos. Propter quod dico tibi:
remittunt ei peccata multa: qm̄ di
lexit multū. Cui aūt minus dimit
titur: minus diligit. Dixit autē ad
illā. Remittunt tibi peccata. Et ce-
perūt qui simul accūbebant dicere
intra se. Quis est hic qui etiā pecca
ta dimittit. Dixit autē ad mulierē
Fides tua te saluam fecit, Vade in
pace. Offr. Super flumina babilonis
illic sedim⁹ et fleuimus dū recordaremur
tui syon.

Secreta.

Domine de⁹ noster q̄ in his po
tius creaturis quas ad fragili
tatis nr̄e subsidiū ɔdidisti: tuo quo
qꝫ nomini munera iussisti dicāda cō-
stitui tribue q̄s: vt et vite nobis p̄sē
tis auxiliū: et eternitatis efficiāt sa
cramētū. P. Coio. Memēto verbi tui
seruo tuo dn̄e in quo michi spem dedisti
hec me cōsolata est in humilitate mea.

Postcō.

Quod ore sūpsim⁹
dn̄e pura mēte capiamus: et
de mūere tp̄ali: fiat nobis remediū
sēpiternū. P. Sup populū. Orō.

Esto q̄s dn̄e ppitius plebi tue
vt q̄ tibi nō placent respuētes
tuorꝫ poti⁹ repleant delectationib⁹
mādatorū. P. Feria sexta. Officiū.

Miserere mihi dn̄e qm̄ tribu
lor libera me et eripe me de
manibus inimicorū meorū
et a psequētibus me dn̄e nō cōfun-
dar qm̄ inuocaui te. Ps. In te dn̄e spe
raui nō cōfūdar in eternū in iustitia tua
libera me. Nō dicit. Glīa patri. Orō.

Cordibus nr̄is q̄s dn̄e gratiā
tuā benign⁹ infunde: vt pctā
nr̄a castigatione volūtaria cohibē-
tes: tp̄aliter potius maceremur: q̄
suppliciis deputemur eternis. P. D.

Lectio hieremie prophete. xvii.

In diebus illis. Dixit hieremi
as. Dn̄e oēs q̄ te derelinquūt
cōfundant: Recedētes a te in terra
scribent qm̄ dereliqūrunt venā aqua
rū viuentiū dn̄m. Sana me dn̄e et
sanabor: saluū me fac: et salu⁹ ero:
qm̄ laus mea tu es. Ecce ipsi dicūt
ad me. Vbi est verbum dn̄i: Veniat
Et ego nō sū turbatus te pastorē se
quēs: et diē hoīs nō desideraui. Tu
scis: quod egressū est de labiis meis
rectū in cōspectu tuo fuit. Non sis

michi tu formidini: spes mea tu in
die afflictionis. Cōfundant̄ q̄ me p
sequūtur: et nō cōfūdar ego. Paue-
ant illi: et nō paueā ego. Induc sup
eos diē afflictionis: et duplici cōtri
tione cōtere eos: dn̄e deus noster. ℟
Pacifice loquebant̄ michi inimici mei et
in ira molesti erāt michi. ℣. Vidisti dn̄e
deus meus ne sileas ne discedas a me.
Tract⁹. Dn̄e nō scd̄m pctā nostra. vt̄s.

Secundum Johannem. xi.c.

In illo tp̄e. Collegerūt pontifi
ces ꝛ pharisei ɔsiliū aduersus
iesū: et dicebāt. Quid facimus: q̄a
hic hō multa signa facit. Si dimit
timus eū sic: omēs credēt in eū. Et
venient romani: et tollēt nr̄m locū
ꝛ gentē. Vnus aūt ex ipsis cayphas
noīe cū esset pōtifex anni illius: di-
xit eis. Vos nescitis quicq̄: nec cogi
tatis: q̄a expedit vobis vt vn⁹ mori
atur hō pro populo: et nō tota gēs
pereat. Hoc autē a semetipso nō di-
xit: sed cū esset pōtifex anni illius p
phetauit q꞉ iesus moriturus erat p
gente. Et nō tātū pro gēte: sed vt fi
lios dei q̄ erant dispsi/ cōgregaret i
vnū. Ab illo ergo die cogitauerunt
vt interficerēt eū. Jesus ergo iā nō in
palā ambulabat apud iudeos: sed
abiit in regionē iuxta desertū in ci-
uitatē q̄ dicit̄ effrem. Et ibi mora-
batur: cū discipulis suis. Offerto.
Benedictus es dn̄e doce me iustificatio-
nes tuas et nō tradas calūniantibus me
superbis et respondebo exprobrantibus
michi verbū. Secreta.

Presta nobis misericors deus
vt digne tuis seruire semp al
taribus mereamur: et eorū ppetua
participatiōe saluari. p. Prefatio.
vts. Coio. Ne tradideris me dn̄e in aīas
persequētiū me quia insurrexerūt in me
testes iniqui et mētita est iniquitas sibi.
Sumpti sacrificii Postcoio.
nos dn̄e ppetua tuitio nō dere
linquat: et noxia sēper a nobis cun
cta repellat. p. Sup populū. Oro.
Concede q̄s omps deus: vt q̄
ptectionis tue grām q̄rimus
liberati a malis omibus secura ti-
bi mēte seruiamus. Per dn̄m.

Sabbato. Officium

Miserere mihi dn̄e quoniam
conculcauit me homo tota
die bellans tribulauit me. ps. Cōcul
cauerūt me inimici mei tota die: q̄m mul
ti bellantes aduersū me. Sine Glīa pa
Proficiat q̄s dn̄e plebs Oro.
tibi dicata pie deuotionis af
fectu: vt sacris actionibus erudita
quāto maiestati tue fit gratior: tā-
to donis potioribus augeatur. p d̄

Lectio hieremie pphete. xviii.

In diebꝰ illis. Dixerūt ipii iu-
dei adinuicē Venite cogitem⁹
cōtra iustū cogitatiōes. Nō eni perī
bit lex a sacerdote neq̄ cōsiliū a sa-
piente: nec sermo ā ppheta. Venite
et pcutiamus eū lingua: et nō attē
damus ad vniuersos sermones ei⁹
Attēde dn̄e ad me: et audi vocē ad-
uersariorū meorū. Nūqd reddit̄ p
bono malū: q꞉ foderūt foueam aīe
mee. Recordare q̄ steteri in ɔspectu
tuo: vt loq̄rer p eis bonū: et auerte
rē indignationē tuā ab eis. Propte
rea da filios eorū i famē. ꝛ deduc eos
in manus gladii. Fiat vxores eorū
absq̄ liberis et vidue: et viri earū i

terficiant morte. Juuenes eorum confodiant gladio in prelio: audiat clamor de domibus eorum. Adduces enim sup eos latronem repente: quia foderunt foueam vt caperent me: et laqos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne ppicieris iniquitati eorum: et pctm eorum a facie tua non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo: in tempore furoris tui domine deus noster. R. Pacifice loquebantur michi inimici mei et in ira molesti erant michi. V. Vidisti domine deus meus ne sileas ne discedas a me. Secundum Johannem. vi

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuens pater: et ego viuo ppter patrem. Et qui manducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis: qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna et mortui sunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum. Hec dixit in synagoga: docens in capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius: dixerunt. Durus est hic sermo. Et quis potest eum audire? Sciens autem iesus apud semetipsum: quia murmurarent de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. Verba que ego locutus sum vobis: spiritus et vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio iesus: qui essent credentes: et quis traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea dixi vobis: quia nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: et iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo iesus: ad duodecim. Nunquid et vos vultis abire? Respondit ergo ei symon petrus. Domine ad quem ibimus? Verba vite eterne habes. Et nos credimus et cognouimus: quia tu es christus filius dei. Respondit ei iesus. Nonne ego vos duodecim elegi: et ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de iuda symonis scariothis. Hic enim erat traditurus eum: cum esset vnus ex duodecim. Offertorium. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas et non tradas calumniantibus me superbis et respondebo exprobrantibus michi verbum. Secreta.

A Cunctis nos domine quesumus reatibus et periculis propitiatus absolue quos tanti mysterii tribuis esse participes. Per. Communio. Ne tradideris me domine in animas persequentium me quia insurrexerunt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. Postcommunio.

Diuini muneris largitate satiati: quesumus domine deus noster: vt in huius semper participatione viuamus. Per. Super populum. Oratio.

Tueatur quesumus domine dextera tua populum deprecantem et purificatum dignanter erudiat: vt consolatione

presenti ad futura bona perficiat. Per dn̄m. **Dn̄ica in ramis palmarū bn̄dictio ramorū.** Adiutoriū nr̄m in no. Sit nomen dn̄i. **Oro.**

Deus qui diluuio noe famulo tuo opa misericordie tue ostē disti: vt per os colūbe gestantis ramū oliue effusionē aque pacē redditā demonstrasti. Et qui appropiquantē hierosolimis filiū tuum dominū nostrum a turbis fideliū et a pueris hebreorū: oliuarū frondes ramosq palmarū ferētibus cum ingenti preconio excipi voluisti. Da bene✠dictionē super hos ramos arborum et lignorū. Et presta: vt q̄cunq hodie ob amorem nomis tui manibus eos sunt laturi: a cunctis reatibꝰ exui mereātur: et dona gratie tue in nobis semper bonis actibus roborentur. Per. **Oremus.**

Deus cuius filius ꝑ salute generis humani de celo descēdit ad terras: et appropinquante hora passionis sue hierosolimā in asino venire: et a turbis rex appellari / et laudari voluit. bene✠dicere dignare hos palmarū ceterarūq frondium ramos: vt q̄ eos laturi sūt oms ita bene✠dictionis tue dono repleantur: quatinus et in hoc seculo hostis antiqui tēptamenta superare: et in futuro cum palma victorie et fructu bonorū operum tibi valeāt apparere. Per. **Oremus.**

Deus humane fragilitatis psīdium qui vnigenito filio tuo dn̄o nostro hierusalē pergēti: hebreorū pueros cū ramis palmarū occurrere voluisti: et ex eorū vocibus osanna clamare in excelsis prophete vaticiniū veritatis attestatione docuisti esse cōpletum: humilitati nostre propitius respice. Et hos ramos oliue ac palmarū et ceterarū arborum quos tui famuli deuota mente suscipiūt celesti benedictiōe ✠ sanctifica: et corda fideliū gratie tue rore perfusa: ad dn̄ice resurrectionis diē: nos sinceris mētibus peruenire cōcede. Per eūdē. **Deinde eant ad processionē. In qua sēper legit ad crucē euangeliū.** Cū appropinquasset iesus **Qd̄ est dn̄ica prima aduētus. Ad missā. Introitus.**

Domine ne lōge facias auxiliū tuū a me: ad defensionem meā aspice: libera me de ore leonis et a cornibus vnicorniū humilitatem meā. **ps.** Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorū meorum. **Non dicitur.** Glia patri.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui humano generi ad imitandū humilitatis exēplum saluatorem nostrū carnē sumere et crucem subire fecisti: concede propitius: vt et pacientie ipsius habere documenta: et resurrectiōis consortia mereamur. Per dn̄m.

Ad philipenses. ii. c.

Fratres. Hoc sentite in vobis: quod et in xp̄o iesu. Qui cum in forma dei esset: non rapinā arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit: formam serui accipiens. In similitudinem hominū factꝰ: et habitu īuētus vt hō. Hūiliauit semetipsū factꝰ obediens

vsq3 ad mortē: mortē autem crucis
Propter quod et deus exaltauit il-
lū: et donauit illi nomen qd est sup
oīne nomen: vt in noīe iesu oīne ge
nu flectat: celestiū terrestriū et īfer-
norū. Et omis lingua confiteatur:
qa dn̄s iesus xp̄s: ī gloria est dei pa-
tris. R. Tenuisti manū dexterā meā in
voluntate tua deduxisti me et cū gloria
assūpsisti me. V. Quā bonus israel deus
rectis corde mei autem pene moti sūt pe
des pene effusi sūt gressus mei qa zelaui
in pctōribus pacē pctōrū vidēs. Tract9

Deus deus meus respice in me qua
re me dereliqsti longe a salute mea
verba delictorū meorum. V. Deus meus cla
mabo per diē nec exaudies et nocte et nō
ad insipientiā michi. V. Tu aūt in scto
habitas rex israel. V. In te sperauerunt patres nostri sperauerunt et liberasti
eos. V. Ad te clamauerunt et salui facti
sūt in te sperauerūt et nō sūt confusi. V.
Ego autē sū vermis et nō hō obprobriū
hoīz et abiectio plebis. V. Oēs q̄ videbāt
me aspernabant me locuti sunt labiis et
mouerūt caput. V. Sperauit in dn̄o eri-
piat eū saluū faciat eū qm̄ vult eū. V. Ip
si vero considerauerunt et ɔspexerūt me
diuiserūt sibi vestimēta mea et sup vestē
meā miserūt sortē. V. Libera me de ore le
onis et a cornibus vnicorniū humilitatē
meā. V. Qui timetis dn̄m laudate eū vni
uersū semē iacob magnificate eū. V. An-
nūciabit dn̄o generatio vētura et ānūcia
būt celi iustitiā eius. V. populo q̄ nascet
quē fecit dn̄s. Hic dicat. Dn̄s vobiscū
et. Glia tibi dn̄e et sic ad oēs passio
nes. Excepta illa diei veneris sacte:
q2 ibi nō dr. Glia tibi. sed tm̄modo
passio dn̄i. etc. Passio dn̄i nr̄i iesu
xp̄i. Scd̄m Mathum.

In illo tp̄e Dixit iesus discipu
lis suis. Scitis qa post biduū
pascha fiet: et filius hoīs tradet: vt
crucifigat. Tūc cōgregati sūt pn̄ci-
pes sacerdotū et seniores populi in
atriū principis sacerdotū: q̄ diceba-
tur cayphas: et cōsiliū fecerūt vt ie-
sū dolo tenerēt: et occiderent. Dice-
bāt autē. Non in die festo. Ne forte
tumultus fieret in populo. Cū aūt
esset iesus in bethania in domo sy-
monis leprosi: accessit ac eū mulier
habens alabastrū vnguēti preciosi
et effudit sup caput ipsius recūben
tis. Vidētes autē discipuli: indigna
ti sūt dicentes. Vt qd perditio hec:
potuit enī istud venūdari multo:
et dari pauperib9. Sciēs aūt iesus:
ait illis. Quid molesti estis huic
mulieri: Opus enī bonū: opata est
in me. Nā sēp pauperes habetis vo
biscū: me autē non semp habebitis
Mittēs enī hec vnguētū hoc in cor-
pus meū: ad sepeliendum me fecit.
Amē dico vobis: vbicunq3 p̄dicatū
fuerit hoc euāgeliū in toto mundo
dicetur/ et qd hec fecit in memoriā
eius. Tūc abiit vnus de duodeci: q̄
dicebat iudas scarioth ad pn̄cipes
sacerdotū: et ait illis. Quid vultis
michi dare/ et ego vobis eū tradam
At illi cōstituerūt ei/ triginta argē-
teos. Et exinde querebat oportuni-
nitatem: vt eū traderet. Prima aūt
die azimorū: accesserūt discipuli ad
iesum: dicentes. Vbi vis paremus
tibi comedere pascha: At iesus di-
xit. Ite in ciuitatem ad quendam:
et dicite ei. Magister dicit. Tēpus

meū ppe est. Apud te facio pascha:
cū discipulis meis. Et fecerūt disci-
puli sicut cōstituit illis iesus: et pa-
rauerūt pascha. Vespere aūt facto:
discūbebat cū duodeci discipulis su-
is. Et edētibus illis dixit. Amen di-
co vobis q̄a vnus vestrū me tradi-
tur⁹ est. Et cōtristati valde ceperūt
singuli dicere. Nunq̄d ego sū dn̄e?
At ipse respōdens ait. Qui itingit
mecū manū in parapside: hic me
tradet. Filius q̄dē hoīs vadit: sicut
scriptū est de illo. Ve aūt homī illi:
per quē filius hoīs tradetur. Bonū
erat ei: si nat⁹ nō fuisset ille homo.
Respōdens aūt iudas qui tradidit
eū: dixit. Nūq̄d ego sū rabbi? Ait il-
li. Tu dixisti. Cenantibus autē eis
accepit iesus panē: et bn̄dixit ac fre-
git: deditq3 discipulis suis: et ait.
Accipite ⁊ comedite. Hoc est corpus
meū. Et accipiens calicem gratias
egit: et dedit illis dicens. Bibite ex
hoc omēs. Hic est enī sāguis meus
noui testamēti: qui pro multis effū-
detur in remissionē peccatorū. Di-
co autē vobis: nō bibam amodo de
hoc genimine vitis: vsq3 in diē illū
cū illud bibā vobiscū nouum: in re-
gno patris mei. Et hymno dicto: ex-
ierunt in montē oliueti. Tūc dixit
illis iesus. Omēs vos scandalū pa-
tiemini in me: in ista nocte. Scri-
ptū est enī. Percutiā pastorē: et di-
spergent oues gregis. Postq̄ autē
resurrexero: precedā vos in galileā.
Respondens autem petrus: ait illi
Et si omēs scandalizati fuerint in
te: ego nunq̄ scandalizabor. Ait illi
iesus. Amen dico tibi: q̄a in hac no-
cte anteq̄ gallus cantet: ter me ne-
gabis. Ait illi petrus. Etiā si opor-
tuerit me mori tecum: non te nega-
bo. Similiter et omnes discipuli
dixerunt. Tunc venit iesus cum il-
lis in villam que dicitur gethsema-
ni: et dixit discipulis suis. Sedete
hic: donec vadam illuc et orem. Et
assumpto petro et duobus filiis ze-
bedei: cepit contristari et mestus es-
se. Tūc ait illis. Tristis est anima
mea vsq3 ad mortē. Sustinete hic:
et vigilate mecum. Et progressus
pusillum: procidit in faciem suam
orans et dicens. Pater mi si possi-
bile est: transeat a me calix iste. Ve-
rūtamen non sicut ego volo: sed si-
cut tu. Et venit ad discipulos suos
et inuenit eos dormientes. Et dicit
petro sic. Non potuisti vna hora vi-
gilare mecum? Vigilate et orate:
vt non intretis in tētationē. Spiri-
tus quidem promptus est: caro au-
tem infirma. Iterum secundo abi-
it: et orauit dicēs. Pater mi: Si nō
potest hic calix transire nisi bibam
illum: fiat voluntas tua. Et venit
iterū: et inuenit eos dormiētes. Erāt
enī oculi eorū grauati. Et relictis
illis: iterū abiit et orauit tertio eun-
dē sermonē dicens. Tunc venit ad
discipulos suos: et dicit illis. Dor-
mite iam: ⁊ requiescite. Ecce appro-
pinquabit hora: et filius hominis
tradetur in manus peccatorum.
Surgite: eamus. Ecce appropin-
quabit: qui me tradet. Adhuc eo lo-
quente: ecce iudas vnus de duodeci
venit: et cum eo turba multa cum
gladiis ⁊ fustib⁹: missi a principib⁹

sacerdotum et senioribus populi. Qui autē tradidit eū: dedit illis si-
gnū dicēs. Quēcūq; osculatus fue-
ro ipse est: tenete eū. Et cōfestim ac
cedens ad iesū dixit. Aue rabbi. Et
osculatus est eū. Dixitq; illi iesus.
Amice: ad quid venisti? Tūc acces-
serūt: et manus iniecerūt in iesū: et
tenuerūt eū. Et ecce vnus ex hiis q
erant cū iesu: extēdēs manū exemit
gladiū suū: et percutiēs seruū prin-
cipis sacerdotū: amputauit auricu
lā eius. Tunc ait illi iesus. Conuer
te gladiū tuū in locū suū. Omnes
enim qui acceperint gladiū: gladio
peribūt. An putas: qa non possū ro
gare patrē meū: et exhibebit michi
modo plusq duodeci legiones an-
gelorū? Quomodo ergo implebun
tur scripture? Quia sic oportet fie-
ri. In illa hora: dixit iesus turbis.
Tanq ad latronē exiistis cū gladiis
et fustibus: cōprehēdere me. Quoti
die apud vos sedebā docēs in tēplo
et non me tenuistis. Hoc autē totū
factū est: vt adimplerētur scripture
prophetarū. Tūc discipuli omnes:
relicto eo fugerūt. At illi tenētes ie-
sum: duxerūt ad cayphā principem
sacerdotū: vbi scribe et seniores cō-
uenerāt. Petrus aūt sequebat eū a
longe: vsq; in atriū principis sacer
dotum. Et ingressus intro: sedebat
cū ministris: vt videret finē. Princi
pes autē sacerdotū et oīe consiliū
querebant falsū testimonium con
tra iesū: vt eum morti traderēt. Et
non inuenerūt: cum multi falsi te-
stes accessissent. Nouissime autem
venerunt duo falsi testes: et dixerūt

Hic dixit. Possum destruere tem-
plum dei: et post triduum reedifica
re illud. Et surgens princeps sacer
dotum: ait illi. Nichil respondes ad
ea que isti aduersum te testificant?
Jesus autem tacebat. Et princeps
sacerdotum: ait illi. Adiuro te per
deum viuum: vt dicas nobis: si tu
es christus filius dei. Dixit illi iesus.
Tu dixisti. Verūtamen dico vobis
amodo videbitis filium hominis
sedentem a dextris virtutis dei: et
venientem in nubibus celi. Tunc
princeps sacerdotū scidit vestimen
ta sua: dicēs. Blasphemauit. Quid
adhuc egemus testibus? Ecce nunc
audistis blasphemiam. Quid vo-
bis videtur? At illi respondentes di
xerunt. Reus est mortis. Tunc ex-
puerūt in faciem eius: et collaphis
eum ceciderunt. Alii autē palmas
in faciem eius dederunt: dicentes.
Prophetiza nobis christe: quis est q
te percussit? Petrus vero: sedebat
foris in atrio. Et accessit ad eū vna
ancilla dicens. Et tu cum iesu ga-
lileo eras. At ille negauit corā omi
bus: dicens. Nescio quid dicis. Ex-
eunte autem illo ianuam: vidit eū
alia ancilla: et ait hiis qui erant ibi
Et hic erat cum iesu nazareno. Et
iterum negauit cum iuramēto: qa
non noui hominē. Et post pusillū
accesserūt qui stabant: et dixerūt pe
tro Vere et tu ex illis es: nā et loque
la tua manifestum te facit. Tūc ce
pit detestari et iurare: qa nō nouis-
set hoīem. Et cōtinuo gallus cāta-
uit. Et recordatus est petrus verbi
iesu qd dixerat: priusq gallus can-

tet. ter me negabis. Et egressus fo=
ras: fleuit amare. Mane autē facto
cōsilium inierunt omēs principes
sacerdotum et seniores populi ad=
uersus iesū: vt eum morti traderēt
Et vinctū adduxerunt eum: et tra=
diderunt pontio pilato p̄sidi. Tūc
videns iudas qui eū tradidit ꝙ dā=
natus esset: penitentia ductus retu
lit triginta argenteos principibus
sacerdotū: et senioribus dicēs. Pec=
caui: tradens sanguinē iustum. At
illi dixerunt ei. Quid ad nos? Tu
videris. Et proiectis argēteis in tē=
plo recessit. et abiens laqueo se su=
spēdit. Principes autē sacerdotum
acceptis argenteis: dixerunt. Non
licet eos mittere in corbanā: qꝛ pre=
cium sanguinis est. Consilio antē
inito: emerunt ex illis agrū figuli:
in sepulturam peregrinorum. Pro
pter hoc vocatꝰ est ager ille achelde
mach hoc est ager sāguinis: vsqꝫ in
hodiernum diē. Tunc impletū est:
quod dictū est per hieremiā prophe
tam dicentē. Et acceperunt trigin=
ta argēteos precium appciatū quē
appreciauerunt a filiis israel: et de=
derūt eos in agrum figuli: sicut cō=
stituit michi dn̄s. Jesus autem ste=
tit ante presidem. Et interrogauit
eū preses dicens. Tu es rex iudeorū
Dicit illi iesus. Tu dicis. Et cū ac=
cusaretur a principibus sacerdotū
et senioribꝰ: nichil respondit. Tunc
dicit ei pilatus. Non audis quanta
aduersum te dicunt testimonia. Et
non respondit ei ad vllum verbum
ita vt miraretur preses vehemēter
Per diē aūt solennē cōsueuerat pre

ses dimittere populo vnū vinctum
quem voluissent. Habebat autē tūc
vnū vinctū insignē: qui dicebatur
barrabas. Congregatis ergo illis:
dixit pilatus. Quē vultis dimittā
vobis: barrabam an iesum qui di=
citur christus? Sciebat enim: ꝙ per
inuidiā tradidissent eū. Sedēte au=
tem illo pro tribunali: misit ad eū
vxor eius dicens. Nichil tibi ⁊ iusto
illi. Multa enī passa sum hodie per
visū propter eū. Principes autē sa=
cerdotum et seniores persuaserunt
populis: vt peterēt barrabā: iesum
vero perderent? Respondens autē
preses: ait illis. Quem vultis vobis
de duobus dimitti? At illi dixerunt
Barrabā. Dicit illis pilatꝰ. Quid
igitur faciam de iesu qui dicit chri=
stus. Dicunt omnes. Crucifigatur
Ait illis preses. Quid enī mali fe=
cit? At illi magis clamabant: dicē=
tes. Crucifigatur. Vidēs autē pila=
tus qa nichil proficeret: sed magis
tumultꝰ fieret: accepta aqua: lauit
manus suas coram populo dicens
Innocēs ego sū a sāguine iusti hu=
ius: vos videritis. Et respondens
vniuersus populus: dixit. Sāguis
eius super nos: ⁊ sup filios nostros
Tunc dimisit illis barrabam: ie=
sum autem flagellatum tradidit
eis: vt crucifigeretur. Tunc mili=
tes presidis suscipientes iesum in
pretorio: congregauerunt ad eum
vniuersam cohortem. Et exuentes
eum: clamidem coccineam circun=
dederunt ei. Et plectētes coronam
de spinis posuerunt super caput
eius: et arundinem in dextera eius

Et genuflexo ãte eum: illudebant ei dicentes. Aue rex iudeorum. Et expuentes in eum acceperunt arũdinem: et percutiebant caput eius. Et postq̃ illuserũt ei: exuerũt eum clamidẽ: et induerunt eum vestimẽtis eius: et duxerunt eũ vt crucifigerent. Exeuntes autẽ inuenerunt hominẽ cyrereum: nomine simonẽ. Hunc angariauerũt: vt tolleret crucẽ eius. Et venerunt in locum qui dicitur golgotha: quod est caluarie locus. Et dederunt ei vinũ bibere: cum felle mixtum. Et cum gustasset: noluit bibere. Postq̃ autem crucifixerunt eum: diuiserunt vestimẽta eius: sortem mittẽtes. Vt impleretur quod dictum est: per prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meã miserunt sortem. Et sedẽtes: seruabant eum. Et iposuerunt super caput eius: causam ipsius scriptam. Hic est iesus nazarenus: rex iudeorũ. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris: et vnus a sinistris. Pretereuntes autẽ blasphemabant eũ: mouẽtes capita sua: et dicẽtes. Vach qui destruis tẽplum dei: et ĩ triduo illud reedificas. Salua temetipsum. Si filius dei es: descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudẽtes cum scribis et senioribus: dicebãt. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluũ facere. Si rex isrl' est: descẽdat nunc de cruce: et credimus ei. Cõfidit in deo: liberet eum nunc si vult. Dixit enim: q̃a filius dei sum. Idipsũ autem et latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sexta autem hora: tenebre facte sunt super vniuersam terram: vsq̃ ad horam nonã. Et circa horam nonam: clamauit iesus voce magna: dicẽs. Hely. hely lamazabatani: Hoc est deus meus/deus meus: vt quid dereliq̃sti me. Quidã autẽ illuc stantes: et audientes: dicebant. Helyam vocat iste. Et continuo currẽs vnus ex eis acceptã spongiam impleuit aceto: et imposuit arundini: et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine: videamus an veniat helyas liberans eum. Jesus autẽ iterũ clamans voce magna: emisit spiritũ. Prostratio. Hic faciat pausam. Flectat et oret submissa voce. Et ecce velum templi scissum est in duas partes: a summo vsq̃ deorsũ. Et terra mota est: et petre scisse sunt. Et monumenta aperta sunt: et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumẽtis post resurrectionẽ eius: venerũt in sanctam ciuitatem: et apparuerunt multis. Centurio autẽ et qui cum eo erant custodientes iesũ viso terremotu: et hiis que fiebant: timuerunt valde dicentes. Vere filius dei erat iste. Erãt autem ibi mulieres multe alõge: que secute erãt iesum a galilea ministrãtes ei. Inter quas erat maria magdalene: et maria iacobi: et ioseph mater: et mater filiorum zebedei. Cum sero autẽ factum esset: venit quidã homo diues ab arimathia nomie ioseph: q̃ et ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatum: et petiit corpus ie

su. Tūc pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph inuoluit illud in syndone mūda: et posuit illud in monumēto suo nouo: quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnū ad ostiū monumenti et abiit. Erat autem ibi maria magdalene/et altera maria: sedētes cōtra sepulcrum.

Altera autem die que est post parasceuen: conuenerunt principes sacerdotū et pharisei ad pilatum: dicentes. Dn̄e recordati sumus: quia seductor ille dixit adhuc viuēs: post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum vsqȝ in diem terciū: ne forte veniant discipuli eius et furentur eum: et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissim⁹ error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiam Jte: custodite sicut scitis. Jlli autem abeuntes: munierūt sepulcrum signantes lapidem: cū custodibus. Credo. Offer. Jmproperiū expectauit cor meū et miseriā et sustinui qui simul contristaretur et non fuit consolantē me quesiui et non īueni et dederunt in escā meā fel et in siti mea potauerunt me aceto. Secreta

Concede quesumus domīe vt oculis tue maiestatis munus oblatum et gratiā nobis deuotionis obtineat et effectū beate perennitatis acquirat. Per dn̄m. Coio Pater si non potest hic calix transire nisi bibā illū fiat voluntas tua. Postcoio.

Per huius domine operationem mysterii et vicia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per. Feria scd̄a. Officiū.

Judica dn̄e nocētes me expugna ipugnātes me apprehēde arma et scutum et exurge in adiutorium michi dn̄e virtus salutis mee. Ps. Effunde frameā ꝛ cōclude aduersus eos qui persequūtur me: dic aīe mee salus tua ego sū. Nō dicitur Gloria pa. dr̄. Orem⁹. Flecta Orō.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti filii tui passione respiremus. Per dn̄m.

Lectio ysaie prophete. l. ca.

In dieb⁹ illis: Dixit isaias. Dominus deus aperuit michi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abii. Corpus meū dedi percutiētibus: et genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus: et conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: ideo nō sū confusus. Propterea posui faciem meam vt petrā durissimā: et scio quoniā non confundar. Juxta est qui iustificat me. Quis contradicet michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus Accedat ad me. Ecce dn̄s deus auxiliator meus; quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimētum conterētur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum: audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris/et non est lumē ei? Speret in nomine domini: ꝛ innitatur super dominum deum suum R. Exurge dn̄e et intēde iudiciū meū deus me⁹ et dn̄s meus in causā meā. V. Effunde frameā et conclude aduersus eos q̄

me persequuntur. Tractus

Domine nō secūdū peccata nostra q̄ fecim⁹ nos neq̄ secundū iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū cito āticipēt nos mie tue qr pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster ⁊ ꝑpter gloriā nois tui libera nos ⁊ propicius esto peccatis nostris propter nomen tuū. Scdm iohēm. xii

In illo tēpore: Ante sex dies pasche venit iesus bethaniā: vbi lazarus fuerat mortuus quem suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus vero: vnus erat ex discūbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi: et vnxit pedes iesu: ⁊ extersit capillis suis pedes eius et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius: iudas scariothis qui erat eū traditurus. Quare hoc vnguentū non veniit trecētis denariis et datum est egenis: Dixit autē hoc non qr de egenis pertinebat ad eū: sed quia fur erat et loculos habēs ea que mittebātur portabat. Dixit ergo iesus. Sine illā: vt in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enī habetis semper vobiscum: me autē sēper non habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est: ⁊ venerūt nō ꝑpter iesū tantū sed vt lazarū viderēt: quē suscitauit a mortuis. Cogitauerūt aūt principes sacerdotū vt et lazarū interficerēt: qr multi ꝑpter illū abibant ex iudeis et credebāt in iesum. In crastinū autē turba multa que venerat ad diem festum cum audissent quia venit iesus hierosolymā: acceperunt ramos palmarū: et processerunt obuiam ei et clamabant. Osanna benedict⁹ qui venit in nomine domini: rex israel. Et inuenit iesus asellum: et sedit super eum: sicut scriptū est. Noli timere filia syō, ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum asine. Hec non cognouerūt discipuli eius primū: sed quādo glorificatus est iesus tūc recordati sūt, quia hec erant scripta de eo: et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo: quādo lazarum vocauit de monumento: ⁊ suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam venit ei turba: qr audierant eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo: dixerunt ad semetipsos. Videtis quia nichil proficimus. Ecce mundus totus post eum abiit. Erāt autem quidam gentiles: ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippum qui erat a betsaida galilee: et rogabant eum dicentes. Domine: volumus iesū videre. Venit philippus: et dicit andree. Andreas rursum et philippus: dixerunt iesu. Jesus autem respondit eis dicens. Venit hora: vt clarificetur filius hominis. Amen amē dico vobis: nisi granum frumenti cadēs in terra mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multū fructum affert. Qui amat animā suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitā eternā custodit eam. Si quis mi-

chi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eum pater meus. Nūc aīa mea turbata est. Et quid dicā? Pater salvifica me ex hac hora. Sed ppterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo: dicens. Et clarificaui: et iterum clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat: dicebat tonitruum factum esse. Alii autem dicebāt Angelus ei locutus est. Respondit iesus: et dixit. Non propter me hec vox venit: sed propter vos. Nunc iudicium est mundi. Nūc pnceps hui⁹ mūdi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omīa traham ad meipsum. Hoc autem dicebat: significās qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: quia christus manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumē in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ābulat in tenebris nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucē: vt filii lucis sitis. Hec locutus est iesus: et abiit et abscondit se ab eis. Offer. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te cōfugi doce me facere voluntatē tuā qz de⁹ meus es tu. Secre.

Hec sacrificia nos omnipotēs deus potenti virtute mundatos: ad suum puriores faciant venire principium. Per dominū nostrū iesum christum filium tuum. Coīo.

Erubescant et reuereātur simul qui gratulantur malis meis induantur pudore et reuerētia qui maligna loquuntur aduersū me. Postcoīo.

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta sacramenta feruorem: quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per dominū.

Super populum. Oratio

Adiuua nos deus salutaris noster: et ad beneficia recolēda q̄bus nos instaurare dignatus es tribue venire gaudentes. Per.

Feria tercia. Officium

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi in quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuiet vultū suū super nos et misereatur nostri. Non dr̄ Gloria pa. Sed dicit. Oremus. Flectamus genua. Oratio

Omnipotens sempiterne deus da nobis ita dominice passionis sacramēta peragere: vt indulgētiam pcipere mereamur. Per.

Lectio hieremie pphete. xi. ca.

In diebus illis. Dixit hieremias. Domine demōstrasti michi et cognoui: tu ostēdisti michi studia eorum. Et ego quasi agnus mā suetus qui portatur ad victimam: et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius: et eradamus eū de terra viuentium: et nomen eius non memoretur ampli⁹. Tu autem domine sabaoth qui iudicas iuste et probas renes et corda:

videā visionē tuā ex eis. Tibi eni re
uelaui causā meā: dñe deus me⁹. R
Ego autē dū michi molesti essent indue=
bam me cilicio et humiliabā i ieiunio ani
mā meā et oratio mea in sinu meo cōuer
tet. V. Judica dñe nocētes me expugna i=
pugnātes me apprehende arma et scutū
et exurge in adiutoriū michi. Hic dicit.
Dñs vo. et. Gloria tibi dñe. Passio
dñi nři iesu xpi. Scdm Marcū. xiiii

In illo tpe: Erat pascha: et azi=
ma post biduū: et querebant sū
mi sacerdotes et scribe quomodo ie
sū dolo tenerēt: et occiderēt Dicebāt
enī. Nō in die festo: ne forte tumul=
tus fieret in pplo. Et cū esset betha=
nie in domo simonis leprosi et recū
beret: venit mulier habēs alabastrū
vnguenti nardi spicati pciosi: et fra
cto alabastro/ effudit sup caput ei⁹.
Erāt aūt quidā indigne ferētes in=
tra semetipsos: et dicētes. Vt qd per
ditio ista vnguēti facta est: Poterat
enī vnguētū istud venundari plusq̄
trecentis denariis: et dari pauperi=
bus. Et fremebāt in eā. Jesus autē
dixit. Sinite eā. Quid illi molesti
estis: Bonū opus operata est in me
Sēper enī pauperes habetis vobi=
scū: et cū volueritis potestis illis be=
nefacere. Me aūt non sēper habebi
tis. Quod habuit hec fecit. Preue=
nit vngere corpus meū: in sepultu=
rā. Amen dico vobis: vbicūqz predi=
catū fuerit euāgeliū istud in vniuer
so mūdo: et quod hec fecit narrabit
in memoriā eius. Et iudas scario=
this vnus de duodeci abiit ad sum
mos sacerdotes: vt pderet eum illis
Qui audiētes gauisi sunt: et promi
serunt ei pecuniā se daturos. Et q̄=
rebat: quomodo illū oportune tra=
deret. Et primo die azimoꝝ quādo
pascha imolabant: dicunt ei disci=
puli. Quo vis eamus et parem⁹ ti=
bi vt māduces pascha: Et mittit du
os ex discipulis suis: et dixit eis. Jte
in ciuitatem: et occurret vobis ho=
mo lagenā aque baiulās. Seqmi=
ni eum: et quocunqz introierit: dici=
te domio domus quia magister di=
cit. Vbi est refectio mea vbi pascha
cum discipulis meis manducem:
Et ipse vobis demonstrabit cenacu
lum grande stratum: et illic para=
te nobis. Et abierunt discipuli eius
et venerunt in ciuitatē. Et inuene=
runt sicut dixerat illis: et parauerūt
pascha Vespere autem facto: venit
cum duodecim. Et discumbētibus
eis et māducātibus: ait iesus. Amē
dico vobis: q: vnus ex vobis me tra=
det qui manducat mecū. At illi ce=
perūt cōtristari: et dicere ei singula
tim. Nūquid ego: Qui ait illis Vn⁹
ex duodecim: qui intigit mecū ma=
num in catino. Et filius quidē ho=
minis vadit sicut scriptum est de eo
Ve autem homini illi: per quē fili⁹
hominis tradetur. Bonum erat ei
si non esset natus homo ille. Et mā
ducantibus illis: accepit iesus pa=
nem et benedicēs fregit: et dedit eis
et ait. Sumite. Hoc est corpus meū
Et accepto calice gratias agens de
dit eis. Et biberunt ex illo omnes.
Et ait illis. Hic est sāguis meus no=
ui testamenti: qui pro multis effun
detur: Amen dico vobis: quod iā nō
bibam de genimine vitis: vsqz in di

em illũ cum illud bibã nouũ in re-
gno dei. Et hymno dicto: exierũt in
mõtẽ oliuarũ. Et ait eis iesus Oẽs
scãdalizabimini in nocte ista: quia
scriptum est. Percutiam pastorẽ: et
dispergẽtur oues. Sed postq̃ resur-
rexero: precedam vos in galileã. Pe
trus autem: ait ei. Et si omnes scã-
dalizati fuerint: sed non ego. Et ait
illi iesus. Amen dico tibi quia tu ho
die in nocte hac priusq̃ gall⁹ bis vo-
cem dederit ter me es negatur⁹. At
ille amplius loquebatur. Et si opor
tuerit me simul cõmori tibi: non te
negabo. Similiter autem: et omẽs
dicebant. Et veniunt in prediũ: cui
nomen gethsemani. Et ait discipu
lis suis. Sedete hic: donec orem. Et
assumit petrũ et iacobũ et iohannẽ
secum et cepit pauere et tedere. Et
ait illis. Tristis est anima mea vsq̃
ad mortem. Sustinete hic et vigila
te. Et cum processisset paululũ: pro
cidit super terrã et orabat vt si fieri
posset transiret ab eo hora. Et dixit.
Abba pater: omnia tibi possibilia
sũt: Transfer calicẽ hũc a me. Sed
non quod ego volo: sed quod tu. Et
venit: et inuenit eos dormiẽtes. Et
ait petro. Simon dormis? Non po
tuisti vna hora vigilare. Vigilate et
orate: vt non intretis in tẽtationẽ.
Spiritus quidem promptus est ca
ro autem infirma. Et iterum abi-
ens orauit eundem sermonem di-
cens. Et reuersus denuo inuenit eos
dormientes. Erant enim oculi eo-
rum grauati: et ignorabant quid re
sponderent ei. Et venit tercio: et ait
illis. Dormite iam: et requiescite.
Sufficit. Venit hora ecce tradetur
filius hois in man⁹ pctõꝝ. Surgite
eam⁹. Ecce q̃ me tradet ppe est. Et
adhuc eo loquente: venit iudas sca-
rioth vnus de duodecim: et cum eo
turba multa cum gladiis et lignis:
missi a summis sacerdotibus ⁊ scri
bis et senioribus. Dederat autẽ tra-
ditor eis signum: dicens. Quẽcũq̃
osculatus fuero: ipse est. Tenete eũ
et ducite caute. Et cum venisset: sta
tim accedens ad eum ait. Aue rab-
bi. Et osculatus est eum. At illi ma
nus iniecerũt in iesum: et tenuerũt
eum. Vnus autem de circunstanti-
bus educens gladium: percussit ser
uum summi sacerdotis: et amputa
uit illi auriculam. Et respondẽs ie-
sus: ait illis. Tanq̃ ad latronem ex-
istis cum gladiis et lignis cõprehẽ-
dere me. Quotidie erã apud vos do
cens in templo: et non me tenuistis
Sed vt impleantur scripture. Tũc
discipuli eius relinquẽtes eum: oẽs
fugerunt. Adolescens autem seque
batur eum amictus syndone super
nudo. Et tenuerunt eum. At ille re-
iecta syndone: nudus pfugit ab eis.
Et adduxerunt iesum ad summũ
sacerdotem: et conuenerunt oẽs sa-
cerdotes ⁊ scribe et seniores. Petrus
autẽ a longe secutus est eum: vsq̃ i
tro in atrium sũmi sacerdotis. Et
sedebat cum ministris ad ignem et
calefaciebat se ad ignem Summi
vero sacerdotes et omne consilium
querebant aduersus iesum testimo
nium vt eũ morti traderent: nec i-
ueniebant. Multi enim testimoni-
um falsum dicebãt aduersus eum:

et cōuenientia testimonia non erāt
Et quidā surgentes falsū testimo-
niū ferebant aduersus eū: dicentes.
Qm̄ nos audiuimꝰ eū dicentē. Ego
dissoluā templū hoc manufactū: et
post triduū aliud nō manufactum
edificabo. Et nō erat cōueniēs testi-
moniū illorū. Exurgens aūt sūmꝰ
sacerdos in mediū: īterrogauit iesū
dicens. Nō respōdes quicq̄ ad ea q̄
tibi obiiciunt ab his? Ille autē tace-
bat: et nichil respōdit Rursū sūmus
sacerdos interrogabat eū: et dixit ei
Tu es xp̄s filius dei benedicti? Je-
sus autē dixit illi. Ego sum. Et vi-
debitis filiū hoīs sedentē a dextris
virtutis dei: et venientē cum nubi-
bus celi. Sūmus autē sacerdos sci-
dens vestimenta sua: ait. Quid ad-
huc desideramꝰ testes? Audistis blas
phemiā. Quid vobis videtur? Qui
oēs cōdēnauerūt eum: esse reū mor-
tis. Et ceperunt quidā cōspuere eū:
et velare faciē eius/et colaphis eum
cedere: et dicere ei. Prophetiza Et mi
nistri alapis eū cedebāt. Et cū esset
petrus in atrio deorsum: venit vna
ex ancillis sūmi sacerdotis Et cū vi
disset petrū calefacientem se: aspici
ens illum ait. Et tu cū iesu nazare-
no eras. At ille negauit: dicens. Ne-
q3 scio: neq3 noui quid dicas. Et exi-
it foras ante atriū: et gallus canta-
uit. Rursus autē cū vidisset illū an-
cilla: cepit dicere circunstātibus Qr
hic ex illis est. At ille iterū negauit.
Et post pusillum rursus qui asta-
bant dicebant petro. Vere ex illis es
nā et galileus es. Ille aūt cepit ana-
thematizare et iurare: quia nescio
hoīem istum quē dicitis. Et statim
iterū gallus cātauit. Et recordatus
est petrus verbi qđ dixerat ei iesus.
Priusq̄ gallus cātet bis: ter me ne-
gabis. Et cepit flere Et confestī ma
ne cōsilium facientes summi sacer
dotes cū senioribus et scribis: et vni
uerso consilio: vincientes iesū duxe
runt et tradiderūt pilato. Et inter-
rogauit eū pilatus Tu es rex iudeo
rum? At ille respondēs: ait illi. Tu
dicis. Et accusabāt eū summi sacer
dotes in multis. Pilatus autē: rur-
sum interrogauit eum dicēs. Nō re
spondes quicq̄? Vide in quantis te
accusant. Jesus aūt āplius nichil re
spondit: ita vt miraretur pilatꝰ Per
diē autē festū dimittere solebat illis
vnū ex vinctis: quēcunq3 petissent.
Erat aūt q̄ dicebat barabas: qui cū
sediciosis erat vinctꝰ: qui in sedicio-
ne fecerat homicidiū Et cū ascendis
set turba: cepit rogare sicut semper
faciebat illis. Pilatus aūt respōdit
Charissimi: Deponentes oẽm maliciã et oẽm dolũ ⁊ simulationes ⁊ inuidias et oẽs detractiões sicut modo geniti infãtes rationabiles sine dolo lac concupiscite: vt i eo crescatis in salutẽ si tamẽ gustatis quoniã dulcis est dñs. Ad quẽ accedentes lapidẽ viuũ ab hoibus quidẽ reprobatũ: a deo aũt electũ et honorificatũ. Et ipsi tanq̃ lapides viui superedificamini domos spirituales sacerdotiũ sanctum: offerre spirituales hostias acceptabiles deo: p iesum christum. Propter quod continet scriptura. Ecce pono in syõ lapidem summũ angularem electũ preciosum: et oĩs qui crediderit i eũ non confundetur. Uobis igitur honor credẽtibus non credẽtibus autẽ lapis quẽ reprobauerũt edificantes hic fact⁹ ẽ i caput ãguli. Et lapis offẽsiõis et petra scãdali: his qui offẽdũt in verbo nec credũt in quo et positi sunt. Uos autẽ genus electũ regale sacerdotiũ/gens sancta/populus acquisitiõis: vt v̾tutes annũcietis ei⁹ q̃ de tenebris vos vocauit i admirabile lumẽ suũ. Qui aliquãdo non populus dei: nũc autem populus dei. Qui non cõsecuti misericordiam: nunc autem miam cõsecuti. ℟ Allã. ℣ Hec dies quã fecit dñs exultemus et letemur in ea. Allã. ℣ Laudate pueri dñm laudate nomẽ dñi. Sine. Sequentia. Secũdũ iohem. .xx.

In illo tpe: Una sabbati maria magdalene venit mane cũ adhuc tenebre essẽt ad monumẽtũ: vidit lapidẽ sublatũ a monumẽto. Cucurrit ergo: et venit ad symonẽ petrũ et aliũ discipulum quẽ amabat iesus et dixit eis. Tulerũt dñm de monumento: et nescimus ubi posuerũt eum. Exiit ergo petrus et ille alius discipulus: et venerũt ad monumẽtũ. Currebãt autẽ duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro: et venit prim⁹ ad monumẽtũ. Et cũ se iclinasset vidit posita linteamina nõ tamen itroiuit. Venit ergo symon petrus sequens eum: et itroiuit in monumentũ. Et vidit linteamia posita: et sudariũ quod fuerat super caput eius nõ cum linteaminibus positum sed separatim inuolutũ in unum locũ. Tunc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentũ: et vidit et credidit. Nondũ eni sciebant scripturam: quia oporteret eũ a mortuis resurgere. Credo. Offr. Benedictus qui venit in noie dñi benedixim⁹ vos de domo domini deus dñs et illuxit nobis alleluia alleluia. Secreta.

Concede q̃s dñe sẽp nos per hec mysteria paschalia gratulari: ut cõtinua nostre reparationis operatio perpetue nobis causa fiat leticie. Per. Prefatio Te quidẽ omĩ. Infra. Cõicãtes. et. Hãc igitur. Coio Omnes qui in christo baptizati estis christum induistis all'a all'a. Postcoio.

Redemptionis nostre munere vegetati q̃s dñe: ut hoc perpetue salutis auxilium fides sẽper vera perficiat. Per. Dñica in octa. pasche totũ officiũ sicut in die excepto Hec dies non dicit. Alleluia V. In die resurrectionis mee dicit dñs precedã vos in galileam. Alleluia V. Pascha nostrũ immolatus est christus.

Feria. ii. dices. Quasi modo

Quasi modo geniti infantes alleluia rationabile sine dolo lac concupiscite all'a all'a alleluia. Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Oratio

Presta q̃s oĩps deus: ut qui festa paschalia peregimus hec te largiente moribus et vita teneamus. Per. Lcõ epl'e bti iohis apli. Karissimi: Omẽ quod natũ ẽ ex deo: vincit mũdum. Et hec est victoria que vincit mundum: fides nostra. Quis est autem qui vincit mundum: nisi qui credit quoniam iesus est filius dei: Hic est: qui venit per aquam et sanguinem iesus christus. Non in aqua solum: sed in aqua et sãguine. Et spiritus est qui testificatur: quoniam christus est veritas. Quoniã tres sunt qui testimonium dant in celo. Pater et filius et spiritus sanctus. Et tres unum sũt. Et tres sunt qui testimoniũ dãt in terra: spiritus aqua et sanguis: Et tres unũ sunt. Si testimoniũ hominum accipimus: testimonium dei maius est. Quoniã hoc est testioniũ dei quod maius est: quia testificat⁹ est de filio suo. Qui credit in filium dei: habet testimonium dei in se. R. Alleluia V. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulorum suorũ et dixit pax vobis. Scdm iohẽm. xx.

In illo tp̄e: Cū esset sero die illo vna sabbatorū et fores essent clause vbi erant discipuli cōgregati ꝓpter metū iudeoꝝ: venit iesus et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostēdit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli: viso domino. Dixit ergo eis iteꝝ. Pax vobis Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cum dixisset: insufflauit et dixit eis. Accipite spiritū sanctū. Quorū remiseritis peccata: remittuntur eis: et quorum retinuertis: retēta sūt. Diuisio.

Thomas aūt vnus ex duodeci qui dicitur didimus: nō erat cū eis quādo venit iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dñm. Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eiꝰ fixurā clauorum: et mittā digitum meum in locum clauorū: et mittā manum meam in latus eius: non credam. Et post dies octo iterū erāt discipuli eius ītus: et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis: ⁊ stetit in medio et dixit. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitū tuū huc: et vide manꝰ meas et affer manum tuā: et mitte in latus meū: et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas: et dixit ei. Dñs meus: ⁊ deus meus. Dixit iesus. Quia vidisti me thoma: credidisti. Beati qui nō viderunt: et crediderūt. Multa quidē et alia signa fecit iesus in conspectu discipuloꝝ suoꝝ: que nō sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt: vt credatis quia iesus est filius dei. Et vt credentes vitam habeatis: in nomine ipsius. Offr̄.

Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluia. Secreta.

Suscipe munera q̄s dñe exultātis ecclesie et cui causam tanti gaudii prestitisti perpetuū fructum concede leticie. Per. Coio. Mitte manum tuam et cognosce loca clauorū all'a et noli esse incredulus sed fidelis all'a al'.

Postcoio. Quesumus dñe deus noster: vt sacrosctā mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti et presens nobis remediū esse facias et futurū. Per.

Nota ꝙ per totam resurrectionē ab octabis pasche vsqz ad rogationes die lune mercurii et veneris cantat̄ missa de dñica currente cū epistolis et euangeliis propriis quas inuenies ī ordie cuiuslibꝫ ferie post hāc diē lune. Die vero martis Iouis et sabbati dr̄ missa. Resurrexi totū sicut est. Et dr̄ ad missā vnum solū all'a. Die lune. Alla. V. Surrexit dominꝰ et apparuit petro. Die martis. Alla. V. In die resurrectionis mee dixit dñs p̄cedam vos in galileam. Die marcurii. Alla. V. Cū sederit filius hois in sede maiestatis sue tūc dicet illis qui a dextris eius erunt venite benedicti patris mei ꝑcipite regnum cum gaudio magno. Die iouis. Alleluia. In die resurrectiōis mee dixit dominus precedam vos in galileam. Die veneris. Alleluia. V. Crucifixus surrexit a mortuis. Sabbato. Alleluia. V. Surrexit christus qui creauit omnia et misertus est humano generi.

Feria. iiii. pauli. Ad ephesios. i.

Fratres: Non cesso grās agēs pro vobis memoriā vestri fa-

ciēs in orationib9 meis: vt deus dñi nostri iesu christi pater glorie det vobis spiritum sapientie et reuelationis in agnitionē eius illuīatos oculos cordis vestri vt sciatis q̄ sit spes vocationis eius / que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis. Et que sit supueniēs magnitudo virtutis eius in nos qui credim9 secūdū operationē potētie virtutis eius quam operat9 est in xp̄o suscitās illū a mortuis. Et cōstituēs ad dexterā suā in celestibus supra oēm pricipatū et potestatē / et virtutē et dñationē: et omē nomen quod noīatur. Non solū in hoc seculo: sed etiam in futuro.

Secundum Matheum. vltimo

In illo tp̄e: Exierunt mulieres cito de monumēto cum timore et gaudio magno: currentes nūciare discipulis. Et ecce iesus occurrit illis: dicens. Auete. Ille aūt accesserūt et tenuerūt pedes eius: et adorauerūt eum. Tūc ait illis iesus. Nolite timere. Ite nūciate fratrib9 meis: vt eant ī galileā. Ibi me videbūt. Que cū audissent: ecce quidā de custodibus venerūt in ciuitatē: et nunciauerūt principibus sacerdotū oīa que facta fuerāt. Et congregati cū senioribus cōsilio accepto pecuniā copiosā dederūt militib9 dicētes. Dicite q2 discipuli eius nocte venerūt: et furati sūt eū nobis dormientib9. Et si hoc auditū fuerit a p̄side: nos suadebim9 ei et securos vos faciem9. At illi accepta pecunia fecerūt sicut erāt edocti. Et diuulgatū est verbū istud apd̄ iudeos: vsq3 ī hodiernū diem.

Feria. vi. Ad hebreos xiii.

Fratres: Obedite prepositis vestris: et subiacete eis. Ipsi enī peruigilāt quasi rationē pro aīab9 vestris reddituri: vt cū gaudio hoc faciāt et non gemētes. Hoc eī nō expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonā conscientiam habemus in omnib9 bene volentes cōuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere: vt celeri9 restituar vobis. Deus autem pacis q̄ eduxit de mortuis pastorē magnū ouiū in sanguine testamenti eterni dñm nostrum iesū christum. aptet vos in omi bono: vt faciatis ei9 voluntatē. Faciēs in vobis qd̄ placeat corā se per iesum christū: cui est gl'ia in secula seculoꝝ amē. S. Mar. xvi

In illo tpe: Surgēs iesus mane prima sabbati: appuit p2io marie magdalene de qua eiecerat septē demōia. Illa vadēs nūciauit his q̄ cū eo fuerāt: lugētibus et flētibus. Et illi audiētes quia viueret et visus esset ab ea: nō crediderunt. Post hec autē duobus ex eis āmbulātibus ostēsus est in alia effigie: eūtib9 in villā. Et illi eūtes: nūciauerūt ceteris.

Dominica secunda. Officiū

Misericordia dñi plena ē terra alla verbo dei celi firmati sūt alla alla. ps. Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio. Gloria in excelsis.

Oratio

Deus q̄ in filii tui hūilitate iacentē mūdū erexisti fidelibus tuis ppetuā cōcede leticiā: vt quos ppetue mortis eripuisti casibus gaudiis facias sempiternis perfrui. Per.

Lectio ep'le beati petri apl'i. ii. ca.

Charissimi. Christus passus est pro nobis vobis relinquēs exēplū vt sequamini vestigia eius. Qui peccatū nō fecit: nec inuētus est dolus in ore eius. Qui cū malediceret: nō maledicebat. Cū pateret: nō cōminabatur. Tradebat aūt iudicāti se iniuste. Qui peccata nostra ipse ptulit i corpore suo super lignum: vt peccatis mortui iusticie viuam⁹. Cuius liuore sanati estis. Eratis eñi sicut oues errātes: sed cōuersi estis nūc ad pastorē et episcopū animarū vrārum. ℟ Alla. ℣. Ego sū pastor bon⁹ et cognosco oues meas et cognoscūt me mee Alla. ℣. Surrexit christus et illuxit populo suo quē redemit ipse sāguie suo Sequētia. Victime. Secundū Johēm x. ca

In illo tpe: Dixit dñs iesus discipulis suis Ego sū pastor bonus. Bonus pastor: aīam suam ponit pro ouibus suis. Mercenari⁹ aūt et qui non est pastor cuius non sūt oues pprie: videt lupū veniētē et dimittit oues: et fugit. Et lup⁹ rapit: et dispergit oues. Mercenarius aūt fugit: qr mercennarius est et nō pertinet ad eū de ouibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas: et cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnosco patrē. Et aīaꝫ meā pono: p ouib⁹ meis Et alias oues habeo: que non sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere et vocē meā audiēt. Et fiet vnū ouile: et vnus pastor. Credo. Offerto. Deus deus meus ad te de luce vigilo et i noīe tuo leuabo manus meas allā. Se.

Benedictionē tuā dñe nobis cōferat salutarē hec sacra sēp oblatio: vt qđ agit mysterio virtute pficiat. Per dñm. Coio. Ego sū pastor bon⁹ allā ⁊ cognosco oues meas et cognoscunt me mee allā allā. Postcoio.

Presta nobis oṗs deus: vt viuificationis tue gratiā cōsequētes in tuo semper mūere gloriemur Per. Feria quarta.

Pauli. Ad corinthios. i. xv.

Fratres: Si xp̄s predicatur ꝙ surrexit a mortuis: quomodo quidā dicūt in vobis quoniā resurrectio mortuorum non est. Si autem resurrectio mortuorum non est: neqꝫ christus resurrexit. Si autem christus non resurrexit inanis est predicatio nostra: inanis est fides vestra. Inuenimur autē et falsi testes dei: quoniam testimoniū dicimus aduersus deū: ꝙ suscitauerit xp̄m quem nō suscitauit si mortui non resurgunt. Nam si mortui nō resurgunt: neqꝫ christus resurrexit. Quod si christus nō resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc eñi estis i peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in christo: perierunt. Si in hac vita tantū in christo sperātes sum⁹: miserabiliores sumus omnib⁹ hoībus. Nunc autem christus resurrexit a mortuis: primicie dormientiū. Quoniāquidem per hoīem mors: et per hoīem resurrectio mortuorū.

Secundū Lucā. vltio

In illo tpe Vna aūt sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentū: portātes que parauerāt aromata. Et inuenerūt lapidē reuolutū a monumēto. Et ingresse nō inuenerunt corpus dñi iesu. Et

factũ est dũ mēte consternate essent de isto: ecce duo viri steterũt iuxta illas: in veste fulgenti. Cũ timerēt autē et declinarēt vultũ ĩ terrã: dixerũt ad illas Quid q̄ritis viuētē cũ mortuis? Non est hic: sed surrexit Recordamini qualiter locutus est vobis cũ adhuc in galilea esset: dicens quia oportet filiũ hoĩs tradi ĩ man⁹ hoĩm pctōꝝ et crucifigi et die tercia resurgere. Et recordate sunt verboꝝ eius Et regresse a monumēto: nũciauerũt hec oĩa illis vndecĩ ꝛ ceteris oĩb⁹ Erat autē maria magdalena et iohanna et maria iacobi/ꝛ cetere q̄ cũ eis erant: que dicebãt ad apostolos hec. Et visa sũt ante illos sicut delitamentũ verba ista: et non credebãt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumētũ: et procumbēs vidit linteamina sola posita Et abiit secum mirans: quod factũ fuerat.

Ad Corinthios feria sexta: xv

Fratres: Sicut in adã omēs moriũtur: ita et in christo oēs viuificabũtur. Vnusquisq; autē in suo ordine. Primicie christus: deinde hi qui sunt christi qui in aduētũ ei⁹ crediderũt. Deinde finis cũ tradiderit regnũ deo ꝛ patri: cũ euacuauerit oēm pricipatũ et potestatē/ et ṽtutē Oportet aũt illũ regnare: donec ponat oēs inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enĩ subiecit sub pedibus eius. Cum autē dicat oĩa subiecta sũt ei: sine dubio preter eũ qui subiecit ei omnia. Nam cũ subiecta fuerint illi omnia: tunc et ipse filius subiectus erit illi qui subiecit oĩa. Vt sit deus: omĩa in omnibus.

Secundum Matheũ. ix.

In illo tp̄e: Accesserunt ad iesũ discipuli iohãnis: dicētes Quare nos ꝛ pharisei ieiunamus frequēter: discipuli aũt tui nõ ieiunãt? Et ait illis iesus. Nũquid possunt filii sponsi lugere: q̄ꝫ diu cũ illis est sponsus? Veniēt aũt dies cum auferetur ab eis sponsus: et tũc ieiunabũt. Nemo autē immittit cõmissurã pãni rudis: in vestimētũ vetus. Tollit enĩ plenitudinē eius a vestimēto: et peior scissura fit. Neq; mittũt vinũ nouũ in vtres veteres. Alioquin runpētur vtres et vinũ effũdit: et vtres pereũt. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittunt: et ambo conseruantur.

Dominica tercia post pascha.

Iubilate deo oĩs terra all'a: psalmũ dicite noĩ ei⁹ all'a date gloriã laudi eius all'a alleluia. p̄. Dicite deo q̄ꝫ terribilia sũt opera tua dñe in multitudĩe virtutis tue mētientur tibi inimici tui. Gloria pa. Gloria in excelsis.

Oratio

Deus qui errãtib⁹ vt in viã possint redire iusticie veritatis tue lumen ostendis da cũctis qui xp̄iana ꝑfessione censent: ꝛ illa respuere que huic inimica sunt noĩ et ea que sũt apta sectari. p.

Lectio epistole beati petri apostoli. i. ii.

Charissimi: Obsecro vos tanq̄ꝫ aduenas et ꝑegrinos abstinere vos a carnalib⁹ desideriis: q̄ militãt aduersus aĩam Cõuersationē vestrã inter gentes habentes bonã: vt in eo q̄ꝫ detractant de vobis tãq̄ꝫ de malefactoribus: ex bonis operibus

vos cõsiderãtes glorificẽt deũ in die visitationis. Subiecti igit estote oĩ humane creature: ꝓpter deũ: Siue regi: quasi ꝑcellenti, siue ducibus, tã ꝙ ab eo missis: ad vindictã malefactoꝝ laudẽ vero bonoꝝ. Qr sic est voluntas dei: vt benefaciẽtes obmutescere faciatis iprudẽtiũ hoĩm ignorantiã. Quasi liberi: et nõ quasi velamen habẽtes malicie libertatem: sed sicut serui dei. Omnes honorate. fraternitatem diligite. Deum timete. regẽ honorificate. Serui subditi estote: in oĩ timore dñis. Nõ tãtũ bonis et modestis: sed etiã discolis. Hec est eni gratia. Jn christo iesu dño nostro. ℟. Alla ℣. Jterũ autẽ videbo vos et gaudebit cor vestꝝ et gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis. Alla ℣. Christus resurgẽs ex mortuis iã non moritur mors illi vltra non dñabit. Sequentia Victime. Secundũ Johẽm. xvi.

In illo tempore: Dixit dñs iesus discipulis suis. Modicũ et iã nõ videbitis me, et iteꝝ modicũ ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem Dixerunt ergo qdã ex discipulis ei⁹ adiuicẽ. Quid est hoc quod dicit nobis modicũ et nõ videbitis me, et iterũ modicũ et videbitis me, et qr vado ad patrẽ: Dicebãt ergo. Quid ẽ hoc qd dicit modicũ: Nescimus qd loquit. Cognouit autẽ iesus: quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi modicum et non videbitis me: et iteꝝ modicũ ⁊ videbitis me. Amẽ amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos mundus aũt gaudebit. Vos aũt contristabimini: sed tristicia vestra vertet in gaudium. Mulier cũ parit tristiciã habet: quia venit hora eius. Cum autẽ peperit puerum: iam non meminit pressure: ꝓpter gaudiũ qr natus est homo in mundũ. Et vos igitur: nunc quidẽ tristiciã habetis. Jterum autem videbo vos: et gaudebit cor vestrũ. Et gaudium vestrum: nemo tollet a vobis. Credo. Offꝫ. Lauda aĩa mea dñm laudabo dñm ĩ vita mea psallã deo meo ꝙ diu ero alla. Secreta.

His nobis dñe conferat mysteriis quo terrena desideria mitigantes discamus amare celestia. Per. Coio. Modicũ et nõ videbitis me alla iterũ modicũ et videbitis me quia vado ad patrem alla alla. Postcoio

Sacramẽta que sumpsimus domine et spiritualib⁹ nos instruant alimentis: et corporalibus tueãtur auxiliis. Per dñm. Feria.iiii. Ad thessalonicenses. v.

Fratres: Omnes vos filii lucis estis: et filii dei. Non sum⁹ noctis neqꝫ tenebrarum. Jgitur nõ dormiamus sicut ceteri: sed vigilemus et sobrii simus Qui eni dormiũt nocte dormiũt: et qui ebrii sũt nocte ebrii sunt Nos aũt qui diei sumus sobrii simus: induti loricam fidei et charitatis et galeam spẽ salutis. Quoniã nõ posuit nos deus: in iram: sed in acquisitionem salutis ꝑ dñm nrm iesũ xpm ꝙ mortuus ẽ pro nobis. Vt siue vigilem⁹ siue dormiam⁹: simul cũ illo viuam⁹ Propt qd consolamini inuicẽ: ⁊ edificate alterutꝝ sicut ⁊ facitis. Jn xpo iesu: dño nostro. Scdm iohẽm. xii.

In illo tēpore. Dixit dñs iesus discipulis suis. Ego lux ī mūdum veni: vt omīs qui credit in me in tenebris nō maneat. Et si quis audierit verba mea/ et non custodierit: ego non iudico eū. Non enī veni vt iudicem mundū: sed vt saluū faciam mundū. Qui spernit me: et nō accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quē locutus sū ille iudicabit eū in nouissimo die: quia ego ex meipso non sū locutus sed qui misit me pater: ipse michi mandatū dedit: quid dicam ꝛ quid loquar. Et scio: quia mādatū eius vita eťna est. Que ergo ego loquor sicut dixit michi pater: sic loquor.

Feria vi. Pauli ad romanos. xiiii.

Fratres. Nemo vestrū sibi viuit: et nemo sibi moritur. Siue enī viuimus: dño viuimus: Siue morimur: dño morimur. Siue ergo viuimus siue morimur: dñi sumus. In hoc enī xp̄s mortuus est et resurrexit: vt et mortuoꝝ et viuorū dñetur. Tu autem quid iudicas fratrē tuum: aut tu quare spernis fratrē tuū? Omēs enī stabimus ante tribunal xp̄i. Scriptū est enī. Viuo ego dixit dñs: quoniā michi flectetur omē genu: et omnis lingua confitebitur dño. Itaqꝫ vnusquisqꝫ vestrū: pro se rationē reddet deo.

Secundum Johannē. xiii. c.

In illo tēpore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Filioli: adhuc modicum vobiscum sum. Queretis me: et sicut dixi iudeis: quo ego vado: vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos diligatis inuicē. In hoc cognoscent oēs: quia mei discipuli estis: si dilectionē habueritis adinuicem.

Dñica quarta. Officium.

Cantate dño canticū nouū alla qa mirabilia fecit dñs alla ante conspectū gentiū reuelauit iustitiā suā alla alla. Ps. Saluauit sibi dextera eius: et brachium sanctum eius. Oratio.

Deus qui fideliū mentes vni⁹ efficis voluntatis da populis tuis id amare quod precipis: id desiderare quod p̄mittis: vt inter mūdanas varietates ibi nr̄a fixa sint corda: vbi vera sūt gaudia. Per do.

Beati iacobi apostoli. i. c.

Charissimi. Omē datum optimū: et omē donū perfectū desursū est: descēdens a patre luminū Apud quē nō est transmutatio: nec vicissitudinis obūbratio. Voluntarie enī genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliqd̄ creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autē omīs homo velox ad audiendū: tardus autē ad loquēdū et tardus ad irā. Ira enī viri: iustitiam dei nō operatur. Propter quod abiicientes oēm īmunditiā: et abūdantiam malitie: in mansuetudine suscipite insitum verbū. Quod potest saluare animas vestras. R̄. Alla. V̄. Vado ad eū qui misit me sed quia hec locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum. Alla. V̄. Surrexit dñs et occurrens mulieribus ait auete: tūc accesserunt et adorauerunt eū. Sequētia

Victime paschali laudes. vt supra.

Secundum Johannem. xvi. c

In illo tpe. Dixit dñs iesus discipulis suis. Vado ad eũ qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis: Sed qꝛ hec locutus sum vobis: tristitia īpleuit corꝰ vestrũ. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadã. Si enī nõ abiero: paraclitus nõ veniet ad vos: Si aũt abiero: mittã eũ ad vos. Et cũ venerit: ille arguet mũdũ de peccato: et de iustitia et de iudicio. De peccato quidē: qꝛ non crediderũt in me. De iustitia vero: qꝛ ad patrē vado: et iã non videbitis me. De iudicio autē: quia princeps huius mũdi iã iudicatꝰ est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cũ autē venerit ille spiritus veritatis: docebit vos oēm veritatē. Non enī loquet a semetipso: sed quecunqꝫ audiet loquetur: et que ventura sũt annũtiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: et annũtiabit vobis. Credo. Offr. Jubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra psalmũ dicite noī eius venite et audite et narrabo vobis oēs qui timetis deũ quãta fecit dñs anime mee alla. Secreta.

Deus qui nos per huiꝰ sacrificii venerãda cõmercia vniꝰ sũmeqꝫ diuinitatis pticipes efficis: pꝛsta qs: vt sicut tuã cognouimus veritatem: sic eã dignis moribus assequamur. Per dominum. Coio.

Dũ venerit paraclitus spũs veritatis ille arguet mundũ de peccato et de iustitia et de iudicio alleluia alla. Postcoio.

Adesto nobis dñe deus nr: vt per hec sacramēta que fideliter sũpsimus: et purgemur a viciis / et a periculis oibus eruamur. Per.

Feria iiii. Epla pauli ad hebreos. ix

Fratres. Non enī in manufacta sãcta iesus introiuit exēplaria verorũ: sed in ipsũ celũ vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neqꝫ vt sepe offerat seipsũ: quēadmodũ pontifex intrat in sãcta per singulos annos in sãguine alieno Alioquin oportebat eũ frequenter pati: ab origine mũdi. Nũc autē semel in cõsũmatione seculorũ: ad destructionē peccati per hostiã suam apparuit. Et quēadmodũ statutũ est hoibus semel mori, post hec autē iudiciũ: sic et xp̃s semel oblatus est ad multorũ exhauriēda peccata. Scdo sine peccato apparebit: expectantibus se in salutem.

Secundum Johannem. xvii.

In illo tpe. Respiciens dñs iesus discipulos suos dixit. Pater sãcte serua eos in noie tuo quos dedisti michi: vt sint vnũ sicut et nos Cũ essem cũ eis, ego seruabã eos ī noie tuo. Quos dedisti michi ego custodiui. Et nemo ex hiis periit nisi filiꝰ pditiōis: vt scriptura īpleat. Nũc aũt ad te venio. Et hec loquor in mũdo: vt habeãt gaudiũ meũ īpletũ ī semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuũ. Et mũdus eos odio habuit: qꝛ nõ sũt de mũdo: sicut et ego nõ sũ de mũdo. Nõ rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mũdo nõ sũt / sicut ⁊ ego nõ sũ de mũdo. Sãctifica eos in ve

ritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti ī mūdū: ita et ego misi eos in mūdū. Et ꝑ eis ego sāctifico meipsū: vt sint et ipsi sāctificati in veritate. Nō pro eis autē rogo tātum: sed et pro eis q̇ credituri sūt per verbū eoꝝ in me vt omnes vnū sint. Sicut tu pater in me et ego in te: vt ⁊ ipsi vnū in nobis sint vt credat mūdus/q̇a tu me misisti. Et ego claritatē quā dedisti michi dedi eis: vt sint vnum sicut et nos vnū sumus. Ego in eis et tu in me, vt sint cōsūmati in vnū. Et cognoscat mūdus q̇a tu me misisti: et dilexisti eos: sicut et me dilexisti.

Feria vi. Ep̄la pauli ad colossēses. i. c.

FRatres. Gratias agētes deo ⁊ p̄ri: q̇ dignos nos fecit in partē sortis sāctorū in lumine. Qui eripuit nos de p̄tāte tenebraꝝ: et transtulit in regnū filii dilectionis sue. In quo habemꝰ redēptionē et remissionē p̄ctōꝝ: q̇ est imago dei inuisibilis primogenitꝰ oīs creature. Qr in ipso cōdita sūt vniuersa in celis et ī terra: visibilia et inuisibilia. Siue throni: siue dn̄ationes: siue p̄ricipatus: siue p̄tātes: oīa per ipsū et in ipso creata sūt. Et ipse est ante omēs, et oīa in ipso cōstant. Et ipse est caput corporis ecclesie: q̇ est principiū, primogenitus ex mortuis: vt sit in oībus ipse primatū tenens. Quia in ipso cōplacuit oēm plenitudinē inhabitare: et per eum reconciliari omnia in ipsum, Pacificans per sanguinem crucis eius: siue que in terris: siue que in celis sunt.

Secundum Johannem. xvii.

IN illo tēpore. Subleuatis iesus oc̄lis ī celū: dixit. P̄r quos dedisti michi: volo vt vbi ego sū: et illi sint mecū: vt videant claritatē meā quā dedisti michi: q̇a dilexisti me ante cōstitutionē mūdi. Pater iuste: et mundus te non cognouit. Ego autē te cognoui. Et hi cognouerunt: q̇a tu me misisti. Et notū feci eis nomē tuū: et notū faciā: vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis

Dn̄ica. v. Officiū.

VOcē iocunditatis annunciate et audiatᷣ all'a: nūciate vsqꝫ ad extremū terre liberauit dn̄s populū suū all'a all'a. Ps. Jubilate deo omīs terra psalmum dicite nomini eius: date gloriā laudi eius. Gl'a patri. Gloria in excelsis.

Orō.

DEus a quo bona cuncta procedūt largire supplicibus: vt cogitemus te inspirāte q̄ recta sunt ⁊ te gubernāte eadē faciamꝰ. Per do

Lectio ep̄le beati iacobi. ap̄li i. c.

CHarissimi. Estote factores vbi et nō auditores tātum: fallentes vosmetipsos. Quia si q̇s auditor est verbi et nō factor: hic cōparabitᷣ viro cōsiderāti vultū natiuitatis sue in speculo. Cōsiderauit enī se: et abiit et statī oblitus est qualis fuerit. Qui autē ꝑspexerit in lege ꝑfecte libertatis et permāserit in ea non auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beatꝰ in facto suo erit. Si quis autē putat se religiosū esse non refrenās linguā suam: sed seducēs cor suū: huius vana est religio. Religio mūda et īmaculata apud deū et patrē: hec est. Visita-

re pupillos et viduas in tribulatione eorū: Et imaculatū se custodire ab hoc seculo. R. Alla. V. Exivi a patre et veni in mundum iterū relinquo mundū et vado ad patrē alla. V. Oportebat pati xpm et resurgere a mortuis et ita intrare in gloriā suam alla. Sequentia. Victime. Scdm Johannē. xvi. c.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amē amē dico vobis: si quid petieritis patrē in noīe meo dabit vobis. Usqz modo nō petistis quicqꝫ in noīe meo. Petite et accipietis: vt gaudiū vestrū sit plenū. Hec in prouerbiis locutus sū vobis. Venit hora cū iā non in prouerbiis loquar vobis: sed palā de patre meo annūtiabo vobis. In illo die: in nomine meo petetis. Et nō dico vobis qr ego rogabo prēm de vobis. Ipse enī pat amat vos: qa vos me amastis: et credidistis qa a deo exiui. Exiui a patre: et veni in mundū. Iterū relinquo mundū: et vado ad patrē. Dicūt ei discipuli eius. Ecce nunc palā loqueris: et prouerbiū nullum dicis. Nūc scimus qa scis oīa: et nō opus est tibi: vt quis te interroget. In hoc credimus: qr a deo existi. Credo. Offr. Benedicite gētes dnm deū nostrū et obaudite vocē laudis eius qui posuit aiam meā ad vitā et nō dedit commoueri pedes meos benedictus dns qui non amouit deprecationē meā et miam suā a me alleluia. Secreta.

Suscipe dne qs fideliū pces cū oblatiōibus hostiarū: vt p hec pie placatiōis officia ad celestē gloriā trāseamus. P. Coio. Cātate dno alla cātate dno et benedicite nomē eius bene nūciate de die in diē salutare eius alla alla. Postcoio.

Tribue nobis dne celestis mēse virtute saciātis: et desiderare que recta sūt: et desiderata percipere. Per dnm. Feria scda in rogationibus. Officiū.

Exaudiuit de tēplo sācto suo vocē meā alla et clamor meus in cōspectu eius itroiuit in aures eius alla alla. Ps. Diligā te dne fortitudo mea: dns firmamētū meū et refugiū meū et liberator meus. Oro.

Presta qs omps deus: vt q in afflictiōe nrā de tua pietate cōfidimus: cōtra aduersa oīa tua sē per ptectione muniamur. Per.

Lectio eple bti iacobi apli. vltio. c.

Charissimi. Cōfitemini alterutrū peccata vestra: et orate p inuicē vt saluemini. Multū enī valet: deprecatio iusti assidua. Helyas homo erat similis nobis passibilis, et oratione orauit: vt nō plueret super terrā: et nō pluit annos tres: et menses sex. Et rursū orauit: et celū dedit pluuiā: et terra dedit fructum suū. Si quis autē errauerit ex vobis a veritate: et cōuerterit quis eū scire debet qm q cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue: saluabit animā eius a morte. Et operit multitudinē peccatorū. R. Alla. V. Cōfitemini dno quoniā bonus qm in seculū mia eius. Scdm Lucam. xi. c.

In illo tpe. Dixit dns iesus discipulis suis. Quis vestrū habebit amicū: et ibit ad illum media nocte: et dicet illi. Amice commoda michi tres panes: qm amicus meus

venit de via ad me: et nõ habeo qđ ponã ãte illũ. Et ille deintus respõdens: dicat. Noli michi molestus esse. Iã hostiũ clausũ est: et pueri mei mecũ sunt in cubili. Non possũ surgere: et dare tibi. Et ille si pseuerauerit pulsãs: dico vobis: et si nõ dabit illi surgẽs eo qđ amic⁹ eius sit: ppter iprobitatẽ tñ ei⁹ surget: et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis. Petite et dabit vobis. Querite: et inuenietis. Pulsate: et aperiet vobis. Oĩs enĩ qui petit accipit: ⁊ qui q̃rit inuenit: et pulsãti aperiet. Quis aũt ex vobis prẽm petit panẽ: nunq̃d lapidẽ dabit illi? Aut piscẽ: nunq̃d pro pisce serpentẽ dabit illi? Aut si petierit ouũ: nũq̃d porriget illi scorpionẽ? Si ergo vos cũ sitis mali: nostis bona data dare filiis vestris: q̃tomagis pat vester celestis de celo dabit spm̃ bonũ: petẽtibus se. **Offer.** Cõfitebor dño nimis in ore meo et ĩ medio multorum laudabo eũ qui astitit ad dexterã pauperis vt saluam faceret a perquentibus aĩam meã alla.

Secreta.

Hec munera q̃s dñe et vincula nostre prauitatis absoluãt et tue nobis misericordie dona consilient. Per. **Coĩo.** Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperiet vobis oĩs enĩ qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur alleluia.

Postcoĩo.

Vota nostra q̃s dñe pio fauore psequere: vt dũ dona tua in tribulatione percepimus: de cõsolatiõe nostra in tuo amore crescamus. Per dñm.

Feria tertia. Officium.

Exaudiuit de tẽplo sãcto suo vocẽ meam alla et clamor meus in cõspectu eius ĩtroiuit in aures eius alla alla. **Ps.** Diligã te dñe fortitudo mea: dñs firmamẽtũ meum et refugiũ meum et liberator meus. Gloria.

Oratio.

Deus q̃ nos cõspicis in tot perturbatiõibus nõ posse subsistere: afflictorũ gemitũ ppitius respice: et mala oĩa q̃ meremur auerte. Per. **Ad thimotheum.** ii. c.

Charissime. Obsecro primum oĩm fieri obsecratões: orões postulationes: grãrũ actiones: p oĩbus hoĩbus. Pro regibus: et oĩbus q̃ in sublimitate sũt cõstituti: vt q̃etẽ et trãquillã vitã agamus: in oĩ pietate et castitate. Hoc enĩ bonũ est et acceptũ corã saluatore nr̃o deo: q̃ omẽs hoĩes vult saluos fieri: et ad agnitionẽ veritatis venire. Unus enĩ deus: vn⁹ et mediator dei et hominũ hõ xp̃s iesus. Qui dedit redẽptionẽ semetipsũ pro oĩbus. Cuius testimoniũ tẽporibus suis datũ est: in quo positus sũ ego predicator et apls. Veritatẽ dico: nõ mẽtior. Doctor gẽtiũ: in fide et veritate. **Allã.** ℣. Cõfitemini dño quoniã bon⁹ quoniã in seculũ mia eius. **Scd̃z matheũ.** vii.

In illo tp̃e. Dixit dñs iesus discipulis suis. Petite: ⁊ dabitur vobis. Querite: et inuenietis. Pulsate: et aperiet vobis. Oĩs enĩ qui petit accipit: et qui q̃rit inuenit: et pulsãti aperiet. Aut q̃s est ex vobis hõ: quẽ si petierit fili⁹ suus panẽ: nũq̃d lapidẽ porriget ei? Aut si piscẽ petierit: nunq̃d serpentẽ porriget ei. Si

ergo vos cũ sitis mali: nostis bona data dare filiis vr̃is: q̃to magis pater vester q̃ i celis est: dabit bona petẽtibus se. Oia ergo q̃cunq̃ vultis vt faciant vobis hoĩes: et vos facite eis. Hec est enĩ lex et prophete. Intrate per angustã portã: q2 lata porta et spaciosa via q̃ ducit ad perditionẽ. Et multi sũt q̃ intrãt per eã. Quã angusta porta et arta via: q̃ ducit ad vitã. Et pauci sũt: q̃ inueniũt eã. Offr. Cõfitebor dño nimis in ore meo et in medio multoꝝ laudabo eũ qui astitit ad dextram pauperis vt saluũ faceret a persequẽtibus aiam meã all'a.

Secreta. His sacrificiis dñe cõcede placat9: vt q̃ propriis oramus absolui delictis: nõ grauemur externis. Per. Coio. Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperietur vobis: ois enĩ qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperiet.

Postcõ. Sacramẽti tui dñe venerãda perceptio: et mistico nos mũdet effectu: et ꝑpetua virtute defẽdat. P.

In vigilia ascẽsionis

Officiũ. Omnes gentes plaudite manib9 iubilate deo in voce exultationis all'a all'a all'a. Ps. Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris. Glia.

Orõ. Presta q̃s omps pater: vt nostre mẽtis intentio: quo solennitatis venture gloriosus auctor igressus est: sẽper itẽdat: et quo fide pergit cõuersatiõe pueniat. Per eũdẽ.

Ad ephesios. iiii. c.

Fratres. Unicuiq3 nostrũ data est gratia: scd̃m mẽsuram donationis xp̄i. Propter qd̄ dicit. Ascẽdens in altũ: captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hoĩbus. Qd̄ autem ascẽdit: qd̄ est nisi q̃a et descẽdit primũ in inferiores partes terre. Qui descẽdit ipse est: et q̃ ascẽdit sup oẽs celos: vt adipleret oĩa. Et ipse dedit quosdã quidẽ ap̄los: quosdã autẽ ꝓphetas: alios vero euangelistas: alios autẽ pastores et doctores ad cõsũmationẽ sãctoꝝ in opus ministerii: in edificationẽ corporis xp̄i. Donec occurramus oẽs in vnitatem fidei: et agnitionis filii dei: in virũ ꝑfectũ: i mẽsurã etatis plenitudinis xp̄i. R. All'a. V. Omẽs gẽtes plaudite manib9 iubilate deo in voce exultationis

Secundum Johannem. xvii.

In illo tẽpore. Subleuatis iesus oculis in celũ: dixit. Pater venit hora: clarifica filiũ tuũ: vt et filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatẽ omis carnis: vt oẽ qd̄ dedisti ei: det eis vitã eternã. Hec est autẽ vita eterna: vt cognoscant te solũ verũ deũ: et quẽ misisti iesũ xp̄m. Ego te clarificaui sup terrã. Opus cõsũmaui: qd̄ dedisti michi vt faciã. Et nũc clarifica me tu pat̃ apud temetipsũ: claritate quã habui priusq̃ mundus esset apud te. Manifestaui nomẽ tuũ hominibus: quos dedisti michi de mundo. Tui erãt: et michi eos dedisti. Et sermonẽ tuũ seruauerũt: et nũc cognouerũt: q̃a oĩa que dedisti michi abs te sũt: q2 verba que dedisti michi dedi eis. Et ipsi acceperũt: et cognouerũt vere: q̃a a te exiui: et crediderunt q2 tu me misisti. Ego ꝓ eis rogo. Non ꝓ mũdo rogo: sed pro his quos de-

disti michi: q̄a tui sunt. Et mea oīa tua sūt: et tua mea sūt. Et clarificatus sū in eis: et iā non sū in mūdo. Et hii in mūdo sūt: et ego ad te venio. Offer. Viri galilei quid admiramini aspiciẽtes i celū hic iesus qui assūptus est a vobis in celū sic veniet queadmodū vidistis eū ascẽdẽtẽ in celū all'a. Secre.

Sacrificiū dñe ꝓ filii tui supplices venerabili nūc ascẽsiōe deferimus: p̄sta q̄s: vt nos per ipsum his cōmerciis sacrosctis ad celestia cōsurgamus. ꝑ eūdẽ. Coio. Nō vos relinquā orphanos veniā ad vos iterum all'a et gaudebit cor vestrū all'a all'a.

Tribue q̄s dñe deus Postcō. nr̄: vt ꝑ hec sacra q̄ sūpsimus illuc tendat nr̄e deuotiōis affectus quo tecū est nr̄a substātia iesus xp̄s dn̄s noster. Qui tecū viuit et re.

In die ascensionis dn̄i. Officiū.

Viri galilei quid admiramini aspicientes in celum alleluia quem admodum vidistis eū ascendẽtem in celum ita veniet alleluia alleluia all'a. ps. Oēs gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Orō.

Concede q̄sumus omp̄s deus vt qui hodierna die vnigenitum tuū redemptorẽ nostrū ad celos ascendisse credimus: ipsi quoq̧ mẽte in celestibus habitem⁹. ꝑ eūd

Lectio actuū apostolorū. i. c.

Primū quidem sermonẽ feci de oib⁹ o theophile: que cepit iesus facere et docere: vsq̧ in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsū viuum post passionem suā: in multis argumẽtis per dies quadraginta apparens eis, et loquẽs de regno dei. Et conuescens precepit eis ab hierosolimis ne discederent: sed expectarent promissionẽ patris. quā audistis inquit per os meū. Quia iohannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui cōuenerāt: interrogabāt eum dicẽtes. Domine: si in tempore hoc restitues regnū israel. Dixit autem eis. Nō est vestrum nosse tẽpora vel momenta: que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: ⁊ eritis mihi testes in hierusalem: et in omni iudea et samaria: et vsq̧ ad vltimum terre. Et cū hoc dixisset: videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eū ab oculis eorū. Cumq̧ intuerent in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerūt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum? Hic iesus qui assumptus est a vobis in celū: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. R̸. All'a

V̸. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. Alleluia: V̸. Non vos relinquam orphanos vado et venio ad vos et gaudebit cor vestrum. Alleluia. V̸. Ascendo ad patrem meū et patrẽ vestrum deum meum et deum vestrum.

Super ebd. Alleluia. V̸. Dn̄s in syna in sancto ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Prosa.

REx omps die hodierna. Mundo triũphali redẽpto potẽtia. Victor ascendit celos vnde descẽderat. Nã quadraginta postq̃ surrexerat. Diebus sacris confirmans pectora. Apostolorũ pacis cara relinquẽs oscula. Quibus et dedit ptãtẽ laxãdi crimina. Et misit eos in mũdũ baptizare cũctas aĩas. In pr̃is et filii et spũs scti clemencia. Et cõuescẽs p̃cepit eis ab hierosolimis. Ne abirẽt sed expectarẽt pmissa munera. Nõ post multos enĩ dies mittã vobis spm̃ paraclitũ in t̃ra. Et eritis mihi testes in hierusalẽ iudea siue samaria. Et cũ hoc dixisset vidẽtibus illis eleuatus est et nubes clara. Suscepit eũ ab eorꝝ oculis intuentib⁹ illis aera. Ecce steterũt amicti duo viri veste alba. Juxta dicẽtes quid admiramini polorũ alta. Jesus enĩ hic qui assũptus est a vobis ad pr̃is dexterã. Vt ascẽdit ita veniet querẽs talenti cõmissi lucra. O deus maris poli arui hoiem quem creasti fraude subdola. Hostis expulit paradiso et captiuatũ secũ duxit ad tartara. Sãguine pprio quẽ redemisti deus. Illucqꝫ puehis vnde primũ corruit paradisi gaudia. Judex cũ veneris iudicare secula. Da nobis petimus sẽpiternã requiẽ in sãctorũ patriã. In qua tibi cãtem⁹ oẽs allã. Scđm Marcũ. vltio. c.

IN illo tp̃e. Recũbẽtibus vndecim discipulis apparuit illis iesus: et exprobrauit incredulitatẽ illorũ et duriciã cordis: q̃a his q̃ viderãt eũ resurrexisse nõ crediderãt. Et dixit eis. Eũtes in mundũ vniuersũ: p̃dicate euangeliũ omni creature. Qui crediderit et baptizat⁹ fuerit: saluus erit. Qui vero nõ crediderit: cõdẽnabit̃. Signa autẽ eos q̃ crediderĩt: hec sequẽnt̃. In noĩe meo demonia eiicient: linguis loquẽtur nouis: serpentes tollẽt. Et si mortiferꝝ q̃d biberĩt: nõ eis nocebit. Sup egros manus ĩponẽt: et bene habebũt. Et dñs quidẽ iesus postq̃ locutus est eis: assũptus est in celũ: et sedet a dextris dei. Illi autẽ pfecti predicauerũt vbiqꝫ: dño cooperante: et sermonẽ cõfirmante: sequẽtibus signis. Credo. Offer. Ascẽdit deus in iubilatiõe et dñs in voce tube allã.

SVscipe dñe mune Secreta. ra q̃ p filii tui gloriosa ascẽsione deferim⁹: ⁊ ꝯcede ppiti⁹ vt a p̃sẽtib⁹ piculis liberemur. et ad vitã peruniam⁹ et̃nã. P. Prefatio. Qui post resurrec. et Coĩcãtes. Coĩo. Psallite dño qui ascẽdit super celos celorũ ad oriẽtẽ allã. Postcoĩo.

PResta nobis q̃s omps et misericors deus: vt q̃ visibilibus mysteriis sumenda pcepimus: inuisibili cõsequamur effectu. Per do.

Feria vi. in crastino ascẽsionis dñi. Missa Oẽs gentes. Et totũ officiũ sicut in vigilia. sine. Glĩa in excel. et sine sequentia. et sine Credo et prefatione. Oro. Cõcede q̃s. cum Secreta et Postcoĩone. de die ascẽsionis. Sabbato seq̃nti. Missa Viri galilei. vtsupra. Alleluia. V. Dñs in syna in sãcto ascẽdens in altũ captiuã duxit captiuitatẽ sine Gloria in excelsis. et sit de aliis vtsupra. Oro. Cõcede q̃s. Dñica infra octa-

bas ascensionis. Officium.

Exaudi dñe vocem meã qua clamaui ad te all'a tibi dixit cor meũ q̃siui vultũ tuũ vultum tuum dñe requirã: ne auertas faciem tuã a me all'a all'a. ps. Dñs illuminatio mea et salus mea: quẽ timebo. Oratio.

Omñps sempiterne deus: fac nos tibi semper et deuotam gerere voluntatem: et maiestati tue sincero corde seruire. Per. Lectio ep'le beati petri apostoli. iiii. c.

Charissimi. Estote prudẽtes: et vigilate in orationibus. Ante oĩa autẽ mutuã in vobismetipsis charitatẽ cõtinuã habentes: q̃a charitas operit multitudinẽ pctõꝝ. Hospitales inuicẽ: sine murmuratiõe. Vnusq̃sq; eni sicut accipit grãm in alterutrũ illã administrãtes. sicut boni dispẽsatores multiformis gratie dei. Si quis loquit' quasi sermones dei. Si q̃s ministrat: tãq̃ ex virtute quam administrat de⁹. Vt in omnibus honorificet' deus: per iesũ christũ dñm nostrũ. R. All'a. V. Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ cantabo et psalmũ dicam in gloria mea. All'a. V. Ascendo ad patrẽ meũ et patrẽ vestrũ deũ meũ et deũ vestrũ. Sequentia Rex omps. vt supra in die ascẽsionis dñi. Scdm Johannẽ. xv. t. xvi.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritũ veritatis: qui a p̃re procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: q̃a ab initio mecum estis. Hec locutus sũ vobis: vt non scãdalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora: vt oĩs qui interficit vos: arbitretur obsequiũ se p̃restare deo. Et hec faciẽt vobis: quia non nouerunt patrẽ neq; me. Sed hec locutus sũ vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini: q̃a ego dixi vobis. Credo. Offertoriũ

Viri galilei quid admiramini aspicientes in celum hic iesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodũ vidistis eũ ascendentem in celũ all'a.

Sacrificia nos dñe Secreta. imaculata purificẽt: et mentibus nostris superne gratie dent vigorẽ. Per dñm Prefatio et Cõicantes de ascẽsione. Cõio. Pater cum essẽ cum eis ego seruabam eos quos dedisti michi all'a nunc autẽ ad te venio non rogo vt tollas eos de mundo sed vt serues eos a malo all'a all'a. Postcõio.

Repleti dñe muneribus sacris da q̃sumus: vt in gratiarum semper actione maneamus. Per.

Feria secũda. Missa. Omñes gentes vt supra. Oratio. Concede q̃s.

Feria tertia. Missa. Viri galilei. Oratio. Concede q̃sumus. Alleluia. V. Ascendit deus in iubi. Feria quarta. Missa. Omnes gentes. vt supra in vi. In octaua ascensionis. Missa. Viri galilei. Gloria in excelsis deo. Oro. Concede. Ep'la. Primum quidem duo. All'a. sicut i die. sine sequẽtia. Scdm lucã. vltio

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego mittã p̃missum patris mei in vos. Vos aũt sedete i ciuitate: quoadusq; induamini vir

tute ex alto. Eduxit autẽ eos foras i bethaniã: et eleuatis manibus suis bñdixit eis. Et factũ est dũ bñdiceret illis: recessit ab eis: et ferebaẜ in celũ. Et ipsi adorantes: regressi sũt in hierusalẽ cũ gaudio magno. Et erant sẽper in tẽplo: laudãtes et benedicẽtes deũ. Credo. Offer. Ascendit deus. Nõ dr Prefatio nec Cõicãtes. Secreta. Cõio. et postcõio. sicut in die. Die veneris missa de cruce. nisi fuerit festũ ix. lect. Nos autẽ gloriari. Sine Glia in excelsis.

Sabbato in vigilia pẽthecostes.

Lectio sine titulo genesis li. i xxii. c.

IN diebus illis. Tẽtauit deus abraham: et dixit ad eũ. Abrahã abrahã. At ille respõdit. Adsum. Ait illi. Tolle filiũ tuũ vnigenitũ quem diligis isaac: et vade in terrã visiõis atqȝ offer eũ ibi i olocaustũ sup vnũ montiũ quẽ mõstrauero tibi. Igiẜ abrahã de nocte cõsurgens: strauit asinũ suũ: ducẽs secũ duos iuuenes: et isaac filiũ suũ. Cũqȝ cõcidisset ligna in olocaustũ: abiit ad locũ quem preceperat ei deus. Die autem tertio: eleuatis oculis vidit locũ pcul. Dixitqȝ ad pueros suos. Expectate hic cũ asino: ego et puer illuc vsqȝ pperãtes: postq̃ adorauerim⁹ reuertemur ad vos. Tulit quoqȝ ligna olocausti: et iposuit super isaac filiũ suũ. Ipse vero portabat i manib⁹: ignẽ et gladiũ. Cũqȝ duo pgerẽt simul: dixit isaac pri suo. Pater mi. At ille respõdit. Quid vis fili? Ecce inqt ignis et ligna: vbi est victima olocausti? Dixit aũt abrahã. De⁹ puidebit sibi victimã olocausti: fili mi. Pergebãt ergo pariẜ: venerũtqȝ ad locũ: quẽ ostẽderat ei de⁹ In quo edificauit altare: et desup ligna cõposuit. Cũqȝ colligasset isaac filiũ suũ: posuit eũ in altare sup struẽ lignorũ. Extenditqȝ manũ: et arripuit gladiũ vt imolaret filiũ suum. Et ecce ãgel⁹ dñi de celo clamauit dicens. Abrahã abrahã. Qui respõdit. Adsũ. Dixitqȝ ei. Nõ extẽdas manũ tuã sup puerũ: neqȝ facias illi quicq̃. Nũc cognoui q timeas deum: et nõ pepcisti filio tuo vnigenito pter me. Leuauit abraham oculos: viditqȝ post tergũ arietẽ iter vepres herentẽ cornib⁹. Quẽ assumẽs obtulit olocaustũ p filio. Appellauitqȝ nomẽ loci illi⁹: dñs videt. Vnde vsqȝ hodie diciẜ in mõte dñs videbit. Vocauit aũt ãgelus dñi abrahã scdo: de celo dicens Per memetipsũ iuraui dicit dñs: qa fecisti hãc rẽ/ et nõ pepercisti filio tuo vnigenito pter me: bñdicã tibi: et multiplicabo semen tuũ sicut stellas celi: et velut arenam que est in littore maris Possidebit semen tuũ portas inimicorũ suorũ: et bñdicenẜ in semie tuo oms gẽtes terre: quia obedisti voci mee. Reuersusqȝ est abrahã ad pueros suos: abierũtqȝ bersabee simul: et habitauit ibi. Nõ dr. Dñs vobiscũ.

Oro.

DEus q̃ i abrahe famuli tui ope hũano generi obediẽtie exẽpla prebuisti: cõcede nobis et nr̃e volũtatis prauitatẽ frãgere: et tuorũ pceptorũ rectitudinẽ i oib⁹ adiplere. p Lec. scda. deuteronomii xxxi

IN dieb⁹ illis. Scripsit moyses cãticũ: et docuit filios isrl. Pre-

cepitq̃ iosue filio nun: et ait. Confortare et esto robust⁹: tu enĩ itroduces filios israel in terrã quã pollicitus sũ: et ego ero tecũ. Postq̃ ergo scripsit moyses verba legis hui⁹ in volumie atq̃ cõpleuit: p̃cepit leuitis q̃ portabãt archã federis dñi dicẽs. Tollite librũ istũ: et ponite illũ i latere arche federis dñi dei vr̃i: vt sit ibi cõtra te in testimoniũ. Ego enĩ scio cõtẽtionẽ tuã: et ceruicẽ tuã durissimã. Adhuc viuẽte me et igrediente vobiscũ: sẽper contẽtiose egistis cõtra dñm: q̃tomagis cũ mortuus fuero? Cõgregate ad me oĩs maiores natu p tribus vr̃as atq̃ doctores: et loquar audiẽtibus eis sermones istos: et iuocabo ɔtra eos celũ et terrã. Noui enĩ q̃d post mortẽ meã iniq̃ agetis: et declinabitis cito de via quã p̃cepi vobis. Et occurrent vobis mala in extremo tẽpore quãdo feceritis malũ in conspectu dñi: vt irritetis eũ p opera manuũ vr̃arũ. Locutus est ergo moyses audiẽte vniuerso cetu filioꝝ israel verba carminis huius: et ad finem vsq̃ compleuit. Tractus.

Attende celum et loquar et audiat terra verba ex ore meo. ℟. Expetetur sicut pluuia eloquiũ meũ et descendãt sicut ros verba mea. ℣. Sicut imber super gramina et sicut nix super fenũ: qr nomẽ dñi iuocabo. ℣. Date magnificẽtiã deo nostro deus verax opera ei⁹ et oẽs vie eius iustitia. ℣. Deus fidelis in quo nõ est iiquitas iustus et sctũs dñs. Non dicit̃. Dñs vobiscũ. Oremus.

Deus q̃ nobis p pphetaꝝ ora p̃cepisti tp̃alia relnq̃re: atq̃ ad etna festinare: da nobis famulis tuis: vt q̃ a te iussa cognouim⁹ iplere celesti ispiratione valeamus. Per. Lectio tertia. Apphendẽt septẽ mu. Tractus. Vinea fa. Quere supra in vigilia pasche. Oro.

Deus qui nos ad celebrãdã domini sãctispũs solẽnitatẽ vtriusq̃ testamẽti paginis istruis: da nobis intelligere miam tuã: vt ex perceptione presẽtium munerũ firma sit expectatio futuroꝝ. Per dñm.

Lectio iiii. Baruth. iii. c.

Audi israel mandata vite: auribus percipe: vt scias prudentiam. Quid est israel: q̃d in terra inimicoꝝ es? Inueterasti in terra aliena: coinq̃natus es cũ mortuis. Deputat⁹ es cũ hiis qui in iferno sũt dereliquisti fontẽ sapiẽtie. Nã si in via dei ambulasses: habitasses vtiq̃ in pace super terrã. Disce vbi sit sapientia: vbi sit virtus: vbi sit prudentia: vbi sit itellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vite et victus: vbi sit lumen oculoꝝ et pax. Quis inuenit locum eius: et quis itroiuit in thesauros eius? Vbi sũt principes gentium: et qui dñantur super bestias que sunt super terrã? Qui in auibus celi ludunt: qui argentũ thesaurizant et aurũ: in quo confidunt homines: et nõ est finis possessionis eoꝝ. Qui argentũ fabricant: et soliciti sũt: nec est inuentio operũ illoꝝ. Et tamen extermi nati sunt et ad inferos descenderũt et alii in locũ illoꝝ surrexerunt. Iuuenes viderũt lumẽ: ⁊ habitauerũt super terram. Viã autẽ discipline

nescierunt: neq₃ intellexerunt semitas eius: neq₃ susceperūt eā filii eorū. A facie ipsorū lōge facta est. Nō est audita in terra chanaā. neq₃ visa est in themā. Filii quoq₃ agar q̄ exquisierūt prudētiā q̄ de terra est: negociatores terre et themā: et fabulatores/ et exq̄sitores prudētie/ et intelligētie. Viā autē sapientie nescierūt: neq₃ meminerunt semitas eius. O israel q̄ magna est domus dei et ingens locus possessionis ei⁹ Magnus: et nō habet consūmationē excelsus et imensus. Ibi fuerūt gygantes noiati: illi q̄ ab initio fuerūt statura magna: sciētes bellum. Nō hos elegit dn̄s: neq₃ viā discipline iuenerūt: ppterea perierunt. Et qm̄ nō habuerūt sapiētiā: iterierūt ppter suā isipiētiā. Quis ascēdit i celū et accepit eā: et eduxit eā de nubibus? Quis trāsfretauit mare et iuenit eā: et attulit eā super aur̄ electū? Nō est qui sciat viā eius: neq₃ q̄ excogitet semitas eius. Sed q̄ scit vniuersa nouit illā: et adiuenit eā prudētia sua. Qui pfecit terrā in sēpiterno tēpore: et adīpleuit eā pecudibus et quadrupedibus. Qui emittit lumen et vadit: et vocauit eā et audiuit eū in tremore. Stelle autē dederūt lumen in custodiis suis: et letate sūt. Vocate sūt: et dixerūt. Adsumus. Et luxerūt ei cū iocunditate: qui fecit illas. Hic est deus noster et non estimabitur alius ad illum Hic adinuenit omnē viam discipline: et dedit illam iacob puero suo: et israel electo suo. Post hec super terram visus est: et cum hominib⁹ conuersatus est.

Oratio.

Deus qui es incōmutabilis virtus et lumen eternū: respice ppitius ad totius ecclesie tue mirabile sacramentū: et da famulis tuis: vt hoc quod deuote agimus: etiam rectitudine vite teneamus. Per do

Deinde fiat letania quina in choro. Deinde eat processio ad fontes cantando. Tractus. Sicut ceruus Ibiq₃ cātetur letania trina. Sequitur benedictio fontium. In reditu tractus. Cātemus dn̄o. sine versu. Post letania simplex cantet in choro cū accendite. Et cetera oīa sicut in vigilia pasche. Ad missā. Kyrieleyson. iii. Christe eleyson. iii. Kyrieleyson. iii. Gloria in excelsis deo Dn̄s vobiscum.

Oratio.

Presta q̄s omps deus: vt claritatis tue super nos splēdor effulgeat: et lux tue lucis corda eor̄ q̄ per gratiam tuam renati sunt: sancti spiritus illustratione confirmet Per dn̄m. In vnitate eiusdē.

Lectio actuum apostolorū. xix. c

In diebus illis. Factū est cum apollo esset corinthi: vt paul⁹ peragratis superiorib⁹ partibus veniret ephesū: et inuenīret quosdam discipulos. Dixitq₃ ad eos. Si spiritū sanctū accepistis credentes? At illi dixerunt ad eū. Sed neq₃ si spiritus sanctus est audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt. In iohānis baptismate. Dixit autem paulus. Johannes baptizauit baptismo penitentie populum: dicens in eum qui venturus esset post ipsum; vt crederent.

hoc est in iesū. His auditis: baptizā ti sūt in nōie dn̄i iesu. Et cū iposuis set illis manū paulus: venit sp̄us sāctus super eos: et loquebant̄ linguis et pphetabant. Erāt autē oēs viri: fere duodeci. Introgressus aūt synagogā: cū fiducia loquebatur p tres menses disputans et suadens de regno dei. ℟. Alla. ℣. Cōfitemini dn̄o quoniā bonus quoniā in seculū mia eius. Tractus. Laudate dn̄m omnes gentes et collaudate eū oēs populi. Quoniā cōfirmata est sup nos mia eius et veritas dn̄i manet in eternū. Sicut in vigilia pasche. Scd̄m Johannē xiiii.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrē et aliū paraclitū dabit vobis vt maneat vobiscū in eternū spm̄ veritatis quē mūdus nō potest accipere: q2 non videt eū nec scit eum. Vos autē cognoscetis eū: qa apud vos manebit: et in vobis erit. Non relinquā vos orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicū: et mūdus me iā nō videt. Vos autē videtis me: q2 ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis. qa ego sū in patre meo: et vos in me et ego in vobis. Qui habet mādata mea: et seruat ea: ille est q̄ diligit me. Qui aūt diligit me: diliget̄ a pr̄e meo. Et ego diligā eū: et manifestabo ei meipsū. Nō dr̄. Credo. Offer. Emitte spiritū tuū et creabunt̄ et renouabis faciē terre sit gloria dn̄i in secula alla. Secreta.

Munera q̄s dn̄e oblata sāctifica: et corda nr̄a sancti sp̄us illustratiōe emūda. p. In vni. eiusdē

Prefatio. Qui ascēdēs. Cōicantes. Et hāc igit̄. Coīo. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus qui in me credit flumia de ventre eius fluent aque viue hoc autē dixit de spiritu quē accepturi erant credētes in eū alla alla. Postcoīo.

Sancti sp̄us dn̄e corda nr̄a mūdet ifusio: & sui roris itima aspsione fecūdet. p d. In vnita. eiusdē

In die penthecostes. Officium.

Spirit⁹ dn̄i repleuit orbē terrarū alla: et hoc qd̄ ɔtinet oīa scientiā habet vocis alla alla alla. ps. Exurgat de⁹ et dissipentur inimici eius: et fugiant q̄ oderūt eū a facie eius. Glīa patri. Orō.

Deus qui hodierna die corda fideliū sancti sp̄us illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper cōsolatiōe gaudere. p do. In vni. eiusdē

Lectio actuū apostolorū. ii. c.

In diebus illis. Cū cōplerētur dies penthecostes: erant oēs discipuli pariter in eodē loco. Et factus est repente de celo sonus: tanq̄ aduenientis spiritus vehemētis: et repleuit totā domū vbi erant sedētes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanq̄ ignis: seditq3 supra singulos eorum. Et repleti sūt omnes spiritu sancto: et ceperūt loqui variis linguis: prout sp̄us sanctus dabat eloqui illis. Erant autē in hierusalem habitantes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce cōuenit multitudo et mēte confusa est: quoniā audiebat vnusq̄sq3 lingua sua

illos loquētes. Stupebāt autē oēs
et mirabantur dicentes. Nōne ecce
omēs isti qui loquūtur galilei sunt
Et quomodo nos audiuim⁹ vnus-
quisqȝ linguā nr̄am in qua nati su
mus: Parthi et medi et elamite: et
q̄ habitāt mesopotamiā iudeam:
et capadociā pontū et asiā frigiā: ⁊
pāphiliā egiptū et partes libie: que
est circa cyrenē et aduene romani.
Judei quoqȝ et ꝓseliti: cretes et ara
bes. Audiuimus eos loquētes nr̄is
linguis: magnalia dei. ℞. Alla. ℣.
Emitte spiritū tuū et creabuntur et re-
nouabis faciem terre. Alla. ℣. Paracli
tus spūs sāctus quē mittet pater in noīe
meo ille vos docebit oēs veritatē. Prosa

Sancti spūs assit nobis gratia
Que corda nr̄a sibi faciat ha-
bitacula. Expulsis inde cūctis vici-
is spiritalib⁹. Spūs alme illustra-
tor omniū. Horridas nostre mentis
purga tenebras. Amator sācte sēla
torū sēper cogitatuū. Infunde vn-
ctionē tuā nostris clemēs sensibus
Tu purificator oīm flagicioꝝ spi-
ritus Purifica nostri oculos interi
oris hoīs. Vt videri supremus geni
tor possit a nobis. Mūdi cordis quē
soli cernere possunt oculi. Prophe-
tas tu inspirasti vt preconia xp̄i p̄-
cinuissent inclita. Apostolos cōfor
tasti vti tropheo christi per totū mū
dum veherent. Quādo machinā p̄
verbū suū fecit deus celi terre mari
um. Tu super aquas foturus eas
numen tuū expādisti dn̄e. Tu ani-
mabus viuificandis aquas fecun-
das. Tu aspirādo das spiritales es-
se homīes. Tu diuisū per linguas
mundū et ritus adunasti dn̄e. Ydo-
latras ad cultū dei reuocas magi-
stroꝝ optime. Ter dicatur. Ergo
nos supplicantes tibi exaudi ꝓpiti
us sācte spūs. Sine quo preces oēs
casse creduntur et indigne dei auri
bus. Tu qui oīm seculorum sctōs.
Tui lumīs docuisti instinctu am-
plectendo spūs. Ipse hodie aposto-
los xp̄i. Donans munere insolito ⁊
cūctis inaudito seculis. Hunc diem
gloriosum fecisti alleluia.

Secundum Johannem. xiiii.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipu
lis suis. Si q̄s diligit me ser-
monē meū seruabit. Et pater me-
us diliget eū: et ad eū veniemus: et
mansionē apud eū faciemus. Qui
non diligit me: sermones meos nō
seruat. Et sermonē quem audistis
nō est meus: sed eius qui misit me
patris. Hec locutus sū vobis: apud
vos manens. Paraclitus aūt spūs
sāctus quē mittet pater in nomine
meo: ille vos docebit omnia: et sug
geret vobis oīa quecunqȝ dixero
vobis. Pacē relinquo vobis: pacem
meā do vobis. Non quomodo mū
dus dat: ego do vobis. Non turbet
cor vestrū: neqȝ formidet. Audistis
quia ego dixi vobis: vado et venio
ad vos. Si diligeretis me: gaudere
tis vtiqȝ quia vado ad patrē: quia
pater maior me est. Et nūc dixi vo-
bis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit
credatis. Jā non multa loquar vo-
biscū. Venit enī princeps mūdi hu
ius: et in me nō habet quicq̄. Sed
vt cognoscat mūdus q̄a diligo pa-
trem: et sicut mādatū dedit michi

pater: sic facio. Credo. Offerto. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis a tēplo tuo quod est in hierusalē tibi offerent reges munera all'a. Secreta

Munera q̄s dn̄e oblata sāctifica: et corda nr̄a sc̄ti sp̄us illustratione emūda. P. In vni. eiusdē. Prefatio Qui ascēdēs. Cōicantes. Et hāc igit. Coio. Factus est repēte de celo sonus aduenīētis sp̄us vehementis vbi erāt sedētes all'a et repleti sūt omēs sp̄u sc̄tō loquētes magnalia dei all'a all'a

Sancti sp̄us dn̄e cor Postcō. da nr̄a mūdet ifusio: et sui roris itima aspersione fecūdet. P. In vnitate eiusdē. Feria scda. Officiū

Cibauit eos ex adipe frumēti all'a: et de petra melle saturauit eos all'a all'a all'a. Ps. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Glia. Oratio.

Deus q̄ apostolis tuis sc̄tm̄ dedisti sp̄m: cōcede plebi tue pie petitiōis effectū: vt q̄b⁹ dedisti fidē largiaris et pacē. P d. In vni. eiusdē sp̄us. Lectio actuū aplorū. x.c.

In diebus illis. Aperiens petr⁹ os suū: dixit. Viri frēs et p̄res: nobis p̄cepit dn̄s predicare populo et testificari: q̄r ipse est q̄ cōstitutus est a deo iudex viuorū et mortuorū. Huic omēs pphete testimoniū phibent: remissionē pctōꝝ accipere per nomē eius om̄s q̄ credūt in eū. Adhuc loquēte petro verba hec: cecidit sp̄us sāctus sup oēs qui audiebant verbū. Et obstupuerūt ex circūcisione fideles qui venerāt cū petro: q̄r et in nationes gratia sp̄us sc̄ti effusa est. Audiebāt enī illos loquētes linguis: et magnificantes deum. Tūc respondit petrus. Nūquid aquā q̄s prohibere potest: vt nō baptizentur hi, qui spiritū sāctū acceperunt, sicut et nos? Et iussit eos baptizari: in nomie dn̄i iesu christi. R. All'a. V. Emitte spiritū tuū et creabūtur et renouabis faciem terre all'a. V. Dū cōplerētur dies pēthecostes erant omēs pariter dicentes. Prosa.

Alma chorus dn̄i nunc pangat noīa sūmi. Messias sother emmanuel sabbaoth adonay. Est vnigenitus via vita manus omousiō Principiū primogenitus sapiētia virtus. Alpha caput finisq̄ȝ simul vocitat̄ et est o. Fons et origo boni paraclitus ac mediator. Agn⁹ ouis vitulus serpens aries leo vermis. Os verbū splēdor sol gloria lux et imago. Panis flos vitis mons ianua petra lapisq̄ȝ. Angelus et sponsus pastorq̄ȝ ppheta sacerdos. Athanatos kyrros theos panthon craton isus. Saluificet nos sit cui secla per omia doxa. Amen.

Secundum Johannem. iii.c.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Sic enī deus dilexit mundū: vt filiū suū vnigenitum daret: vt omis qui credit in eū non pereat, sed habeat vitam eternam. Non enī misit deus filiū suū in mundū vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsū. Qui credit in eum: non iudicatur. Qui autem nō credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filii dei. Hoc est autē iudicium: quia lux venit in mundum: et dile

xerūt homīes magis tenebras q̄ lucem. Erant enī eorum mala opera Omīs enī qui male agit odit lucē et non venit ad lucē: vt non arguātur opera eius. Qui autē facit veritatē venit ad lucē: vt manifestētur opera eius: quia ī deo sunt facta.

Credo. **Offr.** Intonuit de celo dn̄s et altissim⁹ dedit vocē suam et apparuerunt fontes aquarū alleluia. **Secreta.**

PRopitius dn̄e quesumus hec dona sanctifica: et hostie spiritalis oblatione suscepta: nosmetipsos tibi perfice munus eternum Per d̄. **Prefatio.** Qui ascendens. Cōicantes. Et hanc igitur. **Cōio.** Spūs sc̄tus docebit vos all'a q̄cunq; dixero vobis alleluia all'a. **Postcōio.**

ADesto dn̄e q̄sum⁹ populo tuo: et quē mysteriis celestibus imbuisti: ab hostiū furore defende. Per.

Feria tertia. Officium.

ACcipite iocunditatē glorie vestre all'a: gratias agētes deo all'a: qui vos ad celestia regna vocauit all'a all'a all'a. **Ps.** Attendite popule meus legem meā: inclinate aurē vestrā ī verba oris mei. **Orō**

ADsit nobis dn̄e q̄sum⁹ virtus spiritus sancti: que et corda nostra clementer expurget: et ab omnibus tueatur aduersis. Per. In vnitate eiusdem spiritus sancti.

Lectio actuum apostolorū. viii.

IN diebus illis. Cum audissēt apostoli q̄ erant hierosolimis quia recepit samaria verbum dei: miserunt ad eos petrū et iohānem Qui cū venissent: orauerūt pro ipsis: vt acciperent spiritū sanctum. Nondū enī in quēq̄ illorū venerat: sed baptizati tantū erant in nomīe dn̄i iesu. Tunc īponebant manus sup illos: et accipiebāt spiritum sāctum. **℟. A**ll'a. **℣.** Emitte spiritū tuū et creabunt et renouabis faciē terre all'a **℣.** Repleti sunt omēs spiritu sancto et ceperunt loqui magnalia dei. **Prosa.**

VEni sancte spūs et emitte celitus lucis tue radium. Veni pater pauperū veni dator munerū veni lumen cordiū. Cōsolator optime dulcis hospes anime dulce refrigeriū. In labore requies in estu temperies in fletu solatiū. O lux beatissima reple cordis intima tuorū fideliū. Sine tuo numine nihil est in lumine nichil est innoxiū. Laua quod est sordidū riga quod est aridū sana quod est sauciū. Flecte q̄d est rigidū foue quod est frigidū rege quod est deuiū. Da tuis fidelib⁹ in te confidentibus sacrū septenarium. Da virtutis meritū da salutis exitū da perenne gaudiū. Amē.

Secundum Johannem. x.

IN illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouiū: sed ascendit aliūde: ille fur est et latro. Qui autē intrat per ostium: pastor est ouiū. Huic ostiarius aperit: et oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominati: et educit eas. Et cum proprias oues emiserit an̄ eas vadit: et oues illū sequūtur: quia sciūt vocē eius. Alienū autem non sequuntur: sed fugiūt ab eo: q̄a non nouerunt vocem alienorū. Hoc prouerbium di-

rit eis iesus Illi aũt nõ cognouerũt q̃d loquerẽt eis. Dixit ergo eis iterũ iesus. Amen amẽ dico vobis: quia ego sum ostium ouiũ. Oẽs quotquot venerũt: fures sũt et latrones: sed nõ audierunt eos oues. Ego sũ ostiũ. Per me si quis introierit: saluabitur. Et ingredietur et egrediet̃ et pascua inueniet. Fur non venit: nisi vt furetur/et mactet/ꝛ perdat. Ego veni vt vitã habeant: et abũdanti9 habeant. Credo. Offꝛ. Portas celi aperuit dñs: et pluit illis mãna vt ederent panem celi dedit illis: panem angelorum manducauit homo all'a. Secreta.

Purificet nos dñe q̃s muneris pꝛesẽtis oblatio: et dignos sacra participatione perficiat. Per. Pꝛefatio Qui ascendens. Coicantes. Et hanc igit̃. per totã octauam Coio. Spiritus qui a patre ꝓcedit all'a ille me clarificabit all'a all'a. Postcõ.

Mentes nostras q̃s dñe spiritus sanctus diuinis reparet sacramentis: quia ipse est remissio oim peccatoꝛũ. Per. In vni. eiusdẽ.

Feria quarta. Officium.

Deus dũ egredereris coꝛã populo tuo all'a: iter faciens eis all'a habitãs in illis all'a all'a. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderũt eum a facie eius. Gloria patri. Gloria in excelsis deo. Hic non dicitur. Dñs vobiscum. Oratio.

Mentes nostras q̃s dñe paraclitus qui a te ꝓcedit illuminet: et inducat in oẽm sicut tuus ꝓmisit filius veritatẽ. Qui tecũ. In vni. eiusd. Lectio libri sapiẽtie. i.c

In diebus illis. Dixit salomõ filiis israel. Diligite iustitiã: qui iudicatis terram. Sẽtite de domino in bonitate: et in simplicitate coꝛdis querite illum. Quoniam inuenitur ab his qui non tẽtant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illũ. Peruerse enĩ cogitationes separãt a deo: pꝛobata autẽ virtus coꝛripit insipientes. Qm̃ in maliuolã aiam non introibit sapientia: nec habitabit in coꝛpoꝛe subdito peccatis. Spũs enĩ sanctus discipline effugiet fictũ: et auferet se a cogitationibus que sũt sine intellectu: et coꝛripietur a superueniẽte iniq̃tate. Benignus est enĩ spũs sapientie: et non liberabit maledictũ a labiis suis. Qm̃ renũ illius testis est deus: et coꝛdis eius scrutatoꝛ est verus: et lingue eius auditoꝛ. Quoniã spũs dñi repleuit oꝛbẽ terrarũ: et hoc quod cõtinet omĩa sciẽtiam habet vocis. ℟. Alleluia. ℣. Emitte spiritũ tuum et creabuntur. et renouabis faciem terre. Dñs vobiscũ. Oremus

Presta q̃s omp̃s et misericoꝛs deus vt spũs sãctus adueniens templũ nos gloꝛie sue dignant̃ habitando perficiat. Per. In vnita

Lectio actuũ apostoloꝛum. ii.

In diebus illis. Stans petꝛus cũ vndecim eleuauit vocẽ suã et locut9 est eis. Viri iudei et qui habitatis hierusalem vniuersi: hoc vobis notum sit: et auribus percipite verba mea. Non enĩ sicut vos estimatis hii ebrii sunt: cũ sit hoꝛa diei tertia: sed hoc est quod dictũ est per pꝛophetam iohel. Et erit in nouissi

mis diebus dicit dñs: effundam de spiritu meo super oēm carnē: et pphetabunt filii vestri et filie vestre. Et iuuenes vestri visiones videbūt et seniores vestri sōnia sōniabūt. Et quidē sup seruos meos et sup ancillas meas in diebus illis effundā de spū meo: et pphetabūt. Et dabo pdigia in celo sursū: et signa in terra deorsū: sāguinē et ignē et vaporē fumi. Sol cōuertet in tenebras et luna in sanguinē: anteq̄ veniat dies dñi magnus et manifestus. Et oīs quicūq̄ inuocauerit nomē dñi: saluus erit. ℟. Alla. ℣. Loquebātur variis liguis apostoli magnalia dei. Prosa.

Simplex in essētia septiformis gratia nos reformet spūs. Cordis lustret tenebras et carnis illecebras lux emissa celitus. Lex pcessit ī figura lex penalis lex obscura lumē euāgelicū. Spiritalis itellectus litterali fronde tectus pdeat in publicū. Lex de mōte populo paucis ī cenaculo noua dat gra. Situs docet nos locorū preceptorū vel donorū q̄ sit eminētia. Ignis clāgor buccine fragor cū caligine lāpadū discursio Terrorē incutiūt nec amorē nutriunt quē infudit vnctio. Sic in syna lex diuina reis est iposita. Lex timoris nō amoris puniēs illicita. Ecce pres preelecti dii recētes sūt effecti/ culpe soluūt vincula. Pluūt verbo tonāt minis nouis liguis et doctrinis cōsonāt miracula. Exhibentes egris curā morbū dānant nō naturā psequētes scelera. Reos premūt ꝛ castigāt modo soluūt modo ligant ptāte libera. Typū gerit iubilei dies iste si diei requiris mysteria. In quo tribus milibus ad fidē currentibus pullulat ecclesia. Iubileus est vocatus vel dimittēs vel mutatus ad prioris vocans status res distractas libere. Nos distractos sub peccatis liberet lex charitatis et pfecte libertatis dignos reddat munere. Amen.

Scdm Johannem. vi. c.

In illo tpe. Dixit dñs iesus discipulis suis. Nemo potest venire ad me: nisi pat q̄ misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Est scriptū in pphetis. Et erūt oēs docibiles dei. Oīs q̄ audiuit a pre ꝛ didicit: venit ad me Nō q̄a prem vidit quisq̄: nisi is q̄ est a deo hic vidit prem. Amē amē dico vobis: q̄ credit in me habet vitā etnā. Ego sū panis vite. Patres vestri māducauerūt māna in deserto: et mortui sūt. Hic est panis de celo descendēs: vt si q̄s ex ipso māducauerit nō moriat. Ego sū panis viuus: qui de celo descēdi Si q̄s manducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Et panis quem ego dabo: caro mea est: pro mundi vita. Credo.

Offer. Emitte spm tuū et creabūtur et renouabis faciē terre: sit gloria dñi ī secula allā. Secreta.

Accipe q̄s dñe munus oblatū: et dignāter operare: vt qd̄ mysteriis agimus: piis effectibus celebremus. P. prefatio. Qui ascēdens Infra Coicātes. Et hāc igit. Coio.

Pacē meā do vobis allā: pacē relinquo vobis alleluia alla. Postcoio.

Sumētes dñe celestia sacramēta q̄s clemētiam tuā: vt qd̄ tē-

poraliter gerimus eternis gaudiis cõsequamur. P. Fer. v. Officiũ.

SPiritus dñi repleuit orbem terrarũ all'a: et hoc qđ cõtinet omia sciẽtiã habet vocis all'a all'a all'a. Ps. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: et fugiant qui oderũt eũ a facie eius. Gloria pa. Orõ.

COncede q̃s omñs deus: vt q̃ solẽnitatẽ doni sãcti spũs colimus celestib9 desideriis accẽsi: fontẽ vite sitiam9 dñm nr̃m iesũ xp̃m Qui te. viuit et reg. In vnita. eiusđ

Lectio actuũ apostoloꝝ. viii. c

IN diebus illis. Philippus descẽdens in ciuitatẽ samarie: p̃dicabat illis xp̃m. Intẽdebant autẽ turbe hiis q̃ a philippo dicebantur: vnanimiter audiẽtes et vidẽtes signa q̃ faciebat. Multi eni illoꝝ qui habebãt spũs imũdos: clamãtes voce magna exibãt. Multi eni paralitici et claudi: curati sũt. Factum est autẽ gaudiũ magnũ: in illa ciuitate. All'a. V. Emitte spm̃ tuũ et creabũtur et renouabis faciẽ terre. R. All'a. V. Factus est repẽte de celo sonus aduenientis spũs vehemẽtis. Sine sequentia.

Secundum Lucam. ix. c.

IN illo tp̃e Cõuocatis iesus duodeci aplis: dedit illis virtutẽ et ptãtẽ sup oia demonia: et vt languores curarẽt. Et misit illos predicare regnũ dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis ĩ via neq3 virgã/ neq3 perã/ neq3 panem/ neq3 pecuniam/ neq3 duas tunicas habeatis Et ĩ quacũq3 domũ itraueritis: ibi manete: et inde ne exeatis. Et q̃cũq3 nõ receperint vos: exeuntes de ciuitate illa: etiã puluerẽ pedũ vroꝝ excutite in testimoniũ supra illos. Egressi aũt circuibãt p castella euãgelizãtes: et curãtes vbiq3

Credo. Offer. Cõfirma hoc deus qđ operatus es in nobis a tẽplo tuo qđ est in hirlm tibi offerũt reges munera all'a.

PRopitius dñe q̃s Secreta. hec dona sãctifica: et hostie salutaris oblatione suscepta: nosmet ipsos tibi pfice munus eternũ. P.

Prefatio. Qui ascẽdẽs. Cõicantes. Et hãc igit. Coio. Factus est repẽte de celo sonus aduenientis spũs vehemẽtis vbi erant sedẽtes all'a: et repleti sũt oẽs spũ sctõ loquẽtes magnalia dei all'a all'a.

PResta q̃s dñe vt a Postcõ. nr̃is mẽtibus carnales amoueat spũs sctũs affectus: et spũalia nobis dona potẽter infũdat. P In vnita. Feria vi. Officium.

REpleat os meũ laude tua all'a: vt possim cãtare all'a: gaudebũt labia mea dũ cãtauero tibi all'a all'a Ps In te dñe speraui nõ cõfũdar in eternũ in iustitia tua libera me et eripe me. Gl'a in ex. Orõ.

DA q̃s ecclesie tue misericors deus: vt spũ sctõ cõgregata: hostili nullatenus incursione turbet. P In vni. eiusđ. Lectio actuũ aploꝝ. ii

IN dieb9 illis. Aperiens petrus os suũ dixit. Viri israelite: audite verba hec. Iesũ nazarenũ virũ approbatũ a deo in vobis v̄tutib9/ et pdigiis/ et signis q̃ fecit p illũ deus in medio vr̃i: sicut scitis. Hũc definito cõsilio et p̄sciẽtia dei traditũ p manus ĩiquoꝝ affigẽtes ĩteremistis. Quẽ de9 suscitauit solutis do-

loꝛib⁹ iferni: iuxta qđ possibile erat
teneri illũ ab eo. Dauid eni dicit in
eũ. Prouidebã dñm i cõspectu meo
sẽper: qm̃ a dextris est mihi ne com-
mouear. Propt̃ hoc letatum est coꝛ
meũ: et exultauit lingua mea: isup
et caro mea reqescet in spe. Qm̃ nõ
derelinques aiam meã in inferno:
nec dabis sctm̃ tuũ videre coꝛrupti-
onẽ. Notas fecisti michi vias vite:
replebis me iocũditate: cũ facie tua
℟. Alla. ℣. Emitte spm̃ tuũ et creabũ
tur et renouabis faciem terre. Alla. ℣.
Spũs dñi repleuit oꝛbẽ terrarũ et hoc qđ
continet oĩa scientiã habet vocis. Sine
sequẽtia. Scđm Lucam. v.c

In illo tp̃e. Factũ est i vna die
rũ: et iesus sedebat docens. Et
erãt pharisei sedẽtes: et legisdocto-
res q̃ venerãt ex oi castello galilee/⁊
iudee/⁊ hiꝛlm̃ et virt⁹ dñi erat ad sa
nãdũ eos. Et ecce viri poꝛtãtes in le-
cto hoiẽ: q̃ erat paraliticꝰ. Et q̃rebãt
eũ iferre: et ponere ãte eũ. Et nõ inue
niẽtes qua parte illũ iferrẽt pre tur
ba: ascẽderũt supra tectũ/ et p tegu-
las sũmiserũt eũ cũ lecto in mediũ
ãte iesũ. Quoꝝ fidẽ vt vidit: dixit.
Homo/ remittũtur tibi pctã tua. Et
ceperũt cogitare scribe et pharisei:
dicentes. Quis est hic q̃ loquit̃ blas
phemias. Quis potest dimittere
pctã: nisi solus deus? Vt cognouit
autẽ iesus cogitatiões eoꝝ: respon
dens dixit ad illos. Quid cogitatis
mala in coꝛdib⁹ vrĩs? Quid est faci
lius dicere dimittũtur tibi pctã: an
dicere surge et ambula? Vt aũt scia
tis q̃a filius hoĩs habet ptãtẽ in ter
ra dimittere pctã: ait paralitico. Ti
bi dico: surge tolle lectũ tuũ/ et vade
in domũ tuã. Et cõfestim surgẽs co
rã illis: tulit lectũ in quo iacebat: et
abiit in domũ suã magnificãs deũ
Et stupoꝛ apprehẽdit oẽs: et magni
ficabãt deũ. Et repleti sũt timoꝛe:
dicẽtes. q̃a vidimus mirabilia ho-
die. Credo. Offer. Lauda aĩa mea
dñm laudabo dñm in vita mea psallam
deo meo q̃diu fuero alla alla. Secreta

Sacrificia dñe tuis oblata cõspe
ctibus ignis ille diuin⁹ accen/
dat q̃ discipuloꝝ xp̃i tui p spm̃ scm̃
coꝛda succẽdit. P. In vnitate eiusdẽ.
Prefatio. Qui ascẽdens. Cõicãtes.
Hanc igit̃. Cõio. Spũs vbi vult spirat
et vocẽ eius audis alla sed nõ scis vnde
veniat aut quo vadat alla alla. Postcõ

Sumpsim⁹ dñe sacri dona my-
sterii hũiliter depcãtes: vt q̃ in
tui noĩs cõmemoꝛatiõnẽ nos face-
re p̃cepisti: in nr̃e pficiant ifirmita
tis auxiliũ. P. Sabbõ. Officiũ.

Charitas dei diffusa est i coꝛ
dib⁹ vrĩs alla p ihabitantẽ
spm̃ eius in vobis alla alla
Ps. Dñe deus salutis mee in die clamaui
et nocte coꝛã te. Glia in excelsis. Si-
ne. Dñs vobiscum. Orõ.

Mentibus nr̃is q̃s dñe spm̃ sã
ctũ benign⁹ ifũde: cuius et sa
piẽtia cõditi sumus: et pũidẽtia gu
bernamur. P. i. Lec. iohelis pphete ii

Hec dicit dñs de⁹. Effũdã spm̃
meũ sup oẽm carnẽ: et pphe-
tabũt filii vrĩ/ et filie vestre. Senes
vrĩ sõnia sõniabũt: ⁊ iuuenes vrĩ vi
siones videbũt. Sed et sup seruos
meos et ancillas meas in diebus il
lis effũdã spm̃ meũ: et dabo pdigia

in celo et in terra sāguinē et ignē et vaporē fumi. Sol cōuertet in tene- bras et luna in sāguinē: anteꝙ veni at dies dñi magn⁹ et horribilis: Et erit oīs ꝙcūqꝫ īuocauerit nomē dñi: saluus erit. R. Alla. V. Emitte spm tuū et creabūtur et renouabis faciē terre Sine. Dñs vobiscum. Orō.

Adsit nobis qs dñe vtus spūs scti: q̄ et corda nr̄a clemēter ex- purget: et ab omnibus tueatur ad- uersis. p. in v. Lec. libri leuitici. xxiii

In diebus illis. Locut⁹ est dñs ad moysē dicēs. Loquere filiis israel: et dices ad eos. Cū ingressi fue ritis terrā quā ego dabo vobis: et messueritis segetē: feretis manipu los spicarū primicias messis vr̄e ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculum corā dño vt acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: et sāctificabit il- lū. Nūerabitis ergo ab ipso die sab bati in quo obtulistis manipulum primitiarum septē ebdomadas ple nas: vsqꝫ ad alterā diē expletionis ebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiū nouū dño: ex oībus habi- taculis vr̄is. Panes primiciarū du- os de duabus decimis simile quos eleuabit sacerdos corā dño. Et vo- cabitis hūc diē celeberrimū atqꝫ sā- ctissimū. Omne opus seruile nō fa- cietis ī eo. Legittimū sēpiternū erit in cūctis habitaculis vr̄is et genera tiōib⁹ vr̄is: dicit dñs oīps. R. Alla. V Dū cōpleret dies pēthecostes erāt oēs pa riter dicētes. Orō. sine Dñs vobiscū

Mentes nr̄as qs dñe paraclit⁹ q̄ a te pcedit illuminet: et indu cat in oēm sicut tuus pmisit filius veritatē. Qui tecū. In vnita. eiusdē

Lectio libri deuteronomii. xxvi. c

In dieb⁹ illis: dixit moyses. Au di israel q̄ ego pcipio tibi ho- die. Cū intraueris terrā quā dñs de⁹ tuus tibi daturus est possidendā: et obtinueris eā atqꝫ habitaueris ī il- la: tolles de cūctis frugib⁹ tuis pri- mitias: et pones in cartallo perges qꝫ ad locū quē dñs deus tu⁹ elegerit vt ibi inuocet nomē eius: accedesqꝫ ad sacerdotē q̄ fuerit in diebus illis et dices ad eū. Profiteor hodie corā dño deo tuo: q̄ exaudiuit nos et re- spexit humilitatē nr̄am et labores: atqꝫ angustias: et eduxit nos de egy pto in manu forti et brachio extēto in īgēti pauore: in signis atqꝫ portē tis: et introduxit ad locū istū: et tradi dit nobis terrā lacte et melle manā tē. Et idcirco nūc offero primitias frugū terre: quā dñs deus dedit mi chi. Et dimittes eas in cōspectu dñi dei tui. Et adorato dño deo tuo epu laberis in oībus bonis q̄ dñs deus tuus dederit tibi. R. Alla. V Repleti sūt oēs spū sācto et ceperūt loqui magna lia dei. Orō. Oremus tantum.

Concede qs oīps deus: vt q̄ so- lennitatē doni sācti spūs coli mus: celestibus desideriis accēsi fō tē vite sitiamus dñm nostrū iesum xpm filiū tuū. In vnita. eiusd spūs

Lectio libri leuitici. xxvi. c

In dieb⁹ illis: dixit dñs ad moy sē. Si in preceptis meis ābu- laueritis: et mādata mea custodie- ritis: et feceritis ea: dabo vobis plu uias tēporibus suis. et terra gignet germē suū: et pomis arbores reple-

buntur. Apprehēdet messiū tritura vindemiā: et vindemia occupabit sementē. Et comedetis panē vr̄m ī saturitate: et absq; pauore habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacē in finibus vr̄is: dormietis et non erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias: et gladius nō trāsibit terminos vestros. Persequimini īimicos vestros: et corruent corā vobis. Et psequētur q̄nq; de vr̄is cētū alienos: et cētū de vobis decē milia. Cadēt īimici vestri ī gladio in cōspectu vestro. Respiciā vos et crescere faciā: multiplicabimini: et firmabo pactū meū vobiscū. Et comedetis vetustissima veterū: et vetera nouis supueniētibus pīcietis. Ponā tabernaculū meū in medio vestri: et non abiiciet vos aīa mea. Ambulabo iter vos et ero vester deus: vosq; eritis popul9 meus. Dicit dn̄s omp̄s. ℟. Alla. ℣. Loquebantur variis linguis apl̄i magnalia dei. Sine. Dn̄s vobiscū. Orō.

Da q̄s ecclesie tue misericors deus: vt spū sācto cōgregata: hostili nullatenus incursiōe turbet. P. In vni. e. Lectio danielis pphete. iii.

In dieb9 illis. Angelus dn̄i descendit cū azaria et sociis eius in fornacē et excussit flamma ignis de fornace / et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantē. Flāma autē diffusa est sup fornacem cubitis quadraginta nouē: et īcendit quos repperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis: qui eā incendebāt Illos autē omnino nō tetigit ignis neq; ɔtristauit / nec quicq̄ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore hymnū dicebāt et magnificabāt deū in fornace dicentes. Tractus.

Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorū. ℣. Et laudabilis et gl'iosus in secula. ℟. Et bn̄dictū nomē glorie tue qd̄ est sāctū. ℣. Et laudabile et gloriosū in secula. ℟. Bn̄dictus es in tēplo sācto glorie tue. ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula ℟. Bn̄dictus es qui sedes super thronū diuinitatis tue. ℣. Et laudabilis ℟. Bn̄dictus es qui sedes sup cherubim et intueris abyssos. ℣. Et laudabilis. ℟. Bn̄dictus es sup sceptrū regni diuinitatis tue. ℣. Et laudabilis. ℟. Bn̄dictus es q̄ ambulas sup pennas vētorū et sup vndas maris. ℣. Et lau. ℟. Bn̄dicāt te oēs angeli et scti tui Et laudēt te et glorificēt in secula ℣. Bn̄dicant te celū terra mare et oīa que in eis sūt Et laudēt. ℣. Glīa patri et filio et spūi sctō. Et laus et honor et potestas et iperium. ℣. Sicut erat in principio et nunc et s emp et in secula seculorū. Amen. Et laus et ipe. ℟. Benedictus es. vts. Hic dicatur. Dominus vobiscum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas igniū: ɔcede propitius: vt nos famulos tuos nō exurat flamma vitiorū. Per dn̄m.

Lectio actuū apostolorū. xiii. c.

In diebus illis. Conuenit vniuersa ciuitas: audire verbum dn̄i. Videntes autē turbas iudei: repleti sūt zelo: et contradicebant hiis que a paulo dicebant blasphemantes. Tunc cōstanter: paulus et barnabas dixerūt. Vobis oportebat primū loqui verbū dei: sed quoniā repulistis illud et indignos vos iudicatis eterne vite: ecce conuertimur

ad gentes. Sic eni͂ precepit nobis dn͂s. Posui te in luce͂ ge͂tibus: vt sis salus mea vsq͂ ad extremum terre Audientes aute͂ gentes gauise su͂t: et glorificaba͂t verbu͂ dn͂i: et crediderūt quotquot era͂t preordinati ad vita͂ eterna͂. Disseminabat͂ autem verbu͂ dn͂i: per vniuersa͂ regionem. Judei aute͂ co͂citauerunt mulieres religiosas et honestas: et primos ciuitatis: et excitauerūt persecutione͂ in paulu͂ et barnaba͂: et eiecerūt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedu͂ in eos: venerūt iconium Discipuli aute͂ replebātur gaudio: et spiritu sancto. Tractus.

Laudate dn͂m ome͂s gentes: et collaudate eu͂ ome͂s populi. ℣ Quoniam co͂firmata est super nos misericordia eius et veritas dn͂i manet in eternu͂

Secundum Lucam. iiii. c

In illo tempore. Surgens iesus de synagoga: introiuit in domu͂ simonis. Socrus aute͂ simonis: tenebat͂ magnis febribus. Et rogauerunt illu͂ pro illa. Et sta͂s super illa͂: imperauit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cu͂ sol autem occidisset omnes qui habebant infirmos variis languoribus: ducebant illos ad illum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant aute͂ demonia a multis clama͂tia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsu͂ esse christu͂. Facta autem die egressus ibat in desertu͂ locum: et turbe requirebant eu͂. Et venerunt vsq͂ ad ipsum: et detinebāt eum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. q͂a et aliis ciuitatibus oportet me eua͂gelizare regnum dei: q͂a ideo missus sum. Et erat predica͂s in synagogis galilee. Credo.

Offertorium. Emitte sp͂m tuu͂ et creabu͂tur et renouabis faciem terre: sit gloria dn͂i in secula all'a. Secreta.

Ut accepta tibi sint domine nostra ieiunia: presta nobis quesumus huius munere sacrame͂ti purificatum tibi pectus offerre. Per dominu͂ nostrum. Prefatio. Qui ascendens. Co͂municātes. Et hanc igitur. Co͂io. No͂ vos relinqua͂ orphanos venia͂ ad vos iteru͂ all'a: et gaudebit cor vestru͂ all'a alleluia. Postco͂io

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruore͂: quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per dominum nostru͂.

De trinitate. Officium.

Benedicta sit sa͂cta trinitas atq͂ indiuisa vnitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam sua͂. Ps. Benedicamus patrem et filium: cum sa͂cto spiritu. Gloria patri et filio. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in co͂fessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus: vt eiusdem fidei firmitate, ab omibus semper muniamur aduersis. Per dominum nostrum ie.

Ad corinthios. ii. vltimo. m. iiii.

FRatres. Gratia domini nostri iesu christi: et charitas dei et cōmunicatio sancti spiritus: sit cum omnibus vobis amen. R. Benedictus es domine qui ītueris abyssos et sedes super cherubi. V. Benedicite deū celi quia fecit nobiscum misericordiam suā. Alleluia. V. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Sequentia.

BEnedicta sit btā trinitas deitas eterna pariter coequalis gloria. Pater filius sctūs spūs tria sunt nomīa oīm eadem substātia. Deus genitor natus genit⁹ in vtroqȝ sacer spiritus deitatis socius. Nō tres tamen dii sūt deus verus vn⁹ est sit pater dñs filius spiritusqȝ dominus. Hic celū terram cōdidit hic hostem falsum contriuit saluat hic hominē omnia protegit nascentia Proprietas in psonis vnitas est et in essētia. Maiestas par et potestas decus honor eque per omīa. Sydera maria cōtinēt arua simul et vniuersa condita. Quem tremunt impia tartara colit quoqȝ quē et abyssus infima. Archangelorū cetus et thronorum milia cantant modulātes alleluia. Apostolorum turma ꝛ martyrū confessorumqȝ virginum cui trifida seduli psallunt cythara. Per te sumus creati vera eternitas Per te sumus redempti summa tu charitas. Populum cūctum tu protege salua et libera eripe tu maiestas vnica. Te adoramus omnipotens teqȝ colimus tibi laus et gloria. Amen. Initium sancti euangelii. Secundum Johannem. primo. ca.

IN principio erat verbum. Et verbū erat apud deum: et deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Omīa per ipsum facta sūt: et sine ipso factū est nichil. Qd factum est in ipso vita erat: et vita erat lux hominū: et lux in tenebris lucet: et tenebre eum nō comprehēderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimoniū: vt testimoniū perhiberet de lumine, vt omēs crederent p illum. Non erat ille lux/ sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnē hominem venientem in hunc mūdū. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eum nō cognouit. In propria venit: et sui eū non receperunt. Quotquot autem receperunt eū/ dedit eis potestatē filios dei fieri: hiis qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus/ neqȝ ex voluntate carnis/ neqȝ ex voluntate viri: sed ex deo nati sūt Et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius: gloriā quasi vnigeniti a patre. Plenum gratie et veritatis. Credo. Offertorium. Benedictus sit deus pater vnigenitusqȝ dei filius sanctus quoqȝ spiritus quia fecit nobiscum misericordiā suam. Secreta.

SAnctifica quesumus domine deus per tui sancti nominis īuocationem huius oblationis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per dominum nostrum. Prefatio Qui

cum vnigenito. **Coio.** Benedicimus deum celi et coram omnibus viuentibus cõfitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiã suam.

Postcoio.

Proficiat nobis ad salutẽ corporis et anime domine deus huius sacramenti perceptio: et sempiterne sãcte trinitatis / eiusdemqꝫ indiuidue vnitatis confessio. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate.

In consecratione corporis domini nostri. Officium.

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluia: et de petra melle saturauit eos alleluia alleluia alleluia. **Ps.** Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Gloria in excelsis deo.

Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti: tribue quesumus: ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis et regnas deus: per omnia secula secu.

Ad corinthios. xi. c.

Fratres. Ego enim accepi a domino: quod et tradidi vobis. Quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur: accepit panem: et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meum: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postqꝫ cenauit dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunqꝫ bibetis: in meam commemoratioñẽ Quotienscunqꝫ enim manducabitis panem hunc: et calicem bibetis mortem domini annuntiabitis: donec veniat. Itaqꝫ quicunqꝫ manducauerit panem: et biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autẽ seipsum homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit. Non diiudicans: corpus domini. **℟.** Oculi omnium in te sperant domine et tu das illis escam in tempore oportuno **℣.** Aperis tu manũ tuam et imples omne animal benedictione **A**lleluia. **℣.** Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus qui manducat meam carnẽ et bibit meum sanguinẽ in me manet et ego in eo. **Super ebdomadam dicitur.** **A**lleluia. **℣.** Cibauit eos ex adipe frumenti et de petra melle saturauit eos alleluia. **Itẽ super ebdomadam.** **A**lleluia. **℣.** Ego sum panis viuus qui de celo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum.

Sequentia.

Lauda syon salu atorem lauda ducem et pa storẽ in hymnis et canticis. Quantum potes tantum gaude quia maior omni laude nec laudare sufficis. Laudis thema specialis panis viuus et vitalis hodie proponit. Quẽ in sacre

mēsa cene turbe fratrū duodene datū non ambigitur. Sit laus plena sit sonora sit iocūda sit decora mentis iubilatio. Dies enī solēnis agit in qua mense prima recolit huius institutio. In hac mēsa noui regis nouū pascha noue legis phase vetus terminat. Vetustatem nouitas vmbrā fugat veritas noctē lux illuminat. Quod in cena xp̄s gessit faciendū hoc expressit in sui memoriā. Diuisio p octabas. Docti sacris institutis panē vinū in salutis consecramus hostiā. Dogma dat christianis ꝙ in carnē trāsit panis et vinū in sanguinem. Hoc tu capis quod nō vides aīosa firmat fides ꝑter rerū ordinē. Sub diuersis speciebus signis tantū et nō rebus latēt res eximie. Caro cibus sāguis pot⁹ manet tamen xp̄s totus sub vtraq̨ specie. A sumēte nō cōcisus nō cōfractus nō diuisus īteger accipit. Sumit vnus sumūt mille quātū isti tantū ille nec sūptus cōsumit. Sumunt boni sumūt mali sorte tamē inequali vite vel īteritus. Mors est malis vita bonis vide paris sūpsionis ꝙ̄ sit dispar exit⁹. Fracto demū sacramēto ne vacilles sed memēto tantū esse sub fragmēto quātū toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tantū fit fractura qua nec status nec statura signati minuit. Diuisio per oct. Ecce panis angelorū factus cibus viatorū vere panis filiorū nō mittendus canibus. In figuris ꝑsignat cū isaac immolatur agnus pasche deputat datur manna patribus. Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuentiū. Tu qui cuncta scis et vales qui nos pascis hic mortales tu nos ibi cōmēsales coheredes et sodales fac sanctorū ciuiū. Amē.

Secundū Johannem. vi.c.

In illo tēpore. Dixit dominus iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet/ et ego in illo. Sicut misit me viuēs pater: et ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis: qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri māna: et mortui sunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum. Credo.

Offertoriū. Sacerdotes dn̄i incensū et panes offerunt deo et ideo sācti erūt deo suo et nō polluent nomen eius alla.

Secreta. Ecclesie tue quesumus domine vnitatis et pacis propitius dona cōcede: que sub oblatis munerib⁹ mistice designātur. Per dominum

Prefatio. Quia per incarnati.

Coīo. Quotienscūq̨ manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortē dn̄i annuntiabitis donec veniat: itaq̨ quicunq̨ manducauerit panē vel biberit calicem dn̄i indigne reus erit corporis et sanguinis domini alla.

Postcoīo.

Fac nos quesumus domine diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri: quam preciosissimi corporis et sanguinis tui tempo-

ralis perceptio prefigurat. Qui vi-
uis et reg. Nota q per oct isti⁹
festi dicit. Gloria in excel. Credo. et
Prefatio. Et nõ dicit tota sequẽtia
nisi in dñica: et in die octabarum.
Sed dicit vna die. Sequẽtia. Ecce
panis angeloꝝ. etcetera vsq ad finẽ.
Et alia die. Lauda syon: vsq Docti
sacris. Et alia die. Docti sacris. vs-
q Ecce panis. Dñica prima post
octa. penthecostes. Officium.

Domine in tua mĩa spera-
ui exultauit cor meũ in sa-
lutari tuo: cãtabo dño q bo
na tribuit michi. ps. Vsqquo dñe ob
liuisceris me in finẽ: vsqquo auertis fa
ciem tuam a me. Orõ.

Deus in te sperãtium fortitu-
do adesto ppitius inuocationi
bus nostris: et qa sine te nichil po-
test mortalis infirmitas: presta au
xiliũ grẽ tue: vt in exequẽdis mãda
tis tuis et voluntate tibi et actione
placeamus. Per dominũ nostrũ.

Lectio eple btĩ iohãnis apli. iiii. c.

Charissimi. Deus charitas est.
In hoc apparuit charitas dei
in nobis: qm filiũ suũ vnigenitum
misit deus in mundũ: vt viuamus
p eũ. In hoc est charitas: non quasi
nos dilexerim⁹ deũ: sed qm ipse pri-
or dilexit nos: et misit filiũ suũ pro
piciationẽ p pctis nostris. Charis-
simi: si sic de⁹ dilexit nos: et nos de-
bemus inuicẽ diligere. Deũ nemo
vidit vnq. Si diligamus inuicẽ: de-
us in nobis manet: et charitas eius
in nobis perfecta est. In hoc cogno
scimus qm in eo manemus: et ipse
in nobis: qm de spũ suo dedit nobis
Et nos vidim⁹: et testificamur qm
pater misit filiũ suũ saluatorẽ mũ-
di. Quisqs ofessus fuerit qm iesus
ẽ filius dei: de⁹ in eo manet et ipse ĩ
deo. Et nos cognouimus: et credi-
mus charitati quã habet deus ĩ no
bis. Deus charitas est. Et q manet
in charitate: in deo manet et deus ĩ
eo. In hoc pfecta est charitas dei no
biscũ: vt fiduciã habeam⁹ in die iu
dicii. qa sicut ille est et nos sum⁹ in
hoc mũdo. Timor nõ est in charita
te: sed pfecta charitas foras mittit
timorẽ: qm timor penã habet. Qui
autẽ timet: nõ est pfectus in chari-
tate. Nos ergo diligamus deũ: qm
deus prior dilexit nos. Si qs dixe-
rit qm diligo deũ: et fratrẽ suũ ode-
rit: mendax est. Qui eni nõ diligit
fratrẽ suũ quẽ videt: deũ quẽ nõ vi-
det: quomodo potest diligere? Et
hoc mãdatũ habemus a deo: vt qui
diligit deũ: diligat et fratrẽ suum.
R. Ego dixi domine miserere mei sa-
na aiam meã qa peccaui tibi. V. Beatus
qui itelligit sup egenũ et pauperẽ in die
mala liberauit eum dñs. Alla. V. In te
dñe speraui nõ cõfundar in eternũ in iu
stitia tua libera me: et eripe me iclina ad
me aurẽ tuam accelera vt eripias me.

Secundnm. Lucam. xvi. c.

In illo tempore. Dixit dñs ie-
sus discipulis suis parabola
hanc. Homo quidã erat diues: et in-
duebatur purpura et bysso: et epu-
labatur quotidie splendide. Et erat
quidam mẽdicus nomie lazarus q
iacebat ad ianuam eius vlceribus
plenus: cupiens saturari de micis
q cadebãt de mẽsa diuitis: et nemo

illi dabat. Sed et canes veniebāt et lingebāt vlcera eius. Factū est aūt vt moreref mēdicus: et portaref ab angelis in sinū abrahe. Mortu9 est aūt et dives: et sepultus est in īfernū. Elevās aūt oculos suos cū esset in tormētis: vidit abrahā lōge et lazarū ī sinu eius. Et ipse clamās: dixit Pater abrahā miserere mei: et mitte lazarū: vt intingat extremū digiti sui in aquā: vt refrigeret linguā meā: qa crucior in hac flāma. Et dixit illi abrahā. Fili recordare: qr recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. Nūc aūt hic cōsolaf: tu vero cruciaris. Et in hiis oībus inter nos et vos chaos magnū firmatū est: vt hii q̄ volūt hinc trāsire ad vos: non possint: neqʒ inde huc trāsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eū in domū pr̄is mei habeo eni quiqʒ fr̄es: vt testef illis: ne et ipsi veniāt in hūc locū tormētorū. Et ait illi abrahā. Habēt moysē et pphetas: audiāt illos. At ille dixit. Nō pat abrahā: sed si qs ex mortuis ierit ad eos: penitentiā agent. Ait autē illi. Si moysē et pphetas nō audiūt neqʒ si qs ex mortuis resurrexerit credent. Credo. Offr̄.

Intēde voci orōnis mee rex meus et deus meus: qm̄ ad te orabo dn̄e. Secreta.

Hostias nr̄as dn̄e tibi dicatas benigne assume: et ad ppetuū nobis tribue puenire subsidiū. Per Coio. Narrabo oia mirabilia tua: letabor et exultabo in te et psallam noī tuo altissime. Postcoio.

Sanctis dn̄e repleti munerib9 p̄sta q̄s: vt et salutaria dona capiamus: et a tua nunq̄ laude cessēmus. Per. Nota q̄ post festū scte trinitatis vsqʒ ad hystoriā De. Adaperiat. Feria scda. Missa de angelis vt cōtinef infra sine. Glia in excel. Feria tertia. Missa de martyribus. Sapientiā. ine. Glia in excel. Oro Secreta et Postcoio. de coi plurimorū martyrū. Epl'a. Justi aūt. R̄. Exultabūt. All'a. Sācti tui. Euāgeliū Cum audieritis. Offr̄. Mirabilis. Coio. Ego vos. Feria iiii. Missa de dn̄ica. Feria quīta. Missa de confessorib9. Sacerdotes dei. Oro. Secreta et Postcoio. de coi plurimorū cōfessorū. Sine. Glia in excel. Epl'a Plures facti sunt. R̄. Sacerdotes. All'a. Scti tui. Euāgeliū. Vigilate Offr̄. Exultabūt. Coio. Justorum Feria sexta. Missa de cruce. sicut cōtinef infra. sine. Glia in excel Sabbato. de beata maria cū solēnitate dicif. Glia in excel. Sequētia. Prefatio. sine. Credo Ponātur oia ista in fine libri ad longū. Feria quarta. Ad hebreos. ii. c

Fratres. Videmus iesū pter passionē mortis gloria et honore coronatū: vt gratia dei pro oībus gustaret mortem. Decebat eni eum propter quem omnia: et per quem omnia: qui multos filios in gloriā adduxerat auctorem salutis eorū per passionē cōsūmari. Qui eni sanctificat: et qui sanctificātur ex vno omēs. Propter quam causā non cōfunditur fratres eos vocare dicens. Nuntiabo nomē tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens

in eū. Et iterū. Ecce ego ꝛ pueri mei quos michi dedit deus. Qr ergo pueri cōmunicauerūt carni et sāguini ꝛ ipse similiter participauit eisdē vt per mortē destrueret eū qui habebat mortis īperiū: id est diabolū. Et liberaret eos q̄ timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti Nusq̄ enī angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehēdit. Unde debuit per oīa fratribus similari: vt misericors fieret et fidelis pontifex ad deū: vt repropiciaret peccata populi. In eo enī in quo passus est ipse et tētatus: potēs est et eis qui tentātur auxiliari. Unde fratres sācti vocationis celestis participes: cōsiderate apostolū et pontificē cōfessionis nostre iesum christū dn̄m nostrum.

Secundū Lucam. xii.

In illo tēpore. Ait quidā de turba ad iesū. Magister dic fratri meo: vt diuidat mecum hereditatē At ille dixit ei. Homo quis me cōstituit iudicem aut diuisorem super vos? Dixitq; ad illos: Uidete et cauete ab omi auaricia: qa nō in abūdantia cuiusq̄ vita eius est ex hiis que possidet. Dixit autē similitudinem ad illos: dicens. Hominis cuiusdam diuitis: vberes fructus ager attulit. Et cogitabat intra se: dicēs Quid faciā? qa nō habeo quo congregem fructos meos. Et dixit. Hoc faciam. Destruā horrea mea et maiora faciā: et illuc congregabo oīa que nata sunt michi et bona mea. Et dicā anime mee. Anima habes multa bona: posita in annos plurimos: Requiesce: comede/ bibe/ epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animā tuam repetūt a te. Que autem parasti: cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat: et non est in deum diues.

Feria sexta. Ad ephesios. ii.c.

Fratres. Deus q̄ diues est in misericordia ꝑpter nimiam charitatem suā qua dilexit nos: et cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in christo cuiꝰ gratia estis saluati. Et cōresuscitauit et cōsedere fecit in celestibus in xp̄o iesu: vt ostēderet in seculis superueniētibus abundantes diuitias gratie sue in bonitate super nos: in xp̄o iesu domino nostro.

Secundum Lucam. xiiii. c.

In illo tempore. Dicebat iesus cuidā principi phariseorū q̄ se inuitauerat. Cū facis prandiū aut cenā: noli vocare amicos tuos: neq; fratres tuos: neq; cognatos: neq; vicinos: neq; diuites: ne forte et ipsi te reinuitent: et fiat tibi retributio Sed cū facis cōuiuiū: voca pauperes/ debiles/ claudos/ et cecos/ et beatus eris: qr nō habēt retribuere tibi Retribuetur enī tibi: in retributiōe iustorū. Hec cum audisset quidā de simul discumbētibus: dixit illi. Beatus qui māducabit panē in regno dei.

Dn̄ica scd̄a. Officium.

Factus est dominus protector meus: et eduxit me in latitudinem saluum me fecit quoniam voluit me. Ps. Diligā te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meum deus meus et liberator meus. Orō.

Sancti noīs tui dñe timorē pariter et amorē fac nos habere ppetuū: qꝛ nūꝗ̄ tua gubernatione destituis: quos ī soliditate tue dilectionis instituis. Per. Lectio epl'e beati iohannis apl'i. iii. c.

Charissimi. Nolite mirari si odit vos mūdus. Nos scimus qm̄ trāslati sumus de morte ad vitā: qm̄ diligimus fr̄es. Qui nō diligit: manet in morte. Ois q̄ odit frēm suum: homicida est. Et scitis qm̄ oīs homicida: nō habet vitam eternā in seipso manētē. In hoc cognouimus charitatē dei: qm̄ ille ꝓ nobis aīam suā posuit: et nos debemus pro frībus aīas nr̄as ponere. Qui habuerit substātiā mūdi hui⁹ et viderit frēm suū necessitatē habere: ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei: nō diligamus verbo neqꝫ lingua: sed opere et veritate. ℞. Ad dñm cū tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Dñe libera aīam meā a labiis iniq̄s et a lingua dolosa. Alla. ℣. Diligā te dñe virtus mea dn̄s firmamentū meū et refugium meum.

Scdm Lucam. xiiii. c.

In illo tp̄e. Dixit dn̄s iesus discipulis suis parabolam hāc. Hō quidā fecit cenā magnā: et vocauit multos. Et misit seruū suū hora cene dicere īuitatis vt venirēt: qꝛ iā parata sūt oīa. Et ceperunt simul oēs excusare. Primus dixit ei. Villā emi: et necesse habeo exire et videre illā. Rogo te: habe me excusātū. Et alter dixit. Iuga boū emi qn̄qꝫ: ꝛ eo ꝓbare illa. Rogo te: habe me excusatū. Et alius dixit. Vxorē duxi: et ideo nō possū venire. Et reuersus seruus: nuntiauit hec dño suo. Tūc iratus patfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles / et cecos et claudos itroduc huc. Et ait seruus. Dñe factū est vt iperasti: et adhuc locus est. Et ait dn̄s seruo. Exi in vias et sepes: et cōpelle itrare vt ipleat̄ dom⁹ mea. Dico autē vobis ꝙ nemo virorū illorū q̄ vocati sūt: gustabit cenā magnā. Credo. Offr. Factus est dn̄s firmamentū meū et refugiū meum et liberator meus sperabo in eū. Secreta.

Oblatio nos dñe tuo nomi dicāda purificet: et de die in diē ad celestis vite transferat actionē. Per do. Coio. Cantabo dño qui bona tribuit michi: et psallā noī dñi altissimi.

Sumptis muneribus dñe q̄s: vt cū frequentatione mysterii crescat nostre salutis effectus. Per do. Postcoio.

Feria quarta.

Lectio libri sapientie. i. c.

In diebus illis. Dixit salomō filiis israel. Diligite iustitiā: qui iudicatis terram. Sētite de domino in bonitate: et in simplicitate cordis querite illum. Quoniā inuenitur ab his qui non tētant illū. Apparet autem eis qui fidem hābent in illum. Peruerse enim cogitationes separāt a deo: probata autem virtus corripit insipiētes. Quoniam in maliuolam animam nō introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spūs eni scūs discipline effugiet fictū: et

aufert a cogitatiõibus q̃ sũt sine intellectu: et corripiet̃ a supueniente iniquitate. Benign⁹ est enĩ sp̃us sapientie: et nõ liberabit maledictũ a labiis suis. Qm̃ renũ illius testis est deus: et cordis eius scrutator est verus/et lingue eius auditor. Qm̃ spirit⁹ dñi repleuit orbẽ terrarũ: et hoc quod cõtinet oĩa: scientiã habet vocis. Scdm Lucam. ix. c.

In illo tp̃e. Accedẽtes discipuli ad iesũ: dixerũt illi. Dimitte turbas: vt eũtes in castella villasq̧ que circa sũt diuertãt. et inueniant escas. quia hic in loco deserto sum⁹ Ait aũt ad illos. Vos date illis mãducare. At illi dixerũt. Non sũt nobis plusq̃ quinq̧ panes: et duo pisces: nisi forte nos eam⁹: et emam⁹ in oẽm hanc turbã escas. Erant autẽ fere viri quinq̧ milia. Ait aũt ad discipulos suos. Facite illos discũbere per cõuiuia: quĩquagenos. Et ita fecerũt. Et discũbere fecerũt oẽs Acceptis autẽ quĩq̧ panib⁹ et duobus piscibus: respexit in celũ. Et bñdixit illis et fregit: et distribuit discipulis suis: vt ponerẽt ante turbas. Et manducauerũt oẽs: et saturati sũt. Fer. vi. Lectio iohelis pphete. ii.

Hec dicit dñs de⁹. Exultate filie syõ: ⁊ letamini in dño deo vestro: q̃a dedit vobis doctorẽ iustitie. Et descendere faciet ad vos imbrẽ matutinũ ⁊ serotinũ in pricipio et iplebũtur aree frumẽto: et redundabũt torcularia vino et oleo. Et comedetis vescẽtes et saturabimini: ⁊ laudabitis nomen dñi dei vestri: q̃ fecit vobiscũ mirabilia. Et nõ cõfũdetur populus meus in sẽpiternũ. Et scietis q2 in medio israel ego sũ Et ego dñs deus vester: et nõ est ãplius. Et nõ cõfũdet̃ populus me⁹ in sẽpiternũ. Scdm Lucam. viii.

In illo tẽpore. Venit ad iesum vir: cui nomen iayrus. Et ipse princeps synagoge erat. Et cecidit ad pedes iesu: rogans eũ vt itraret in domum eius: quia filia vnica erat illi fere annorũ duodecim: et hec moriebatur. Et cõtigit dum iret: a turbis comprimebatur. Et mulier quedam erat in fluxu sãguinis annis duodecim: que in medicos erogauerat omnẽ substantiam suam: nec ab vllo potuit curari. Accessit retro: et tetigit fimbriam vestimenti eius. Et cõfestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait iesus. Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus: dixit petrus: et qui cum illo erant. Preceptor turbe te cõprimunt et affligunt: et dicis: quis me tetigit: et dixit iesus. Tetigit me aliquis. Nã et ego noui virtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit: tremens venit et procidit ante pedes illius. Et ob quam causam tetigerit eũ indicauit coram omi populo: et queadmodum cõfestim sanata sit. At ipse dixit ei. Filia fides tua te saluam fecit. Vade in pace. Adhuc illo loq̃nte: venit quidã ad principem synagoge dicens ei. Quia mortua est filia tua: noli vexare illũ. Jesus autẽ audito hoc verbo: respondit patri puelle. Noli timere. Crede tantum et salua erit. Et cũ venisset domum

non permisit secum intrare quemq̃ quā nisi petrum et iohannē et iacobum: et patrem et matrem puelle. Flebant autē oēs: et plangebant illam. At ille dixit. Nolite flere. Nō est mortua: sed dormit. Et deridebant eum: scientes q̄ mortua esset. Jesus autē tenens manū eius: clamauit dicens. Puella surge. Et reuersus est spūs eius: et surrexit cōtinuo. Et iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes eius: Quibus precepit: ne alicui dicerēt qđ factū erat. Dñica tertia. Officiū.

R Espice in me et miserere mei dñe quoniā vnicus et pauper sū ego: vide humilitatē meā et laborem meum et dimitte oīa peccata mea deus me⁹. Ps. Ad te dñe leuaui aīam meā de⁹ me⁹ in te confido non erubescam: Gl'a patri. Gloria in excelsis. Oratio.

D Eprecationem nostrā q̄s dñe benignus exaudi: et quib⁹ supplicādi prestas affectum: tribue defensionis auxiliū. Per. Lectio Beati petri apostoli. v.c.

C Harissimi. Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tēpore visitationis. Oēm solicitudinē vestram proiicietes in eum: qm̄ ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate: q̄a aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit querens quē deuoret. Cui resistite fortes in fide. Scientes eādē passionem ei que in mundo est: vestre fraternitati fieri. Deus autem oīs grē qui vocauit vos in eternā suā gloriā in christo iesu modicum passos: ipse perficiet cōfirmabit solidabitq̄. Ipsi gloria et imperium: in secula seculorum. R. Jacta cogitatū tuum in dño et ipse te enutriet. V. Dum clamarē ad dñm exaudiuit vocem meā ab hiis qui appropinquant michi. A lleluia. V. Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro.

Secundum Lucam. xv.c

I N illo tēpore. Erant appropinquātes ad iesum publicani et peccatores: vt audirēt illū. Et murmurabant pharisei et scribe: dicentes. q̄a hic peccatores recipit: et mā ducat cū illis. Et ait ad illos parabolam istā: dicens. Quis ex vobis homo qui habet centū oues: et si p̄diderit vnā ex illis: nonne dimittit nonaginta nouē in deserto: et vadit ad illā que perierat: donec inueniat illā? Et cū inuenerit eam: imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum: cōuocat amicos et vicinos: dicens illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam que perierat. Dico vobis: q̄ ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiā agente: q̄ sup nonaginta nouē iustis: qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decē: si perdiderit dragmā vnam nonne accendit lucernā: et euertit domū et querit diligenter: donec inueniat? Et cū inuenerit: conuocat amicas et vicinas: dicens. Congratulamini michi: q̄a inueni dragmā quam perdideram. Jta dico vobis: gaudiū erit coram angelis dei: super vno peccatore penitentiam agente. Credo. Offr.

Sperent in te omnes qui nouerūt nomē tuum domine: quoniā non derelinquis q̄rentes te psallite dn̄o qui habitat in syon quoniā non est oblitus orationes pauperum. Secreta.

Munera quesumus dn̄e oblata sanctifica: vt tui nobis vnigeniti corpus et sanguis fiant. Per eūdē. Coīo. Ego clamaui quoniam exaudisti me deus inclina aurē tuā et exaudi verba mea. Postcoīo.

Hec nos cōmunio domine purget a crimine: et celestis remedii faciat esse consortes. Per dn̄m.

Feria quarta. Ad hebreos. ix.

Fratres: Nō in manu facta sācta iesus introiit exemplaria verorū sed in ipsum celū: vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neqꝫ vt sepe offerat semetipsum: quēadmodum pontifex intrat in sācta p singulos annos in sāguine alieno. Alioquin: oportebat eum frequēter pati ab origine mundi. Nūc autē semel in consummatione seculorum ad destructionē peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodū statutū est hoībus semel mori post hoc aūt iudiciū sic et christ⁹ semel oblatus ad multoꝝ exhauriēda peccata. secūdo sine peccato apparebit oībus expectātibus se in salutem.

Secundum Lucam. xix. ca

In illo tēpore: Egressus iesus: perambulabat hierico Et ecce vir: cui nomen zacheus. Et hic erat princeps publicanoꝝ: et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset et non poterat pre turba quia statura pusillus erat. Et precurrens ascēdit in arborē sicomorū vt videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illū et dixit ad eū. zachee festinans descēde: quia hodie in domo tua oportet me manere Et festinans descēdit: et excepit illū gaudēs Et cum viderent omēs: murmurabant dicentes ꝙ ad hominē peccatorem diuertisset. Stans autē zacheus: dixit ad dominū. Ecce dimidiū bonorū meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. quia hodie salus domui huic facta est/eo ꝙ et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluum facere quod perierat

Feria vi. Epla. Bti iohis apli. i.

Charissimi: Hec est ānunciatio quam audiuimus a deo et annunciamus vobis: quoniā deus lux est et tenebre ī eo nō sūt vlle. Si dixerimus quoniam societatē habemus cum eo: et in tenebris ambulamus: mentimur et veritatē non facimus. Si autē in luce ambulam⁹ sicut et ipse est ī luce societatē habemus ad inuicē: et sanguis iesu christi filii eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus: quoniā peccatum non habemus: ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra fidelis est et iustus: vt remittat nobis peccata et emundet nos ab omī iniquitate. Si dixerimus quoniā non peccauimus mendacē facimus eū: et verbum eius non est in nobis.

Feria sexta. Secundū Lucā. xiii.

In illo tp̃e Aderant qdam nuntiãtes iesu de galileis: quoꝝ sã guinẽ pilat⁹ miscuit cũ sacrificiis eoꝝ. Et respõdẽs dixit illis. Putatis ꝙ hii galilei: pre oĩbus galileis pctõres fuerit: quia talia passi sunt. Nõ dico vobis: sed nisi penitẽtiã habueritis: õnes similit̃ peribitis. Sicut illi decem ⁊ octo: supra quos cecidit turris in siloã et occidit eos. Putatis quia ⁊ ipsi debitores fuerũt p̃ter oẽs hoĩes habitãtes in hiꝉm. Nõ dico vobis: sed si non penitẽtiã egeritis: omnes similiter peribitis

Dñica.iiii. Officium

Dominus illũinatio mea ⁊ salus mea quẽ timebo dñs defensor vite mee a quo trepidabo: qui tribulant me inimici mei infirmati sunt et ceciderũt. ps. Si consistant aduersũ me castra: nõ timebit cor meũ. Gl'a patri. Oratio.

Protector in te sperãtiũ deus: sine quo nichil ẽ ualidũ nichil sãctũ multiplica super nos miam tuam: vt te rectore te duce sic trãseam⁹ per bona tẽporalia: vt nõ amittam⁹ eterna. P. Ad romanos. viii.c

Fratres Existimo ꝙ nõ sint cõdigne passiones hui⁹ tẽporis: ad futurã gliam que reuelabit̃ in nobis. Nam expectatio creature: reuelationẽ filioꝝ dei expectat. Vanitati eñi creatura subiecta est nõ volens: sed ꝑpter eũ qui subiecit eã in spe. Quia ⁊ ipsa creatura liberabit̃ a seruitute corruptiõis: in libertatẽ glorie filioꝝ dei. Scimus eñi ꝙ oĩs creatura ingemiscit ⁊ parturit vsq adhuc. Non solũ aũt illa: sed et nos ipsi primicias spũs habẽtes: et ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filioꝝ dei expectãtes redẽptionẽ corporis nostri. In xp̃o iesu dño nostro R. Propici⁹ esto dñe peccatis nostris neqñ dicant gentes vbi est deus eorũ. V. Adiuua nos deus salutaris noster et ꝑpter honorem nois tui dñe libera nos. Alla. V. Confitemini dño et inuocate nomẽ eius annunciate inter gentes opera eius.

Secundum lucam. vi.ca

In illo tp̃e. Dixit dñs iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare et non iudicabimini Nolite cõdẽnare et nõ cõdẽnabimini. Dimittite et dimittemini. Date ⁊ dabitur vobis. Mensuram bonã ⁊ cõfertã ⁊ coagitatã: ⁊ supeffluentẽ dabũt in sinũ vestrũ. Eadem quippe mẽsura qua mẽsi fueritis remetietur vobis Dicebat aũt illis et similitudinẽ. Nũqd potest cecus cecũ ducere. Nõne ambo i foueã cadũt. Nõ est discipulus supra magistrũ. Perfect⁹ aũt oĩs erit: si sit sicut magister eius. Quid aũt vides festucã i oculo fratris tui: trabẽ aũt q̃ in oculo tuo est non cõsideras. Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater sine eiiciam festucã de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem nõ videns. ypocrita eiice primũ trabẽ de oculo tuo: et tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui.

Credo. Offertoriũ. Illumina oculos meos ne vnꝙ obdormiã in morte nequãdo dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Secreta.

Respice domine munera sup-

plicantis ecclesie: et saluti credentiū perpetua sanctificatione sumenda concede. P. Coīo. Dn̄s firmamētū meum et refugiū meū et liberator meus deus meus adiutor meus. Postcoīo

SAncta tua nos dn̄e sūpta viuificent: et misericordie sempiterne preparent expiatos. Per. Feria.iiii

Ad Colocenses. iii.ca.

FRatres: Mortificate mēbra vestra que sunt super terrā fornicationē/immūdiciā/libidinē/ cōcupiscentiā malā: et auariciā que est simulacrorū seruitus. Propter quē venit ira dei: super filios icredulitatis. In quibus et vos ābulastis aliquādo: cū viueretis in illis. Nunc autē deponite et vos oīa: irā/ indignationē/maliciā/blasphemiā/ turpē sermonē de ore vestro. Nolite mētiri inuicē: expoliantes vos veterē hominē cū actibus suis et induētes nouū eū qui renouatur in agnitionē secundū imaginē eius qui creauit eū. Vbi nō est gentilis et iudeus: circūcisio et p̄puciū/barbarus et scita/seruus et liber: sed oīa et in oībus christus.

Secundū Lucam. vi

IN illo tp̄e: Dixit dn̄s iesus discipulis suis. Diligite inimicos vr̄os: benefacite his qui oderūt vos. Benedicite maledicentibus vobis: orate p̄ calūniātibus vos. Et qui te percutit in maxillā: prebe et alterā. Et ab eo qui aufert tibi vestimentū etiā tunicā noli p̄hibere. Omī autē petenti te tribue. Et q̄ aufert q̄ tua sūt: ne repetas. Et put vultis vt faciant vobis hoīes: et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt: que vobis est gratia? Nā et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciūt: que vobis est gratia? Siquidē et peccatores hoc faciūt. Et si mutuum dederitis his a quib⁹ speratis recipere: que gratia est vobis? Nā peccatores peccatorib⁹ fenerātur: vt recipiant equalia. Veruntamē diligite inimicos vestros: et benefacite: et mutuū date nichil inde sperantes: et erit merces vestra multa. Et eritis filii altissimi: q: ipse benign⁹ est sup ingratos et malos. Feria vi.

Epistola Jacobi apostoli. v.

FRatres: Patientes igit estote: vsqꝫ ad aduētū dn̄i. Ecce agricola expectat preciosū fructū terre patiēter ferēs: donec accipiat tēporaneū et serotinū. Patiētes igit estote et vos et cōfirmate corda vestra: quoniā aduēt⁹ dn̄i appropinquabit. Nolite igemiscere fratres in alterutrū: vt nō iudicemini. Ecce iudex āte ianuam assistit. Exēplū accipite fratres exitus mali et longanimitatis et laboris et patiētie p̄phetas: qui locuti sunt in noīe dn̄i. Ecce beatificamus eos: q̄ sustinuerūt. Sufferentiā iob audistis: et finē dn̄i vidistis: quoniā misericors est dn̄s et miserator.

Secundū lucam. ix

IN illo tp̄e: Factū est dū cōplerētur dies assūptionis iesu: et ipse faciē suā firmauit vt iret hierusalē. Et misit nūcios ante conspectū suum. Et euntes intrauerūt in ciuitatē samaritanorū: vt pararent illi. Et non receperūt eum: quia facies eius erat euntis hierusalē. Cum vi-

dissent autē discipuli eius iacobus et iohannes: dixerunt. Dñe vis dicimus vt ignis descendat de celo: ꝛ cō sumat illos sicut et helyas fecit: Et cōuersus increpauit illos: ꝛ dixit Ne scitis cuius spiritus estis: Filius ei hois non venit animas hoim perdere: sed saluare. Et abierūt: in aliud castellū. Dñica quinta. Officium.

Exaudi domīe vocē meā qua clamaui ad te: adiutor me⁹ esto ne derelinquas me neqꝫ despicias me deus salutaris meus. ps Dñs illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Oratio

Da nobis q̄s dñe vt et mūdi cursus pacifice tuo ordine dirigat et ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per.

Lcō eple btī petri apli. .iii.

Charissimi: Oēs vnanimes in orōe estote: cōpatientes fraternitatis amatores misericordes humiles. Non reddentes malum pro malo/ vel maledictū pro maledicto sed ecōtrario benedicētes: q2 in hoc vocati estis vt benedictionē hereditate possideatis. Qui enī vult vitā diligere et videre dies bonos: coerceat linguā suā a malo et labia eius ne loquatur dolum. Declinet aūt a malo et faciat bonū/ inquirat pacē et sequatur eā: quia oculi dñi super iustos/et aures eius in preces eorū. Vultus autē dñi: super facientes mala. Et q̄s est qui vobis noceat: si boni emulatores fueritis: Sed et si q̄d patimini propter iusticiā: beati. Timorē autem eorū ne timueritis: vt nō conturbemini. Dñm autē xp̄m: sanctificate in cordibus vestris. R. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos V. Dñe de⁹ virtutū exaudi pces seruorꝫ tuorū. Alla V. Qui timēt dominū sperent in eum adiutor et protector eorū est. Secundū Lucam. v.

In illo tpe: Cū turbe irruerent in iesum vt audirent verbū dei et ipse stabat secus stagnū genezareth. Et vidit duas naues: stātes secus stagnū. Piscatores autē descenderant: et lauabant retia. Ascēdens autem ī vnā nauē que erat symonis rogauit eū a terra reducere pusillū. Et sedens: docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autē loqui: dixit ad symonē. Duc in altū: et laxate retia vestra in capturā. Et respōdēs symō dixit illi. Preceptor per totā noctem laborantes nichil cepimus: in verbo aūt tuo laxabo rete. Et cum hoc fecisset: cōcluserunt pisciū multitudinē copiosā. Rūpebat autē rete eorꝫ. Et annuerūt sociis qui erāt in alia naui: vt venirēt ꝛ adiuuarēt eos. Et venerunt et ipleuerūt ābas nauiculas: ita vt pene mergerent. Qd̄ cum videret symō petrus: procidit ad genua iesu dicens. Exi a me: q2 homo peccator sū dñe. Stupor enī circundederat eum/ et oēs qui cū illo erāt in captura piscium quā ceperāt. Similiter autē iacobum et iohannē filios zebedei: qui erāt socii symonis. Et ait ad symonē iesus. Noli timere: ex hoc iā homines eris capiēs. Et subductis ad terram nauibus: relictis omnibus: secuti sūt eum. Credo. Offr. Benedicā dñm qui michi tribuit intellectū: prouidebā dñm in con-

spectu meo semper quoniã a dextris est michi ne commouear. **Secreta**

Oblationibus nostris dñe placare susceptis:et ad te nr̃as etiã rebelles cõpelle ꝓpicius volũtates. P do. **Coĩo** Unã petii a dño hanc requiram vt inhabitem in domo dñi omnib⁹ diebus vite mee. **Postcoĩo.**

Misteria nos dñe sancta purificent:et suo munere tueantur P do. **Feria.iiii. Ad colocenses. iii.**

Fratres: Omne quodcũqꝫ facitis in verbo aut in opere: oĩa in nõie dñi iesu gratias agẽtes deo et patri per ipsum. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet ĩ domĩo Uiri diligite vxores vestras:et nolite amari esse ad illas. Filii obedite parentibus per oĩa. hoc enĩ placitũ est in dño. Patres nolite ad ĩdignatioñẽ ꝓuocare filios vestros: vt non pusillo aĩo fiãt. Serui obedite per omnia dñis carnalibus nõ ad oculũ seruientes quasi hoĩbus placentes:sed in simplicitate cordis timẽtes dñm. Quodcunqꝫ facitis ex aĩo operamini sicut dño et nõ hoĩbus: sciẽtes ꝙ accipietis retributionẽ hereditatis per iesum christũ:dñm nostrum. **Secundũ Lucam ix.**

In illo tẽpore: Factũ est ambulãte iesu in via: dixit quidã ad illum. Sequar te:quocũqꝫ ieris. Et ait illi iesus. Uulpes foueas habẽt/ et volucres celi nidos:filius aũt hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet. Ait autẽ ad alterum. Sequere mẽ. Ille autẽ dixit. Domine permitte michi primũ ire sepelire patrem meũ. Dixitqꝫ ei iesus. Sine: vt mortui sepeliãt mortuos suos Tu autẽ vade:annũcia regnũ dei. Et ait alter Sequar te domie:sed primũ permitte michi renũciare his q̃ domi sũt. Et ait ad illũ iesus. Nemo mittens manũ suã ad aratrum/ et aspiciens retro:aptus est regno dei.

Feria vi. Ep̃la petri ap̃li. i.i.

Charissimi: Reportãtes finẽ fidei vestre salutẽ aĩarum vr̃aꝝ. De qua salute exquisierũt atqꝫ scrutati sunt ꝓphete qui de futura ĩ vobis gratia prophetauerũt:scrutãtes in quod vel in quale tẽpus significaret in eis spiritus christi / significãs eas que in christo sunt passiones et posteriores glorias. Quibus reuelatũ est:quia nõ sibimetipsis, vobis autẽ ministrabãt ea q̃ nũc nũciata sunt vobis per eos qui euãgelizauerũt vobis spiritu sctõ misso de celo: in quẽ desiderant angeli prospicere. Propter quod succicti lũbos mẽtis vestre sobrii perfecti sperate in eam que offert vobis gratiã:in reuelatione iesu christi. Quasi filii obediẽtie non cõfigurati prioribus ignorãtie vestre desideriis:sed secũdũ eum qui vocauit vos sanctũ. Quoniam scriptũ est. Sancti eritis:quoniam ego sãctus sũ. Et si patrẽ inuocatis eũ qui sine acceptione personaꝝ iudicat secundũ vniuscuiusqꝫ opus:ĩ timore incolatus vestri tẽpore cõuersamini. **Feria vi. Secundũ lucã.** vii

In illo tp̃e: Dixit dñs iesus discipulis suis Amen dico vobis/ maior inter natos mulieꝝ ꝓpheta iohanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei:maior ẽ

illo. Et oĩs popul⁹ audiẽs et publicani iustificauerũt deum: baptizati baptismo iohannis. Pharisei aũt ⁊ legisperiti cõsiliũ dei sp̃reuerũt in semetipsos: nõ baptizati ab eo. Ait aũt dñs Cui ergo siles dicã hoĩes generationis huius/ et cui similes sũt Similes sunt pueris sedẽtibus ĩ foro: et loquẽtibus ad inuicẽ et dicẽtibus. Cãtauimus vobis tibiis et nõ saltastis: lamẽtauim⁹/ et non plorastis. Venit enĩ iohãnes baptista: neq; mãducãs panẽ/ neq; bibẽs vinũ: et dicitis. Demoniũ habet. Venit filius hoĩs mãducãs et bibẽs: et dicitis. Ecce homo deuorator et bibẽs vinũ: amicus publicanorũ et peccatorũ. Et iustificata est sapientia: ab oĩbus filiis suis

Dñica vi. Officiũ.

Dominus fortitudo plebis sue et ptector salutariũ xp̃i sui et saluũ fac populũ tuũ dñe: et benedic hereditati tue et rege eos vsq; in seculũ. Ps. Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me: ne quando taceas a me et assimilabor descẽdẽtibus ĩ lacũ.

Oratio.

Deus qui diligẽtibus te bona ĩuisibilia preparasti infũde cordibus nostris tui amoris affectũ: vt te in oĩbus et super oĩa diligẽtes, p̃missiones tuas que oẽ desideriũ superãt cõsequamur. P.

Ad roma. vi

Fratres: Quicũq; baptizati sum⁹ in xp̃o iesu: ĩ morte ipsi⁹ baptizati sum⁹. Cõsepulti enĩ sumus cum illo per baptismũ in mortẽ: vt quomodo surrexit xp̃s a mortuis p gloriã patris ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enĩ cõplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erim⁹. Hoc sciẽtes: quia vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati: vt vltra nõ seruiam⁹ peccato. Qui enĩ mortuus est: iustificatus est a peccato. Si enĩ mortui sum⁹ cũ christo: credim⁹ q̃ simul etiam viuemus cũ ip̃o. Sciẽtes q̃ xp̃s resurgens a mortuis iã non morit̃: mors illi vltra nõ dñabit̃ Quod enĩ mortuus est pctõ: mortu⁹ est semel. Quod aũt viuit: viuit deo. Ita ⁊ vos existimate vos mortuos quidẽ esse peccato: viuẽtes aũt deo. In christo iesu dño nostro. R. Cõuertere dñe aliquantulũ: et deprecare super seruos tuos V. Dñe refugiũ factus es nobis a generatione et p̃genie. Alla. V. Dñe refugiũ factus es nobis a generatione et p̃genie.

Secundum Matheũ. v.

In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Amẽ dico vobis: q̃ nisi abũdauerit iusticia vestra plus q̃ scribarũ et phariseorũ: non intrabitis in regnũ celorũ. Audistis quia dictũ est antiquis. Nõ occides. Qui autẽ occiderit: re⁹ erit iudicio. Ego autẽ dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo re⁹ erit iudicio Qui autẽ dixerit fratri suo racha: re⁹ erit cõsilio. Qui autẽ dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuũ ad altare et ibi recordatus fueris q̃ frater tu⁹ habet aliq̃d aduersũ te: relinque ibi munus tuũ ante altare et vade prius recõsiliarĩ fratri tuo. Et tũc veniens: offer mun⁹ tuũ. Credo. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueãtur ve

stigia mea inclina aurē tuam et exaudi verba mea mirifica mias tuas qui saluos facis sperantes in te dn̄e. **Secreta.**

PRopiciare dn̄e supplicationibus nr̄is et has oblatiōes famulorum famularumqȝ tuarum benignus assume: vt qd̄ singuli obtulerūt ad honorē nois tui cūctis pficiat ad salutē p. **Cō.** Circuibo ꝛ imolabo in tabernaculo eius hostiā iubilationis cātabo et psalmū dicam dn̄o. **Postcoio.**

QVos celesti dn̄e dono saciasti p̄bea q̄s: vt a nr̄is mūdemur occultis et hostiū liberemur īsidiis. P

Feria.iiii. Ad thessalonicēses.ii.ii.ꝛ.3

FRatres: State et tenete traditiones quas didicistis siue per sermonē siue p ep̄lam nostrā. Ipse aūt dn̄s noster iesus xp̄s et de⁹ ꝛ pater noster qui dilexit nos et dedit cōsolationē etnā et spē bonā in gr̄a exhortetur corda vestra: et cōfirmet in oī opere et sermone bono De cetero fratres orate pro nobis vt sermo dn̄i currat et clarificet sicut et apd̄ vos: et vt liberemur ab īportunis et malis hoib⁹ Nō eī oīm est fides. Fidelis aūt deus est, q̄ cofirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus aūt de vobis ī dn̄o: qm̄ que p̄cipimus facitis ꝛ facietis. Dn̄s aūt dirigat corda vestra: ī charitate dei: ꝛ paciētia xp̄i.

Secundum Matheū. v.

IN illo tpe: Dixit dn̄s iesus discipulis suis Audistis qr dictū est ātiquis. Nō mecaberis. Ego aūt dico vobis: qm̄ oīs q̄ viderit mulierē ad cōcupiscendū eā: iā mecatus est eā ī corde suo. Qd̄ si oculus tuus dexter scādalizat te: erue eū ꝛ piice abs te. Expedit eī tibi vt pereat vnū mēbrorum tuorum: q̄ totū corp⁹ tuū mittatur in gehēnā. Et si dextera manus tua scādalizat te: abscide eā et pιice abs te. Expedit eī tibi vt pereat vnū mēbrorum tuorum: q̄ totū corpus tuū eat in gehennā. **Feria vi. Ad galathas.ii.c.**

FRatres: Deus psonā hoīs nō accipit. Michi aūt qui videbātur esse aliqd: nichil cōtulerūt. Sed ecōtra cū vidissēt q̄ creditū est michi euāgeliū p̄pucii sicut petro circūcisionis qui enī operat⁹ est petro in apostolatū circuncisionis, operatus est et michi īter gentes Et cū cognouissent gratiā q̄ data est michi: iacob⁹ ꝛ cephas et iohēs q̄ videbant colūne esse: dextras dederunt michi: et barnabe societatis: vt nos ingētes ipsi autē in circuncisionē tantū vt pauperum memores essemus. Quod etiā sollicit⁹ fui hoc ip̄m facere: in xp̄o iesu dn̄o nostro. **Secundū matheū.** v

IN illo tpe: Dixit dn̄s iesus discip̄lis suis Audistis: qr dictū ē ātiquis. Nō periurabis. Reddes autē dn̄o iuramēta tua. Ego autē dico vobis nō iurare oīno: neqȝ per celū qr thronus dei est: neqȝ per terrā, qr scabellū est pedū eius. neqȝ per hierosolymā quia ciuitas est magni regis. Neqȝ per caput tuū iuraueris: qr non potes vnū capillū albū facere aut nigrum. Sit autē sermo vester est est, Non: non. Quod autē his abundātius est: a malo est Audistis quia dictū est. oculū pro oculo: et dētē pro dēte. Ego autē dico vobis: nō resistere malo Sed si quis te percusserit in dexterā maxillā tuā: prebe il

li et alterã. Et ei qui vult tecũ iudicio contendere et tunicã tuã tollere: remitte ei et palliũ. Et quicunqꝫ te angariauerit mille passus: vade cũ illo ꝛ alia duo. Qui aũt petit a te da ei. Et volenti mutuare a te: ne auertaris. Dñica. vii. Officiũ

Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo ĩ voce exultationis all'a all'a all'a. ps Subiecit populos nobis et gẽtes sub pedibus nostris. Gloria patri. Oratio

Deus virtutũ cuius est totũ qđ est optimũ insere pectoribus nostris amorẽ tui nõis et presta ĩ nobis religionis augmẽtũ: vt q̃ sũt bona nutrias ac pietatis studio q̃ sũt nutrita custodias. P. Ad roma. vi.

Fratres: Humanũ dico: ꝓpter infirmitatẽ carnis vrẽ. Sicut enĩ exhibuistis mẽbra vrã seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mẽbra vestra seruire iusticie in sanctificationem Cum enĩ serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fructũ habuistis tunc: in quibus nũc erubescitis? Nã finis illoꝝ mors est. Nũc vero liberati a peccato serui aũt facti deo: habetis fructum vestrum in sanctificationẽ: finem vero vitam eternam. Stipendia enĩ peccati: mors Gratia autẽ dei: vita eterna. In christo iesu: dño nostro. R. Beata gẽs cuius est dñs deus eorum populus quem elegit dñs in hereditatẽ sib ꝛ. V. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorũ. All'a. V. Oẽs gentes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. Secundũ Marcũ. viii.

In illo tpe: Cũ turba multa esset cũ iesu nec haberẽt qđ manducarent: conuocatis discipulis ait illis. Misereor sup turbã: quia ecce iãtri duo sustinẽt me nec habent qđ manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suã: deficiẽt ĩ via. Quidã enĩ ex eis: de longe venerũt. Et responderũt ei discipuli sui: Unde istos poterit quis hic saturare panib' ĩ solitudine? Et ĩterrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerũt. Septẽ Et precepit turbe: discũbere sup terrã. Et accipiẽs septẽ panes: gratias agens fregit et dabat discipulis suis vt apponerent. Et apposuerunt turbe. Et habebant pisciculos paucos et ipsos benedixit: et iussit apponi. Et manducauerũt oẽs: et saturati sunt. Et sustulerũt quod superauerat de fragmẽtis: septem sportas. Erãt autẽ qui mãducauerant quasi quattuor milia: et dimisit eos. Credo. Offr. Sicut in olocaustũ arietũ et tauroꝛũ et sicut in milibus agnoꝛũ pinguiũ: sic fiat sacrificiũ nostrũ in conspectu tuo hodie vt placeat tibi quia non est cõfusio cõfidẽtibus in te dñe. Secre.

Propiciare dñe supplicationibus nostris et has oblationes populi tui benignus assume vt nullius sit irritũ votũ et nullius vacua postulatio presta q̃s: vt quod fideliter petimus efficaciter cõsequamur Per. Coĩo. Inclina aurẽ tuã accelera vt eruas nos domine. Postcoĩo.

Repleti domine munerib' tuis tribue q̃s: vt eorum et mundemur effectu et muniamur auxilio. Per dñm. Feria quarta.

Ad Romanos. v.ca.

Fratres: Scimus quoniā cū adhuc peccatores essemus: xp̄s p̄ nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nunc in sāguie ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enī cū inimici essemus reconsiliati sumus deo per mortē filii eius: multomagis reconsiliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autē sed et gloriamur in deo: per dominum nostrum iesum christum.

Secundum Matheū. xv.et.xvi.

In illo tempore: Ascendit iesus in nauiculam: et venit in fines magedan. Et accesserunt ad eū pharisei et saducei tentantes: et rogauerunt eum vt signum de celo ostenderet eis. At ille respondens ait eis. Facto vespere dicitis serenum erit: Rubicundum est enim celum. Et Et mane: hodie tempestas. Rutilat enim triste celum. Faciem ergo celi diiudicare nostis: signa autē tēporum non potestis. Generatio mala et adultera signū querit: et signū nō dabitur ei nisi signū ione pphete. Et relictis illis abiit. Et cū venissent discipuli eius trans fretū: obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis Intuemini et cauete a fermento phariseorum et saduceorum. At illi cogitabant intra se: dicentes. Quia panes non accepimus. Sciens autem iesus: dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei quia panes non habetis: Nondum intelligitis neq; recordamini quinq; panum et quiq; milia hominū et quot cophinos sumpsistis neq; septem panum et quattuor milia hominum et quot sportas sumpsistis: Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis: cauete a fermento phariseorū et saduceorum: Tunc intellexerunt qr non dixerit cauendum a fermento panum: sed a doctrina phariseorū et saduceorum.

Feria quarta.

Ad Romanos. vi.ca

Fratres: Nescitis quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum serui estis cui obedistis siue peccati ad mortem siue obeditionis ad iusticiam: Gratias autem deo: qꝫ fuistis serui peccati obedistis autē ex corde in eam formā doctrine in qua traditi estis. Liberati autē a peccato: serui facti estis iusticie In christo iesu: domino nostro.

Secundum Johānem. vi

In illo tempore: Cum cognouisset iesus quia venturi essent vt raperent eum et facerent eum regem: fugit iterum in montē ipse solus. Vt autem sero factum est: descēderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauem: venerūt trās mare in capharnaū Et tenebre iā facte erāt: et nō venerat ad eos iesus. Mare autem vento magno flāte exurgebat. Cum ergo remigassent quasi stadia viginti quinq; aut triginta: vident iesum ambulantem super mare et proximum naui fieri et timuerunt. Ille autem dixit eis. Ego sum. Nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauem: et statim fuit nauis ad terram in quam ibāt. Altera die turba que stabat trās mare vidit quia nauicula

alia non erat ibi nisi vna: et qz nõ introisset cũ discipulis suis iesus i nauẽ sed soli discipuli eius abissẽt Alie vero superuenerunt naues a tyberiade: iuxta locũ vbi mãducauerant panẽ gratias agẽtes dño. Cũ ergo vidisset turba quia iesus nõ esset ibi neqz discipuli eius: ascenderũt nauiculas et venerũt capharnaũ querentes iesum. Et cum inuenissẽt eũ trãs mare: dixerunt ei. Rabbi quãdo huc venisti: Respondit eis iesus: et dixit Amẽ amẽ dico vobis: q̃ritis me non quia vidistis signa: sed qz mãducastis ex panib⁹ et saturati estis Operamini non cibũ qui perit: sed qui permanet in vitã eternã: quem fili⁹ hominis vobis dabit Hũc enim pater signauit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei: Respondit iesus: et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis i eũ quẽ misit ille. Dñica viii. Officiũ.

Suscepimus deus miam tuam in medio tẽpli tui scdm nomẽ tuũ deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena ẽ dextera tua. ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Gloria in ex Orõ

Deus cui⁹ puidẽtia in sui dispositiõe nõ fallit te supplices exoram⁹ vt noxia cũcta submoueas ꝛ oĩa nobis pfutura cõcedas Per

Ad Romanos. viii.

Fratres: Debitores sumus nõ carni: vt secũdum carnẽ viuamus. Si eni secũdũ carnẽ vixeritis: moriemini Si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunqz eni spiritu dei aguntur: hi filii sunt dei. Non eni accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ in quo clamam⁹ abba pater. Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro: q: sum⁹ filii dei. Si autẽ filii: et heredes. Heredes quidẽ dei: coheredes autem christi. R. Esto michi in deũ protectorẽ et in locũ refugii vt saluũ me facias. V. Deus in te speraui dñe non confundar in eternũ. Alleluia. V. Quoniã deus magnus dñs et rex magnus super omnẽ terram.

Secundum Matheũ. vii.

In illo tpe: Dixit dñs iesus discipulis suis. Attẽdite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus autẽ sũt lupi rapaces. A fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. Nunquid colligũt de spinis vuas aut de tribulis ficus: Sic oĩs arbor bona fructus bonos facit mala aũt arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona fructus malos facere: neqz arbor mala fructus bonos facere Omĩs arbor que nõ facit fructũ bonum: excidet et in ignẽ mittet. Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Nõ oĩs qui dicit michi dñe dñe: itrabit i regnũ celorũ: sed qui facit voluntatem patris mei q̃ i celis est: ipse itrabit i regnũ celorũ. Credo. Offer. Populũ humilẽ saluũ facies dñe: et oculos supborũ humiliabis qm̃ quis de⁹ preter te dñe. Secre.

Deus qui legaliũ differẽtiã hostiaꝝ vnius sacrificii pfectione sãxisti accipe sacrificiũ a deuotis tibi populis oblatũ et pari benedicti

one sicut munera abel sactifica: vt quod singuli obtulerūt ad maiestatis tue honorē cūctis pficiat ad salutē. Per. Coīo Gustate et videte quoniam suauis est dñs beatus vir qui sperat in eo. Postcoīo.

Tua nos dñe medicinalis operatio, et a nostris peruersitatibus clemēter expediat: et ad ea que sunt recta perducat. Per.

Feria quarta. Ad corinthios xv.

Fratres: Nō oīs caro eadē caro sed alia hoīm/alia pecoꝝ: alia volucꝝ/alia pisciū. Et corpora celestia: et corpora terrestria. Sed alia q̄dē celestiū gloria: alia aūt terrestriū Alia claritas solis/alia claritas lune: et alia claritas stellarū. Stella enī a stella differt in claritate. Sic ꝛ resurrectio mortuoꝝ. Seminatur in corruptione: surget in icorruptione. Semiat̄ in ignobilitate: surget in glīa. Seminat̄ in ifirmitate: surget in virtute. Seminat̄ corpus aīale: surget corpus spirituale. Si ē corpꝰ aīale: est et spūale. Sicut scriptū est. Factus est primus homo adā in aīam viuentē: nouissimus adā ī spiritū viuificātē. Sed nō priꝰ qd̄ spūale est/sed quod aīale: deīde qd̄ spirituale. Secundū Matheū. xxiii.

In illo tpe: Dixit dñs iesus scribis et phariseis. Ve vobis scribe et pharisei ipocrite qui clauditis regnū celoꝝ ante hoīes. Vos enī nō intratis: nec introeuntes sinitis introire. Ve vobis scribe ꝛ pharisei ypocrite: qui comeditis domos viduarū orationes lōgas orātes propter hoc amplius accipietis iudiciū. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite: q̄ circuitis mare ꝛ aridā vt faciatis vnū pselitū. Et cū fuerit factꝰ: facitis eū filiū gehenne duplo q̄ vos. Ve vobis duces ceci: qui dicitis. Quicūq̄ iurauerit per tēplū: nichil ē. Qui aūt iurauerit ī auro tēpli: debitor est. Stulti: et ceci. Quid enī maius est aurū, an tēplū quod sactificat aurū? Et q̄cunq̄ iurauerit in altari: nichil est. Qui aūt iurauerit in dono quod ē super illud: debet. Ceci. Quid enim maiꝰ ē: donū an altare qd̄ sctificat donū? Qui ergo iurat in altari: iurat̄ eo ꝛ in oībꝰ q̄ sup illud sūt. Et q̄ iurat ī tēplo: iurat ī eo, et ī illo q̄ habitat in ipo. Et q̄ iurat ī celo: iurat ī throno dei: et ī eo q̄ sedet sup eū. Ve vobis scribe et pharisei ipocrite: qui decimat̄ mētā et anetū ꝛ cyminū et reliq̄stis q̄ grauiora sūt legis iudicium ꝛ miam et fidē. Hec oportuit facere: et illa nō omittere Feria sexta.

Ad Corinthios .ii. iiii

Fratres: Nō pdicamꝰ nosmetipos sed iesū xp̄m dñz: nos autē seruos vr̄os p iesū. Qm̄ deꝰ q̄ dixit de tenebris lucē splēdescere: ipe illuxit in cordibꝰ nr̄is ad illuiationē sciētie claritatis dei in facie xp̄i iesu. Habemus aūt thesauꝝ istū ī vasis fictilibꝰ: vt sublimitas sit virtutis dei, et nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur: sed nō āgustiamur. Aporiamur: sed nō destituimur. Persecutionem patimur: sed nō derelinquimur. Humiliamur: sed non confundimur. Deiicimur: sed nō perimus Sēp mortificationē iesu xp̄i ī corpe nostro circūferētes: vt et vita iesu

in corporibus nostris manifestetur
Secundum Lucam. xiii.
In illo tpe: Ibat dñs iesus p ciuitates et castella docẽs: et iter faciens in hierusalẽ. Ait autẽ illi qdã. Domine si pauci sũt qui saluantur? Ipse aũt dixit ad illos. Cõtendite intrare per angustã portã: quia multi dico vobis quẽrent intrare et nõ poterunt. Cũ autẽ intrauerit paterfamilias et clauserit ostiũ icipietis foris stare et pulsare ostiũ dicẽtes: Domine aperi nobis. Et respõdens, dicet vobis. Nescio vos: vnde sitis. Tũc incipietis dicere. Mãducauim⁹ corã te et bibim⁹: et in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos: vnde sitis. Discedite a me: oẽs operarii iniqtatis. Ibi erit fletus et stridor dentium: cum videritis abrahã et isaac/ et iacob/ et omẽs pphetas i regno dei: vos autẽ expelli foras. Et venient ab oriente et occidẽte/ et aqlone et austro: et accũbent in regno dei. Et ecce sũt nouissimi qui erant primi: et sunt primi: qui erãt nouissimi.
Dñica nona. Officiũ.
Ecce deus adiuuat me et dominus susceptor ẽ aĩe mee: auerte mala iimicis meis i vitate tua dispde illos ptector me⁹ dñe. P. Deus in noie tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me. Oratio
Largire nobis dñe qs sẽp spiritũ cogitãdi q recta sũt ppici⁹ agendi: vt q sine te esse nõ possum⁹. scdm te viuere valeam⁹ p. Ad cori. x.
Fratres: Nõ simus cõcupiscentes maloꝝ: sicut et illi cõcupierũt. Neqz idolatre efficiamini sicut qdã ex ipsis: queadmodũ scriptũ est Sedit ppl's mãducare et bibere: et surrexerũt ludere. Neqz fornicemur/ sicut quidã ex ipsis fornicati sũt: et ceciderũt vna die viginti tria milia. Neqz tẽtemus xpm sicut qdã eoꝝ tẽtauerũt: et a serpẽtib⁹ pierũt. Neqz murmuraueritis sicut qdã eoꝝ murmurauerũt: et pierũt ab exterminatore. Hec aũt oĩa: in figura contigebant illis: Scripta aũt sũt ad correctionẽ nrãm, in quos fines seculoꝝ deuenerunt. Itaqz q se existimat stare: videat ne cadat. Tẽtatio vos nõ apphẽdat: nisi humana. Fidelis aũt deus est qui nõ patiet vos tẽtari supra id qd potestis: sed faciet etiã cũ tẽtatiõe puẽtũ: vt possitis sustinere. R. Dñe dñs noster qadmirabile ẽ nomẽ tuũ i vniuersa terra. V. Qm eleuata est magnificẽtia tua sup celos. Alla. V. Qui sanat cõtritos corde et alligat cõtritiões eorum.
Secundum Lucam. xvi.
In illo tẽpore: Dixit dñs iesus discipulis suis parabolã hanc Homo quidã erat diues: q habebat villicũ. Et hic diffamatus est apud illũ: quasi dissipasset bona ipsi⁹. Et vocauit illũ: et ait illi. Quid hoc audio de te: Redde rationẽ villicatiõis tue. Jam enim nõ poteris villicare. Ait autẽ villicus intra se. Quid faciam: quia domin⁹ meus aufert a me villicationem: Fodere nõ valeo: mẽdicare erubesco. Scio quid faciã vt cũ amot⁹ fuero a villicatiõe: recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaqz singulis debitorib⁹ domini sui: dicebat primo. Quãtum debes dño meo: At ille dixit. Centũ cados

olei. Dixitq3 illi. Accipe cautionem
tuā: et sede cito scribe quinquaginta
Deinde alio dixit. Tu vero q̄tū de-
bes? Qui ait. Centum choros triti-
ci Ait illi. Accipe litteras tuas: et scri
be octoginta. Et laudauit dñs villi
cum iniq̄tatis q2 prudenter fecisset:
quia filii huius seculi prudētiores fi
liis lucis in generatione sua sūt. Et
ego vobis dico. Facite vobis amicos
de mām̄ona iniq̄tatis vt cū defeceritis
recipiant vos ī eterna tabernacula.
Credo. Offer. Iusticie dñi recte letificā
tes corda et iudicia eius dulciora sup mel
et fauū nā et seru9 tuus custodit ea. Se.

Suscipe q̄s domine munera q̄ de
tua largitate tibi deferim9: vt
hec sacrosācta mysteria grē tue ope
rāte virtute et presentis vite nos cō-
uersatione sanctificent ⁊ ad gaudia
eterna pducāt. P. Coio. Primū queri
te regnum dei et omia adiicientur vobis
dicit dominus. Postcoio.

Sit nobis dñe reparatio mētis
et corporis celeste mysteriū: vt
cuius exequimur actionē sentiam9
effectū. P. Feria iiii. Ad corinthios. v

Fratres: Scim9 quoniā si ter-
restris domus nostra hui9 ha-
bitationis dissoluatur: ꝙ edificationē
ex deo habemus domū nō manu-
factā sed eternā in celis. Nā et ī hoc
ingemiscim9 habitationē nostrā que
de celo est supidui cupiētes: si tamē
vestiti nō nudi inueniamur. Nā et
qui sumus in hoc tabernaculo inge
miscimus grauati: eo ꝙ nolumus
expoliari sed superuestiri vt absor-
beatur qd mortale est a vita. Qui aūt
efficit nos in hoc ipsū deus: qui de-
dit nobis pignus spiritus. Audiētes
igitur semper et scientes quoniam
dum sumus in hoc corpore peregri-
namur a dño. Per fidē eni ambula
mus: et nō per speciē. Audem9 autē
et bonā voluntatem habemus ma-
gis peregrinari a corpore: et presen-
tes esse ad dominū. Et ideo conten-
dimus: siue absentes/siue presentes
placere illi. Omēs eī nos manifesta-
ri oportet āte tribunal christi: vt re-
ferat vnusquisq3 propria corporis, p
ut gessit siue bonum / siue malum.
Scientes ergo timorem dñi homi-
nibus suademus: deo autem mani
festi sumus Spero autem et in con
scientiis vestris manifestos nos esse
per iesum xp̄m: dñm nostrum.

Secundum Lucam. xvi.

In illo tēpore: Dixit dñs iesus
scribis et phariseis. Qui fide-
lis est in minimo: et in maiori fide-
lis est. Et qui in modico iniquus est
et in maiori iniquus est. Si ergo in
iniquo mām̄ona fideles nō fuistis:
quod verum est quis credet vobis?
Et si in alieno fideles nō fuistis: qd
vestrū est q̄s dabit vobis? Nemo ser-
uus potest duobus dñis seruire Aut
eī vnū odiet et alterū diliget: aut vni
adherebit et alterū contēnet. Non
potestis deo seruire: ⁊ mām̄one. Au
diebant autem omnia hec pharisei
q̄ erant auari: et deridebant illum
Et ait illis Vos estis qui iustifica-
tis vos coram hominibus: deus aūt
nouit corda vestra: quia ꝙ homini-
bus altum est abhominatio est an-
te deū Lex et pphete: vsq3 ad iohānē
Ex eo regnū dei euāgelizatur ⁊ oīs ī il

ludvim facit. Facilius est autẽ celũ et terrã preterire: q̃ de lege vnũ apicẽ cadere. Feria vi. Ad corinthios. .i.i.

Fratres: Uidete vocationẽ vr nõ multi sapiẽtes secundũ carnẽ: nõ multi potẽtes/non multi nobiles: sed que stulta sũt mũdi elegit deus vt confũdat sapiẽtes. Et infirma mũdi elegit deus: vt confundat fortia. Et ignobilia mundi et contẽptibilia elegit deus: et ea que nõ sũt: vt ea que sunt destrueret vt nõ glorietur oĩs caro in cõspectu eius. Ex ipso autẽ vos estis in christo iesu q̃ factus est nobis sapiẽtia et iusticia/ et sanctificatio ⁊ redẽptio: vt queãd modũ scriptũ est: qui gloriat̃: ĩ dño glorietur. Feria sexta. Scdz lucã xi.

In illo tp̃e: Rogauit iesum quidã phariseus: vt prãderet apud se. Et ingressus recubuit. Pharise⁹ aũt cepit ĩtra se reputãs dicere: quare non baptizatus esset ante prãdiũ. Et ait dñs ad illũ. Nunc vos pharisei quod de foris est calicis: et catini mundatis: quod aũt intus est vestrũ plenũ est rapina et ĩiquitate. Stulti. Nõne q̃ fecit quod deforis est: etiam id quod deintus est fecit: Uerũtamẽ quod superest date elimosynã et ecce oĩa munda sunt vobis.

Dominica .x. Officium

Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his q̃ appropinquãt michi et hũiliauit eos qui est ãte secula et manet ĩ eternũ iacta cogitatũ tuũ in dño et ipse te enutriet. ps Exaudi deus orationẽ meã ⁊ ne despexeris deprecationẽ meam intẽde michi et exaudi me Gl'a. Orõ

Pateãt aures mĩe tue dñe preci b⁹ supplicãtiũ: et vt petẽtibus desiderata cõcedas fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dñm.

Ad Corinthios. i. xii

Fratres: Scitis quoniã cũ gẽtes essetis ad simulacra muta put ducebamini eũtes. Ideo notũ vobis facio: q̃ nemo in spiritu dei loquẽs dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus: nisi ĩ spiritu sctõ. Diuisiones vero grãrũ sũt idẽ aũt spiritus. Et diuisiões ministrationũ sũt: idẽ aũt dñs. Et diuisiones operationũ sunt: idẽ vero deus: qui operat̃ oĩa in oĩbus. Unicuiq3 autẽ datur manifestatio spiritus ad vtilitatẽ. Alii quidẽ per spiritũ dat̃ sermo sapiẽtie: alii aũt sermo sciẽtie secundũ eundẽ spiritum. Alteri fides: in eodẽ spiritu, Alii gratia sanitatum: in vno spiritu. Alii opatio virtutum: alii prophetia/ alii discretio spirituũ. Alii genera linguarũ: alii ĩterpretatio sermonũ. Hec aũt oĩa operatur vnus: atq3 idẽ spirit⁹ diuidens singulis: prout vult. R. Custodi me dñe vt pupillã oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. V. De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat oculi tui videãt equitatem. Alleluia. V. Letatus sum in his que dicta sunt michi in domũ domini ibimus. Secundum Lucam. xx.

In illo tempore: Cum appropiquaret iesus hierusalem: vidẽs ciuitatem fleuit super illam: dicens Quia si cognouisses et tu. Et quidẽ in hac die tua que ad pacẽ tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: ⁊ circũ

dabūt te inimici tui vallo et circun-
dabūt te: et coangustabūt te vndiqꝫ
et ad terram prosternent te et filios
tuos qui in te sunt. Et non relinquēt
in te lapidē super lapidē: eo ꝙ nō co
gnoueris tēpus visitatōis tue. Et in
gressus templū: cepit eiicere venden
tes in illo et emētes dicēs illis. Scri
ptum est: quia domus mea domus
orationis est. Vos aūt fecistis illam
speluncā latronum. Et erat docēs
quotidie in tēplo. Offꝫ. Ad te domie
leuaui animā meā deus meus in te cōfi-
do non erubescam: neqꝫ irrideāt me ini-
mici mei etenī vniuersi qui te expectāt nō
confundentur. Secreta.

CONcede nobis dñe q̄s hec fre-
quētare mysteria: quia quoti-
ens huius hostie cōmemoratio cele-
bratur opus nostre redēptionis exer
cetur. Per. Coīo. Acceptabis sacrificiū
iusticie oblationes et olocausta super al-
tare tuum domine. Postcoīo

TUi nobis dñe cōmunio sacra
menti: et purificationē confe-
rat et tribuat vnitatē. Per dñm.

Feria quarta. Ad Corinthios vi

FRatres: Nolite iugū ducere cū
infidelibꝰ. Que enī participa
tio iusticie cum īiquitate? Aut que
societas luci ad tenebras? Que aūt
cōuentio christi ad belyal? Aut que
pars fideli cum īfideli? Qui aūt cō-
sensus tēplo dei cū idolis? Vos enī
estis templū dei viui: sicut dicit deꝰ.
Quoniā inhabitabo in illis et inā-
bulabo inter eos: et ero illoꝝ deus et
ipsi erunt michi populus. Propter
quod exite de medio eorū et separa-
mini: dicit dñs. Et imundū ne teti-
geritis: et ego recipiā vos. Et ero vo
bis in patrē: et vos eritis michi in fi
lios et filias. Has igitur habētes ꝓ-
missiones charissimi mūdemꝰ nos
ab oī inquinamēto carnis et spiritꝰ,
perficientes sāctificationē in timo-
re dei. Secundū Marcum. xi.

IN illo tēpore: Introiuit iesus
hierosolymā in templū. Et cir
cūspectis oībus: cum iam vespera es
set hora, exiuit in bethaniā cum du-
odecim. Et alia die cū exiret a betha
nia: esuriit. Cūqꝫ vidisset alōge ficū
habentē folia: venit si qd forte inue
niret in ea. Et cū venisset ad eā: ni-
chil inuenit preter folia. Non enim
erat tēpus ficoꝝ. Et respondens di
xit ei. Jam nō amplius in eternum
quisq̄ ex te fructum manducet. Et
audiebant discipuli eius. Et veniūt
iterum hierosolymam. Et cū intro
isset templū: cepit eiicere vendentes
et emētes in tēplo: et mēsas nūmu-
lariorum et cathedras vendentium
colūbas euertit. Et non sinebat: vt
quisq̄ transferret vas per templum.
Et docebat: dicens eis. Nonne scri-
ptū est: quia domus mea domꝰ ora-
tionis vocabitur omibus gentibus.
Vos autem fecistis eam: speluncā
latronum. Quo audito: principes
sacerdotum et scribe querebāt quo-
modo eum perderent. Timebāt enī
eum: quoniam vniuersa turba am
mirabatur super doctrina eius. Et
cum vespera facta esset: egrediebat
de ciuitate. Et cum mane trāsirēt:
viderūt ficum aridā factā a radici
bus. Et recordatꝰ petrꝰ: dicit ei Rab-
bi ecce ficꝰ: cui maledixisti aruit. Et

respondens iesus: ait illis. Habete fidem dei. Amen dico vobis: quia quicunq̄ dixerit huic mōti tollere ⁊ mittere ī mare et non hesitauerit in corde suo: sed crediderit quia quodcunq̄ dixerit fiat fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecunq̄ orantes petitis credite quia accipietis: et eueniet vobis. Et cum stabitis ad orandum: dimittite si quid habetis aduersus aliquē vt et pater vester qui ī celis est dimittat vobis peccata vr̄a Quod si vos nō dimiseritis: nec pater vester qui in celis est: dimittet vobis peccata vestra.

Feria sexta. Ad colocenses i. ca

Fratres: Gratias agentes deo et patri qui dignos nos fecit ī partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnū filii dilectionis sue in quo habemus redemptionem et remissionem peccatorū Qui est imago dei inuisilis primogenitus omnis creature: quia in ipso condita sunt omnia in celis et in terra visibilia et inuisibilia/ siue throni/ siue dn̄atiōes/ siue principatus/ siue potestates. Omnia per ipsū et ī ipso creata sūt: et ipse est ante oēs/ et omia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie qui est principium primogenitus ex mortuis vt sit in omnibus ipse primatū tenēs: dominus noster: iesus christus.

Secundum Lucam. xx.

In illo tēpore: Factū est in vna dierum docēte iesu populum ī templo et euāgelizāte: conuenerūt principes sacerdotū et scribe cum senioribus et aiūt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis aut quis est qui dedit tibi hāc potestatē: Respondens autē iesus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnum verbū: respondete michi. Baptismum iohannis de celo erat: an ex hoībus: At illi cogitabant inter se dicētes: quia si dixerimus de celo dicet. Quare ergo non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim: iohannem prophetam esse. Et responderunt se nescire: vnde esset. Et iesus ait illis. Neq̄ ego dico vobis: in qua potestate hec facio.

Dominica vndecima. Officiū

Deus in loco sancto suo deus qui inhabitare facit vnanimes ī domo ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue. Ps Exurgat deus et dissipentur inimici eius ⁊ fugiāt qui oderūt eū a facie eius. Orō

Deus qui omnipotētiā tuā parcēdo maxime et miserādo manifestas multiplica super nos gratiam tuā: vt ad tua promissa currētes celestium bonorū facias esse cōsortes. Per. Ad Corinthios i. xv. ca.

Fratres: Notū vobis facio euāgelium quod predicaui vobis quod et accepistis in quo et statis p quod et saluamini. Qua ratiōe predicauerī vobis si tenetis: nisi frustra credidistis Tradidi enī vobis in primis quod et accepi: quoniā christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas et quia sepultus est ⁊ quia resurrexit tercia die se

cundũ scripturas: et quia visus est cephe: et post hoc vndecim. Deinde visus est plusq̃ quingẽtis fratrib⁹ simul: ex quibus multi manent vs- q̃ adhuc. Quidam autẽ dormierũt Deinde visus est iacobo: deinde a- postolis omib⁹. Nouissime aũt om niũ tanq̃ abortiuo: visus est ⁊ mihi Ego enim sum minimus apstolo- rum: qui non sum dignus vocari a postol⁹: quoniam psecutus sum ec clesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum. Et gratia eius: in me vacua non fuit. ℟ In deo sperauit cor meũ et adiutus sũ et refloruit caro mea et ex volũtate mea cõfitebor illi. ℣. Ad te dñe clamabo deus me⁹ ne sileas ne disce das me. Alla. ℣ paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ cantabo et psalmũ dicã in gloria mea. Scdm lucã. xviii.

In illo tempore. Dicebat iesus ad quosdam qui in se confide bant tanq̃ iusti et aspnabant cete- ros: parabolam istam dicens: Duo homines ascenderunt in templũ vt orarent: vn⁹ phariseus et alter pub lican⁹. Phariseus stans hec apud se orabat Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominũ: rapto res: iniusti: adulteri: velut etiam hic publican⁹ Jeiuno bis in sabbato de cimas do omniũ que possideo. Et publicanus a longe stans: nolebat nec oculos ad celũ leuare: sed pcuti- ebat pectus suũ dicens. Deus ppici us esto michi peccatori. Dico vobis descẽdit hic iustificatus in domũ su am ab illo. Quia omnis qui se ex- altat: humiliabitur et qui se humi- liat. exaltabitur. Credo. Offertoriũ

Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me dñe clamaui ad te et sanasti me. Secreta.

Tibi dñe sacrificia dicata red- dant: que sic ad honorẽ nomi nis tui deferenda tribuisti: vt eadẽ remedia fieri nostra prestares. Per dñm. Coio. Honora dñm de tua sub- stãtia et de primitiis frugũ tuarũ vt im- pleãtur horrea tua saturitate et vino tor cularia redundabunt Postcoio.

Quesumus domine deus no- ster: vt quos diuinis reparare non desinis sacramentis tuis non destituas benignus auxiliis. Per d̃

Feria quarta. Ad colocenses. ii. c.

Fratres. Uidete ne quis vos decipiat per philosophiã et in anem fallaciã: secũdum traditionẽ hominũ: scdm elementa mundi: et non secundũ xp̃m. Quia in ipso in habitat omnis plenitudo diuinita tis corporaliter: et estis in illo reple ti. Qui est caput omis principatus et potestatis: in quo ⁊ circũcisi estis circũcisione non manu facta in ex poliatiõe corporis carnis sed in cir- cuncisione christi. Consepulti ei in baptismo: in quo et resurrexistis p fidẽ operationis dei: qui suscitauit illũ a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et preputio carnis vestre: conuiuificauit cum illo: do- nans vobis omnia delicta.

Secundum Matheum. xxi.

In illo tempore. Dixit dñs ie- sus principibus sacerdotũ et senioribus iudeorũ parabolam hãc Homo quidã habebat duos filios. Et accedens ad primum: dixit. Fili

vade: hodie operare in vineā meā. Ille autē respōdens: ait. Nolo. Postea autē penitētia motus abiit. Accedēs autē ad alterū: dixit similiter At ille respōdēs: ait. Eo dn̄e. Et nō iuit. Quis ex duobus fecit volūtatē pr̄is? Dicūt ei. Prim⁹. Dicit illis iesus. Amē dico vobis: q2 publicani et meretrices p̄cedūt vos in regno dei Venit eni ad vos iohānes in via iustitie/ et nō credidistis ei. Publicani aūt et meretrices: crediderūt ei. Vos autē vidētes nec penitentiā habuistis postea: vt crederetis ei. Feria.vi

Ep̄la. Pauli. ad corinthios. i.v.et.vi

Fratres. Scripsi vobis in epistola ne cōmisceamini fornicariis. Nō vtiqȝ fornicariis hui⁹ mūdi/ aut auaris/ aut rapacibus/ aut idolis seruiētibus: alioquin debueratis de hoc mūdo exisse. Nūc autē scripsi vobis: nō cōmisceri. Si is q̄ frater noīatur inter vos est fornicator: aut auarus/ aut idolis seruiēs/ aut maledicus/ aut ebriosus/ aut rapax: cū huiusmodi/ nec cibū sumere Quid enī michi de his qui foris sūt iudicare? Nō de his qui intus sunt vos iudicatis? Nā eos qui foris sūt deus iudicabit. Auferte malū ex vobis ipsis. Audet aliq̄s vr̄m habēs negotiū aduersus alterum: iudicari apud iīquos: et nō apud sc̄tōs? An nescitis q̄m sancti de hoc mūdo iudicabūt? Et si ī vobis iudicabit' mūdus: indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis q̄m angelos iudicabimus: quāto magis secularia. Secularia igitur iudicia si habueritis contētibiles qui sūt in ecclesia illos cōstituite ad iudicandū. Ad verecundiā vestrā dico. Si nō est inter vos sapiens quisq̄ qui possit iudicare inter fratrē suū: sed frater cum fratre iudicio cōtendit: et hoc apud īfideles. Jā quidē oīno delictū est in vobis: q2 iudicia habetis inter vos. Quare nō magis iīuriā accipitis? Quare nō magis fraudē patimini Sed vos iniuriā facitis et fraudatis: et hoc fratribus

Secundū Matheum. xxiii.c.

In illo tēpore. Dixit dn̄s iesus scribis et phariseis. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̄a mūdatis qd̄ de foris est calicis et parapsidis: intus aūt pleni estis rapina et īmundicia. Pharisee cece mūda prius qd̄ intus est calicis/ et parapsidis: vt fiat et id qd̄ de foris est mundū. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̄a similes estis sepulcris dealbatis: q̄ a foris parēt hoībus speciosa: ītus autē plena sūt ossib⁹ mortuorū/ et oī spurcicia. Sic et vos a foris quidē paretis hoībus iusti: itus autē pleni estis hypocrisi et iniquitate. Dn̄ica.xii. Officium.

Deus in adiutoriū meū intēde dn̄e ad adiuuādū me festina: cōfūdant' et reuereantur iīmici mei qui q̄rūt aīam meā. Ps. Auertātur retrorsū et erubescant' q̄ volūt michi mala. Oratio.

Omnip̄s sēpiterne de⁹ q̄ abūdātia pietatis tue et merita supplicū excedis et vota: effūde super nos miam tuā: vt dimittas que cōsciencia metuit: et adiícias qd̄ oratio nō p̄sumit. P. Ad corinthios. ii.iii.c.

Fratres. Fiduciã talẽ habem⁹ p xpm ad deũ:nõ q sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nra ex deo ẽ. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamẽti:nõ littera sed spũ. Littera enĩ occidit: sps autem viuificat. Qđ si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria:ita vt nõ possent intẽdere filii israel in faciẽ moysi ppter gloriã vultus eius q̃ euacuat: quomodo non magis ministratio spũs erit in gloria: Nã si ministratio dãnatiõis gloria est:multomagis abundat ministeriũ iustitie in gloria. ℟. Bñdicã dñm in omĩ tpe semper laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabit aĩa mea audiãt mansueti et letent. Alla. ℣. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmũ iocundũ cũ cythara Sđm Marcum. vii.c.

In illo tpe. Exiẽs iesus de finibus tyri: venit per sydonẽ ad mare galilee: ĩter medios fines decapoleos. Et adducũt ei surdum et mutũ:et deprecabant eũ/vt ĩponat illi manũ. Et apphendẽs eũ de turba seorsũ:misit digitos suos in auriculas eius:et expuẽs tetigit liguã eius. Et suspiciẽs in celũ:ingemuit:et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et stati aperte sũt aures ei⁹: et solutũ est vinculũ lingue eius:et loquebatur recte. Et precepit illis: ne cui dicerent. Quãto autẽ eis precipiebat:tanto magis plus predicabant:et eo amplius admirabantur dicentes. Bene omnia fecit: et surdos fecit audire:et mutos loqui.

Credo. Offerto. Precat⁹ est moyses ĩ cõspcũ dñi dei sui et dixit pcat⁹ e moyses ĩ cõspcũ dñi dei sui ⁊ dixit quare dñe ĩrasceris ĩ pplo tuo pce ire aĩe tue memẽto abraha isaac ⁊ iacob qb⁹ iurasti dare trã fluẽtẽ lac ⁊ mel ⁊ placat⁹ fact⁹ ẽ dñs de malignitate quã dixit facere pplo suo Secreta.

Respice dñe q̃s nostrã propitius seruitutem:vt quod offerimus sit tibi munus acceptũ: sit nostre fragilitati subsidiũ. p d. Coĩo. De fructu operũ tuorũ dñe saciabit terra vt educas panẽ de terra et vinũ letificet cor hoĩs vt exhilaret faciem in oleo et panis cor hoĩs cõfirmet. Postcoĩo.

Sentiamus dñe q̃s tui perceptione sacramenti subsidium mentis et corporis: vt in vtroq₃ saluati celestis remedii plenitudine gloriemur. Per dñm. Feria quarta. Ad romanos. xiii.c

Fratres. Omĩs aĩa potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit. Nõ est enĩ potestas:nisi a deo. Que autẽ sunt:a deo ordinata sũt. Itaq₃ q̃ resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autẽ resistunt:ipsi sibi dãnationẽ acquirũt. Nã principes nõ sunt timori boni operis:sed mali. Vis autẽ non timere potestatem: Bonũ fac:et habebis laudẽ ex illa. Dei enĩ minister est tibi in bonum. Si autẽ malum feceris:time. Non enĩ sine causa: gladiũ portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei qui malum agit.

Secundũ Marcum. viii.c.

In illo tempore. Venit dñs iesus cũ discipulis suis bethsayda. Et adducunt ei cecũ:et rogabãt

eũ:vt illũ tangeret. Et apprehensa manu ceci:eduxit eũ extra vicũ. Et expuẽs in oculos eius:ĩpositis manibus suis:interrogauit eũ si aliqd videret. Et aspiciens ait. Video homines:velut arbores ambulantes. Deinde iterũ ĩposuit manus super oculos eius:et cepit videre. Et restitutus est ita:vt clare videret oĩa. Et misit illũ in domũ suã:dicens. Vade in domũ tuã. Et si in vicũ introieris:nemini dixeris. Feria vi. Ad tessalonicenses. ii.iii.c.

Fratres. Denũtiamus vobis in noĩe dñi nostri iesu christi: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinate: et non scdm traditionẽ quã acceperunt a nobis Ipsi eni scitis queadmodũ oportet imitari nos:qm nõ inquieti fuimus inter vos:neq gratis panem mãducauimus ab aliquo:sed in labore et fatigatione nocte et die operantes:ne quẽ vestrũ grauaremus. Nõ quasi nõ habuerimus potestatẽ:sed vt nosmetipsos formã daremus vobis ad imitãdũ nos. Nã et cũ essemus apud vos:hoc denũtiabamus vobis qm si quis non vult operari:nec mãducet. Audiuimus enĩ inter vos quosdã ambulantes in quiete:nichil operãtes:sed curiose agentes. Hiis autẽ qui eiusmodi sũt: denũtiamus et obsecramus in dño iesu xpo:vt cũ silentio operantes suũ panẽ manducẽt. Vos autẽ fratres:nolite deficere bñfaciẽtes: i xpo iesu dño nr̃o. Scdʒ matheũ. ix.

In illo tempore. Trãseunte iesu:secuti sũt eum duo ceci clamantes/et dicẽtes. Miserere nostri fili dauid. Cũ autẽ venisset domũ. accesserũt ad eũ ceci. Et dicit eis iesus Creditis qa hoc possũ facere vobis. Dicũt ei. Vtiq dñe. Tũc tetigit oculos eorũ:dicẽs. Scdm fidem vestrã fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorũ. Et cõminatus est illis iesus: dicẽs. Videte:ne quis sciat. Illi aũt exeũtes:diffamauerũt eum in tota terra illa. Egressis autẽ illis:ecce obtulerũt ei hoiem mutũ demonium habentẽ. Et eiecto demone locutus est mutus. Et admirate sũt turbe: dicẽtes. Nunq apparuit sic in israel. Dñica.xiii. Officium.

Respice dñe in testamẽtũ tuum et aĩas pauperũ tuorũ ne derelinquas in finẽ:exurge dñe et iudica causã tuã et ne obliuiscaris voces querentium te. Ps. Vt quid deus repulisti in finẽ:iratus est furor tuus super oues pascue tue. Orõ.

Omnipotẽs et misericors deus de cuius munere venit:vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur:tribue qs nobis:vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per dominũ nostrũ.

Ad galathas. iii.c.

Fratres. Abrahe dicte sunt promissiones:et semini eius. Nõ dicit et seminibus quasi in multis sed quasi in vno et semini tuo qui est xps. Hoc autẽ dico:testamẽtũ cõfirmatum a deo que post quadringentos et triginta annos facta est lex:non irritũ facit ad euacuãdam promissionẽ. Nam si ex lege hereditas:iã non ex promissione. Abrahe

autē: per repromissionē donauit de us. Quid igit lex. Propter trāsgres sionē posita est: donec veniret semē cui promiserat: ordinata per ange-los in manu mediatoris. Media-tor autē vnius nō est: deus autē vnꝰ est. Lex ergo aduersus promissa dei Absit. Si enī data esset lex que pos set viuificare: vere ex lege esset iusti tia. Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide ie-su christi: daretur credentibus. ℟. Respice dñe in testamentū tuum et aīas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finē. ℣. Exurge dñe et iudica causā tuā me-mor esto opprobrii seruorū tuorū. Alła ℣. Dñs regnauit decorē induit: induit dñs fortitudinē et precinxit se virtute.

Secundum Lucam. x.c.

In illo tpe. Dixit iesus discipu lis suis. Beati oculi: q̄ vidēt q̄ vos videtis. Dico enī vobis: ꝙ mul ti prophete et reges voluerūt videre que vos videtis/ et nō viderūt: et au dire que auditis/ et nō audierūt. Et ecce quidā legisperitus surrexit: tē-tans illū: et dicens. Magister: quid faciendo vitā eternā possidebo? At ille dixit ad eū. In lege quid scriptū est? Quomodo legis? Ille respōdēs dixit. Diliges dñm deū tuum ex to to corde tuo: et ex tota aīa tua: et ex omībus viribus tuis: et ex omī mē te tua: et proximū tuū sicut te ipsū. Dixitqꝫ illi. Recte respondisti. Hoc fac: et viues. Ille autē volens iusti-ficare seipsum: dixit ad iesū. Et q̄s est meus proximus? Suspiciēs an-tem iesus: dixit. Homo quidā descē-debat ab hierusalem in hierico: et i-cidit in latrones. Qui etiam dispo liauerūt eum: et plagis impositis abierūt/ semiuiuo relicto Accidit au tē vt sacerdos q̄dā descenderet eadē via: et viso illo preteriuit. Simili-ter et leuita cū esset secus locum et videret eū: pertransiit. Samarita-nus autē quidā iter faciēs: venit se cus eū: et vidēs eū: misericordia mo tus est. Et appropiās alligauit vul nera eius: infūdens oleū et vinum. Et īponens illū in iumētū suū: du xit in stabulū: et curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit stabulario et ait. Curā illi-us habe: et quodcunqꝫ supereroga-ueris ego cum rediero reddam tibi Quis horū trium videtur tibi pro-ximus fuisse illi: qui icidit in latro-nes? At ille dixit. Qui fecit miam in illū. Et ait illi iesus. Uade: et tu fac similiter. Credo. Offer. In te dñe speraui dixi tu es deus meus in ma-nibus tuis tempora mea. Secreta.

Hostias quesumus dñe propi tius intende quas sacris alta ribus exhibemus: vt nobis indulgē tiam largiendo: tuo nomī dent ho-norem. Per dn. Coīo. Panem de ce-lo dedisti nobis dñe habētē omē delecta-mentū et oīs saporis suauitatē. Postcō

Uiuificet nos quesumus dñe huius participatio sācta my sterii: et pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dñm.

Feria.iiii. Ad corinthios. i.iii.c.

Fratres. Nescitis quia templū dei estis: et spiritus dei habi-tat in vobis? Si quis autem tem-plū dei violauerit: disperdet illum

deus. Templū eni dei sanctū est: qđ estis vos. Nemo se seducat. Si qs videt inter vos sapiens esse: in hoc seculo stultus fiat vt sit sapiēs. Sapiētia eni huius mūdi: stultitia est apud deū. Scriptū est eni. Cōprehē dam sapientes in astutia eorū. Et iterū. Dñs nouit cogitationes sapientiū: quoniā vane sunt. Itaq3 nemo glorietur in hominibus: sed in domino iesu christo.

Secundum Marcum. x.c.

In illo tēpore. Cū egressus esset iesus in viam: procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eū dicens. Magister bone quid faciam: vt vitam eternā percipiam. Jesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus: nisi vnus deus. Precepta nosti. Ne adulteres/ ne occidas/ ne fureris/ ne falsum testimonium dixeris/ ne fraudem feceris: honora patrem tuum et matrem. At ille respondēs: ait illi. Magister hec omnia obseruaui a iuuētute mea. Jesus autem intuitus eū: dilexit eum: et dixit illi. Unum tibi deest. Vade: quecunq3 habes vende: et da pauperib9: et habebis thesaurum in celo: Et veni: sequere me. Qui cōtristatus in verbo: abiit merens. Erat eni habens multas possessiones. Et circunspiciens iesus: ait discipulis suis: q̄ difficile qui pecunias habent: in regnum dei itroibunt. Discipuli autem obstupescebāt in verbis eius. At iesus rursus respondens: ait illis. Filioli q̄ difficile est: confidentes in pecuniis in regnum dei itroire. Facilius est camelum per foramen acus transire q̄ diuitem intrare in regnum dei: Qui magis admirabantur: dicentes ad semetipsos. Et qs potest saluus fieri? Et intuens illos iesus ait Apud hoīes impossibile est: sed nō apud deum. Omnia enim possibilia sunt apud deum.

Feria sexta. Ad timotheū. i. vi.

Charissime. Precipe diuitibus huius seculi: non sublime sapere neq3 sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo qui prestat nobis omīa abunde ad fruendum. Bene agere diuites fieri in operib9 bonis facile tribuere: communicare/ thesaurizare sibi fundamētum bonum: in futurum: vt apprehendāt bonam vitam.

Secundum Marcum. xii. c.

In illo tempore. Interrogauit iesum quidā de scribis: quod est primum omnium mandatum Jesus autem respondit ei: quia primum omniū mandatum est. Audi israel: dominus deus tuus deus vnus est. Et diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo/ et ex tota aīa tua/ et ex tota mente tua/ et ex tota virtute tua. Hoc est primum mādatum. Secundum autem simile est illi. Diliges proximū tuum: tanq̄ teipsum. Maius horum: aliud mādatum nō est. Et ait illi scriba. Bene magister in veritate dixisti: qa vnus est deus: et non est alius preter eum. Et vt diligatur ex toto corde/ ex toto intellectu/ et ex tota aīa et ex tota fortitudine/ et diligere proximum tanq̄ seipsum: maius est

omibus holocaustomatibus et sacrificiis. Jesus autem videns q sapienter respondisset: dixit illi. Non es longe a regno dei.

Dñica.xiiii. Officium.

Protector noster aspice deus: et respice in faciē xpi tui qr melior est dies vna in atriis tuis super milia. ps. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū: concupiscit et deficit anima mea in atria dñi. Oro.

Omnipotēs sēpiterne deus: da nobis fidei spei et charitatis augmētū: et vt mereamur assequi quod pmittis: fac nos amare quod precipis. Per. Ad galathas. v.c.

Fratres. Spiritu ambulate: et desideria carnis nō pficietis. Caro enī cōcupiscit aduersus spm: spūs autē aduersus carnē. Hec enī sibi inuicē aduersant: vt nō quecūqz vultis illa faciatis. Quod si spū ducemini: non estis sub lege. Manifesta sunt aūt opera carnis. Que sūt fornicatio/imūdicia/īpudicicia/luxuria/idolorū seruitus/veneficia/inimicicie/cōtētiones/emulatiōes/ire rixe/dissētiones/secte/īuidie/homicidia/ebrietates/ commessatiōes: et hiis similia. Que predico vobis sicut predixi: qm qui talia agunt: regnū dei nō cōsequent. Fructus aūt spūs est: charitas/gaudiū/pax/pacientia/lōganimitas/bonitas/benignitas/mansuetudo/fides/modestia/continētia/castitas / aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt christi: carnem suam crucifixerunt cum viciis/et cōcupiscētiis. R. Bonū est cōfidere in dño q confidere in homine. V. Bonū est sperare in dño q sperare in principibus. Alleluia. V. Jubilate deo omis terra seruite dño in leticia. Secundum Lucā. xvii.c.

In illo tēpore. Cū iret iesus in hierusalem transibat per mediam samariā/et galileam. Et cū ingrederetur quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: et leuauerūt vocem dicentes. Jesu preceptor miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Jte ostendite vos sacerdotibus. Et factū est dum irent: mundati sunt. Vnus autem ex illis: vt vidit quia mūdatus est: regressus est cum magna voce magnificans deū. Et cecidit in faciē ante pedes eius/ gratias agens. Et hic erat samaritanus Respondens autē iesus: dixit. Non ne decem mundati sunt? Et nouē vbi sunt? Non est inuentus qui rediret et daret gloriā deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade quia fides tua: te saluū fecit. Credo. Offertorium. Jmmittit angelus dñi in circuitu timentium eum et eripiet eos gustate et videte quoniam suauis est dominus. Secreta.

Propiciare dñe populo tuo propiciare muneribus: vt hac oblatione placatus et indulgentiam nobis tribuas: et postulata concedas. Per dominum. Coio. Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcoio.

Sumptis domine sacramētis celestibus: ad redēptionis eterne quesumus proficiamus augmētum. Per dominum nostrum.

Feria iiii. Ad timotheũ. i.i.c.

Charissime. Finis precepti est charitas de corde puro et cõsciẽtia bona: et fide non ficta. A quibus quidã oberrantes cõuersi sunt in vaniloquiũ: volẽtes esse legisdoctores: non intelligẽtes: neq3 que loquũtur: neq3 de quibus affirmant. Scimus autẽ q̃a bona est lex: si q̃s ea legittime vtatur: scientes hoc: q2 lex iusto non est posita: sed iniustis et non subditis/impiis et peccatoribus: sceleratis et cõtaminatis/patricidis/et matricidis/homicidis fornicariis/masculo2 ɔcubitorib9/plagiariis mendacibus et periuris. Et si quid aliud sane doctrine aduersatur: que est scd̃m euãgelium glorie beati dei: quod creditum est michi. Gratias ago ei qui me cõfortauit: in xp̃o iesu domino nostro.

Secundum Lucam. xii.c.

In illo tempore. Dixit dñs iesus discipulis suis. Si dixerit seruus malus in corde suo: moram facit dñs me9 venire: et ceperit percutere seruos et ancillas: et edere et bibere/et inebriari: veniet dñs serui illius in die qua non sperat: et hora qua nescit et diuidet eum partemq3 eius cũ infidelibus ponet. Ille autẽ seruus qui cognouit voluntatẽ domini sui: et non se preparauit: et nõ fecit secundum voluntatem eius: vapulabit multis. Qui autem nõ cognouit: et fecit digna plagis: vapulabit paucis. Homini autem cui multum datum est multum queretur ab eo. Et cui commendauerũt multum: plus petent ab eo.

Feria vi. Ad timotheũ. i.ii.c.

Charissime. Veritatem dico in christo non mẽtior: doctor gẽtium in fide et veritate. Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus sine ira et disceptatione. Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia/et sobrietate: ornantes se non in tortis crinibus aut auro: aut margaritis vel veste p̃ciosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona. Mulier in silentio: discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto: neq3 dominari in virum: sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est: deinde eua. Et adam non est seductus: mulier autem seducta in preuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem si permanserit in fide/et dilectione et sanctificatione: et cũ sobrietate.

Secundum Lucam. xvii.c.

In illo tempore. Dixit dominus iesus discip̃lis suis. Quis vestrum habens seruum arantem aut pascentem boues: qui regresso de agro: dicat illi statim: transi et recumbe: et non dicat para quod cenẽ: et precinge te: et ministra michi donec manducem et bibam: et post hec tu manducabis/et bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi: quia fecit que ei imperauerat. Non puto. Sic et vos cum feceritis omnia que precepta sunt vobis: dicite. Serui inutiles sumus. Quod debuimus facere fecimus.

Dñica.xv. Officium.

Inclina dñe aurem tuā ad me et exaudi me: saluū fac seruū tuū deus meus sperantē in te: miserere michi dñe quoniam ad te clamaui tota die. ps. Letifica animā serui tui: quoniā ad te dñe animam meam leuaui Oratio.

Custodi dñe q̄s ecclesiā tuam propitiatione perpetua: et q̄a sine te labit̄ humana mortalitas: tuis sēper auxiliis et abstrahatur a noxiis: et ad salutaria dirigat̄. Per

Ad galathas. vi. c.

Fratres. Si spū viuimus: spū et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē ꝓuocātes: inuicē inuidētes. Fratres: et si preoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto: vos q̄ spirituales estis huiusmodi istruite in spū lenitatis considerans teipsū ne et tu tempteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legē christi. Nam si quis existimat se aliq̄d esse cū nichil sit: ipse se seducit. Opus autē suum probet vnusquisq; : et sic in se metipso tantū gloriam habebit: et nō in altero. Vnusquisq; enī: onus suū portabit. Cōmunicet autem is qui cathezizatur verbo: ei qui se cathezizat in omibus bonis Nolite errare. Deus non irridetur. Que enī seminauerit homo: hec et metet. Quoniā qui seminat in carne sua de carne et metet corruptionē. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus nō deficientes. Ergo dum tempus habemus: operemur bonū ad oīs: maxime autē: ad domesticos fidei. R. Bonum est confiteri dño et psallere noi tuo altissime: V. Ad annūciandū mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem. Alleluia. V. Dñe deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te.

Secundum Matheum. vi. c.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enī vnū odio habebit/ et alterū diliget: aut vnum sustinebit/ et alterum contēnet. Non potestis deo seruire: et māmone. Ideo dico vobis: ne soliciti sitis anime vestre: quid manducetis neq; corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est q̄ esca: et corpus plus q̄ vestimentum? Respicite volatilia celi: que non serūt neq; metunt/ neq; congregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrū cogitans potest adiicere ad staturam suā cubitum vnum? Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant: neq; nent. Dico autem vobis: quoniam nec salomon in omni gloria sua coopert⁹ est/ sicut vnū ex istis. Si enī fenū agri q̄d hodie est: et cras in clibanum mittitur deus sic vestit: quātomagis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus: aut quid bibemus: aut quo operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester: quia his omnibus indigetis. Que-

rite ergo primum regnum dei et iustitiam eius: et hec omnia adiicientur vobis. Credo. Offertorium. Expectans expectaui dominū et respexit me: et exaudiuit deprecationē meam et immisit in os meum canticū nouū hymnū deo nostro.

Secreta.

Concede nobis dñe qs: vt hec oblatio salutaris et nostrorū fiat purgatio delictorū: et tue propiciatio potestatis. Per.

Coio. Qui manducat meam carnem et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo dicit dñs.

Postcoio.

Purificēt sēper et muniāt tua sacramenta nos deus: et ad perpetue ducāt saluationis effectum. Per dominum nostrū.

Feria iiii. Ad timotheū. i. iii. et. iiii.

Charissime Manifeste magnū est pietatis sacramentū: quod manifestatū est in carne: iustificatū est in spiritu: apparuit angelis: predicatū est gētibus: creditum est in mundo: assumptū est in gloria. Spiritus autē manifeste dicit: quia in nouissimis tēporibus discedent quidā a fide: attendētes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in hypocrisi loquentiū mēdatium: et cauteriatā habentiū suam cōsciētiam prohibentiū nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiēdū cū gratiarum actione fidelibus et hiis qui cognouerunt veritatem Quia omnis creatura dei bona est et nichil reiiciendū quod cū gratiarū actione percipitur. Sanctificat enim per verbum dei: et orationem Hec proponens fratribus: bonus eris minister christi iesu: enutritus verbis fidei: et bone doctrine quam assecutus es. Ineptas autem et aniles fabulas deuita. Exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio: ad modicum vtilis est. Pietas autem ad omnia vtilis est: promissionem habens vite que nunc est et future.

Secundum Lucam. xii. c.

In illo tēpore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis: neque corpori quid induamini. Anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum. Considerate coruos: quia non semināt neque metunt: quibus non est cellariū neque horreum: et deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis. Quis autem vestrum cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitū vnū? Si ergo neque quod minimū est potestis: quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt: Non laborant neque nent. Dico autem vobis: nec salomon in omni gloria sua: vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fenum quod hodie est in agro: et cras in clibanum mittitur: deus sic vestit: quanto magis vos pusille fidei. Et vos nolite querere quid manducetis: aut quid bibatis. Et nolite in sublime tolli. Hec autem omnia gentes mūdi querunt. Pater autem vester scit quoniam hiis indigetis. Verumtamen querite primum regnum dei/ et iustitiam eius: et hec omnia adiicientur vobis.

Feria sexta. Ad timotheum. i. iiii. et. v.

Charissime. Fidelis sermo et oĩ acceptione dignus. In hoc enĩ laboramus et maledicimur: q̃a speramus in deũ viuum qui est saluator oĩm hominũ maxime fidelium Precipe hec/et doce. Nemo adolescẽtiam tuã contẽnat sed exemplum esto fideliũ/in verbo/ in cõuersatione/in charitate/in fide/in castitate. Dũ venio attende lectioni/exhortatiõi/et doctrine. Noli negligere gratiã que in te est: que data est tibi ꝑ ꝓphetiã cũ ĩpositione manuũ p̃sbyterĩ. Hec meditare. In hiis esto: vt ꝓfectus tuus manifestus sit oĩbus Attẽde enĩ tibi et doctrine. Insta in illis. Hoc enĩ faciẽs: et teipsũ saluũ facies: et eos qui te audiũt. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: iuuenes vt fratres: anus vt matres: iuuẽculas vt sorores: in oĩ castitate. Viduas honora: que vere vidue sunt. Si qua autẽ vidua filios aut nepotes habet: discat primũ domũ suã regere: et mutuã vicem reddere parẽtibus. Hoc enĩ acceptũ est/coram deo. Scdm Lucã. xii.

In illo tp̃e. Dixit dñs iesus discipulis suis Nolite timere pusillus grex: q̃a cõplacuit p̃ri vr̃o dare vobis regnũ. Vẽdite q̃ possidetis et date elemosinã. Facite vobis sacculos: qui non veterascũt: thesaurũ nõ deficientẽ in celis. Quo fur non appropiat: neq̃ tinea corrũpit. Vbi enĩ thesaurus vester est: ibi et cor vestrũ erit. Dñica.xvi. Officium.

Miserere mihi dñe quoniam ad te clamaui tota die: q̃a tu dñe suauis ac mitis es: et copiosus in mia oĩbus inuocantibus te. ps. Inclina dñe aurẽ tuã et exaudi me quoniam inops et pauper sũ ego.

Oratio.

Ecclesiã tuam dñe miseratio cõtinuata mundet et muniat et q̃a sine te non potest salua consistere: tuo semper munere gubernetur. P do. Ad ephesios. iii.c.

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulatiõibus meis pro vobis: que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ dñi nostri iesu christi: ex quo omnis paternitas in celis: et in terra nominatur: vt det vobis secũdũ diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum eius: in interiorem hominem habitare christũ per fidem in cordibus vestris. In charitate radicati et fũdati: vt possitis cõprehendere cũ oĩbus sãctis: que sit latitudo et lõgitudo/ et sublimitas et profundũ. Scire etiã supeminẽtem sciẽtie charitatẽ xp̃i: vt impleamini in oẽm plenitudinẽ dei. Ei autẽ qui potens est oĩa facere supabundãter q̃ã petimus aut itelligimus scdm virtutẽ que operaẽ in nobis: ipsi gloria in ecclesia/et in xp̃o iesu in oẽs generatiões seculi seculorũ amen. R. Timebũt gentes nomen tuũ dñe et oẽs reges terre gloriã tuã. V. Quoniã edificauit dñs syon et videbitur in maiestate sua. Alleluia. V. Laudate dominum omnes gentes et collaudate eũ omnes populi. Scdm Lucam. vii.

In illo tp̃e. Ibat iesus in ciuitatẽ q̃ vocaẽ naym: et ibãt cũ illo discipuli ei⁹ et turba copiosa Cũ autẽ

appropinquaret porte ciuitatis. Ecce defūctus efferebat filius vnicus matris sue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset dn̄s: mia motus sup eā: dixit illi. Noli flere. Et accessit: et tetigit loculū. Hii autē q̄ portabāt: steterūt. Et ait. Adolescens tibi dico: surge. Et resedit q̄ erat mortuus: et cepit loqui. Et dedit illū matri sue. Accepit autē oīs timor: et magnificabāt deū dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: et q̄a deus visitauit plebē suā. Credo. Offr. Dn̄e in auxiliū meū respice cōfūdātur et reuereantur qui querūt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Tua nos domine sacramenta custodiant: et contra diabolicos tueantur semper incursus. Per dn̄m. Coio. Dn̄e memorabor iustitie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea et vsq3 in senectam et seniū deus ne derelinquas me. Postcoio.

Mentes nostras et corpora possideat q̄s domine doni celestis operatio: vt non noster sensus in nobis: sed iugiter eius preualeat effectus. Per dominum. Feria quarta. Ad timoteum. ii.ii.c

Charissime. Fidelis sermo. Nā si cōmortui sumus: et cōuiuemus. Si sustinemus: et cōregnabimus. Si negauerimus: et ille negabit nos. Si non credimus: ille fidelis permanet. Negare seipsū nō potest. Hec cōmone: testificās corā dn̄o Noli verbis cōtendere: ad nichil enī vtile est: nisi ad subuersionē audientiū. Sollicite autē cura teipsū pbabilē exhibere deo: operariū incōfusibilē: recte tractantem verbū veritatis. Prophana autē inaniloquia deuita. Multū enim proficiūt ad impietatē: et sermo eorū vt cancer serpit. Ex quibus est hymeneus et philetus qui a veritate exciderūt: dicentes resurrectionē iā factam: et subuerterūt quorūdā fidē. Sed firmū fundamentū dei stat: habens signaculum hoc. Cognouit dn̄s qui sūt eius: et discedit ab iniquitate omis qui inuocat nomē dn̄i. In magna autē domo nō solū sūt vasa aurea et argentea: sed et lignea et fictilia. Et quedāquidē in honorē: quedam autē in cōtumeliā. Si quis emundauerit se ab istis: erit vas in honorē sanctificatū et vtile dn̄o ad om̄e opus bonum paratum.

Secundum Lucam: ix.c.

In illo tempore. Audiuit herodes tetrarcha omnia que fiebant ab iesu: et hesitabat eo q̄ diceretur a quibusdam: quia iohānes surrexit a mortuis: a quibusdā vero quia helyas apparuit ab aliis autē quia ppheta vnus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Johannē ego decollaui. Quis autem est iste de quo ego audio talia. Et q̄rebat videre eum. Et reuersi apostoli: narrauerunt illi quecunq3 fecerunt: Et assumptis illis: secessit seorsum in locum desertum: qui est bethsayda Quod cum cognouissent turbe: secute sunt illum. Et excepit illos: et loquebatur illis de regno dei. Et eos qui cura indigebant: sanabat.

Feria sexta. Ad titum. i.et.ii.

Fratres. Omnia mūda mūdis. Coinquinatis autē et infidelibus nichil mundū: sed inquinate sūt eorū et mens et cōsciētia. Cōfitētur se nosse deū: factis autē negant: cū sint abhomīati et īcredibiles: et ad om̄e opus bonū reprobi. Tūc autē loq̄re: que decet sanā doctrinā. Senes vt sobrii sint: pudici/ prudētes/ sani in fide/ dilectiōe/ paciētia. Anus similiter in habitu sācto: nō criminatrices: nō vino multo seruiētes: bene docentes vt prudētiā doceant. Adolescētulas vt viros suos ament filios diligant: Prudentes sobrias: castas: domus curā habentes: benignas subditas suis viris vt nō blasphemetur verbū dei. Iuuenes similiter hortare: vt sobrii sint. In oībus teipsū prebe exemplū bonorū operū: in doctrina integritatē/ castitatē/ grauitatē: verbū sanū irreprehensibile vt is qui ex aduerso est vereatur: nichil habens malū dicere de vobis. Seruos dñis suis subditos esse: in oībus placentes: nō cōtradicentes: nō fraudulātes: sed in oībus fidem bonā ostendētes: vt doctrinā saluatoris nostri dei: ornent in omibus.

Secundum Matheum. xi.

In illo tēpore. Cepit dñs iesus exprobrare ciuitatibus: in quibus facte sunt plurime virtutes eius quia non egissent penitentiā. Ve tibi corozaym: ve tibi bethsayda: q̄a si in tyro et sydone facte essent virtutes: que facte sunt in vobis: olim in cilicio et cinere penitētiam egissent. Verūtamen dico vobis: tyro et sydoni remissius erit in die iudicii q̄ vobis. Et tu capharnaum. Nunquid vsq̄ in celū exaltaberis: Usq̄ in infernum descendes: quia si in sodomis facte fuissēt virtutes: que facte sunt in te: forte mansissent vsq̄ in hunc diē. Verūtamen dico vobis: quia terre sodomorum remissius erit in die iudicii q̄ tibi.

Dñica.xviii. Officium.

Iustus es dñe et rectum iudiciū tuum: fac cum seruo tuo secūdum misericordiā tuā. ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Oratio.

Tua nos dñe q̄sumus gratia sēper et preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intētos. per. Ad ephesios. iiii.c.

Fratres. Obsecro vos ego vinctus in domino vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis: cum omni humilitate et mansuetudine: cum pacientia supportātes inuicē in charitate. Solliciti seruare vnitatem spiritus: in vinculo pacis. Unum corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus dominus vna fides: vnum baptisma. Unus deus et pater omnium: qui super omnes et per omnia: et in omibus nobis. Qui est benedictus: in secula seculorum. amen. R. Unam petii a dño hanc requiram vt inhabitem in domo domini. V. Ut videam voluntatē domini et protegar a templo sancto eius. Alleluia. V. Deus iudex iustus fortis et patiens nunquid irascitur per singulos dies.

Secundum Lucam. xiiii.c.

In illo tpe. Cum itrasset iesus in domū cuiusdā pricipis phariseorū sabbato māducare panē: et ipsi obseruabant eū. Et ecce hō qdā hydropicus: erat ante illū. Et respōdens iesus: dixit ad legisperitos: et phariseos. Si licet sabbato curare At illi tacuerūt. Ipse vero apprehēsum sanauit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos: dixit. Cuius vestrū asinus aut bos in puteū cadet et non cōtinuo extrahet illū die sabbati? Et nō poterāt ad hec respōdere illi. Dicebat autē ad inuitatos parabolā: intēdens quomodo primos accubitus eligerēt: dicens ad illos. Cū inuitatus fueris ad nuptias: nō discūbas in primo loco: ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo: et veniens is qui te et illū vocauit: dicat tibi. Da huic locū. Et tūc incipias cū rubore: nouissimū locum tenere Sed cū vocatus fueris: vade et recūbe in nouissimo loco: vt cū venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice: ascende superius. Tunc erit tibi gloria: corā simul discumbentibus Quia oīs qui se exaltat humiliabitur: et q̄ se humiliat exaltabit. Credo. Offer. Oraui deū meū ego daniel dicēs exaudi dñe preces serui tui et illumina faciē tuā super sāctuariū tuū et ppitius intēde populū istū sup quē inuocatū est nomē tuū deus. Secreta.

Munda nos dñe sacrificii presentis effectu: et perfice miseratus in nobis: vt eius mereamur esse participes. Per dñm. Coio. Vouete et reddite dño deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera terribili et ei qui aufert spm̄ principum terribili apud oēs reges terre. Postcoio.

Purifica dñe q̄s mentes nr̄as benignus et renoua celestib⁹ sacramentis: vt cōsequenter et corporum presens pariter et futurum capiamus auxilium. Per dominū nostrū.

Feria quarta in ieiuniis quattuor temporū. Officium.

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob: sumite psalmū iocundū cū cythara canite inicium mēsis tuba: quia preceptū in israel est et iudiciū deo iacob. Ps. Ego enī sum dñs deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et iplebo illud. Gl'a pa. Hic non dicit. Dñs vobiscum. Oratio

Misericordie tue remediis quesumus domine fragilitas nostra subsistat: vt que sua conditione atteritur: tua clementia reparetur. Per dominum nostrum.

Lectio amos prophete. vltio.c.

Hec dicit dominus. Ecce dies venient et comprehendet arator messorem: et calcator vue mittentem semen. Et stillabunt montes dulcedinem: et omēs colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei israel: et edificabunt ciuitates desertas: et habitabunt in eis. Et plantabunt vineas et bibent vinum earum. Et faciēt ortos: et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam. et non euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis: dicit dominus omnipotens. R. Venite filii audite me timorem domini docebo

vos. ℣. Accedite ad eum et illumiamini et facies vestre non cōfundētur. Hic dicitur. Dn̄s vobiscum. Oratio.

Presta q̄s dn̄e familie supplicāti: vt dū a cibis corporalib⁹ se abstinet: a viciis mēte ieiunet. P

Lectio esdre pphete. Neemie. viii.

In diebus illis. Cōgregat⁹ est oīs populus quasi vir vn⁹ ad plateā q̄ est ad portā aquaꝝ. Et dixerunt esdre scribe/ vt afferret librū legis moysi quē precepit dn̄s israeli. Attulit ergo esdras sacerdos legē corā multitudine viroꝝ et mulierꝝ cunctisq; qui poterāt intelligere in die prima mēsis septimi: et legit in eo aperte in platea/ q̄ erat ante portā aquarū de mane vsq; ad mediā diē in cōspectu viroꝝ et mulierum Et sapientiū. Et aures oīs populi: erāt erecte ad librū. Stetit autē esdras scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad loquēdū: et steterunt iuxta eū. Et aperuit esdras librū corā oī pplo: et bn̄dixit esdras dn̄o deo magno. Et respōdit oīs populus amē amē. Et eleuātes manus suas icuruati sūt: et adorauerūt pni in terrā Pono leuite silentiū faciebāt in populo: ad audiendā legē. Popul⁹ antē stabat in gradu suo. Et legerūt in libro legis dei: distincte et aperte ad itelligendū. Et intellexerūt cū legeretur. Dixit autē neemias et esdras sacerdos: scribis et leuitis. Dies sanctificatus est dn̄o deo nostro: nolite lugere et nolite flere. Et dixit eis. Ite et comedite pinguia et bibite mulsū: et mittite partes eis qui non preparauerūt sibi: quia sanctus dies domini est: nolite contristari. Gaudiū etenim dn̄i est: fortitudo nostra. ℟. Quis sicut dn̄s deus noster qui in altis habitat humilia respicit in celo et in terra. ℣. Suscitans a terra inopem et de stercore erigēs pauperē.

Secundum Marcum. ix. c.

In illo tempore. Respondens vnus de turba: dixit ad iesum Magister attuli filium meum ad te: habentē spiritum mutum. Qui vbicunq; eum apprehenderit: allidit illum. Et spumat: et stridet dentibus: et arescit. Et dixi discipulis tuis: vt eiicerent illū: et non potuerunt. Qui respondens eis dixit. O generatio icredula q̄diu apud vos ero: q̄diu vos patiar: Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cū vidisset eum: statim spiritus conturbauit illum. Et elisus in terrā: volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quātum temporis est ex quo hoc ei accidit: At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eum in ignem et in aquam misit: vt eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos misertus nostri. Jesus autem ait illi. Si potes credere: omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri: cum lachrymis: aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret iesus concurrentē turbam: comminatus est spiritui immundo dicens illi. Surde/ et mute spiritus ego p̄cipio tibi: exi ab eo: et ampli⁹ ne itroeas in eū. Et exclamās ꝛ multū discerpēs eū: exiit ab eo Et fact⁹ est sicut mortuus: ita vt multi

dicerēt/quia mortuus est. Jesus autem tenens manum eius: eleuauit eū: et surrexit. Et cū introisset in domum: discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos nō potuimus eicere eū? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione et ieiunio. Offertorium. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hec hostia dñe q̄sumus emūdet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorꝝ tibi corpora mentesqꝫ sanctificet. Per.

Coīo Comedite pinguia et bibite mulsum et mittite partes eis qui non preparauerūt sibi: sāctus enim dies dñi est nolite contristari gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Postcoīo.

Sumentes domine dona celestia suppliciter deprecamur: vt que sedula seruitute donante te gerimus: dignis sensibus tuo munere capiamus. Feria sexta in ieiuniis iiii. tēporū. Officium.

Letetur cor querentiū dñm querite dñm et cōfirmamini querite faciem eius semper. ps. Cōfitemini dño et inuocate nomen eius: annūtiate inter gentes opera eius. Oratio.

Presta q̄s ops deus: vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes: et corpore tibi placeamus et mente. Per dñm.

Lectio Ozee prophete. xiiii. c.

Hec dicit dñs deus. Conuertere israel ad dñm deum tuum quoniā corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscū verba: et conuertimini ad dñm: et dicite ei. Omē aufer iniquitatē et accipe bonū: et reddemus vitulos labiorū nostrorum Assur non saluabit nos Sup equū non ascendemus: nec dicemus vltra dii nostri opera manuū nostrarū: qa eius qui in te est misereberis pupilli. Sanabo cōtritiones eorū: diligā eos spontanee: qa auersus est furor me⁹ ab eis. Ero quasi ros et israel germinabit sicut lilium. Erūpet radix eius vt libani: ibunt rami eius: Et erit quasi oliua gloria eius: et odor eius vt libani. Cōuertētur sedentes in vmbra eius: viuēt tritico: et germinabūt quasi vinea memoriale eius: sicut vinū libani. Ego exaudiā et dirigā eū ego vt abietē virentē ex me fructus tuus iuentus est. Quis sapiens et intelliget ista: intelligens et sciet hec? Quia recte vie dñi: et iusti ambulabunt in eis. ℟. Conuertere dñe aliquātulū et deprecabilis esto super seruos tuos. ℣. Dñe refugiū factus es nobis a generatione et progenie.

Secundum Lucam. vii. c

In illo tempore. Rogabat iesū quidā de phariseis: vt manducaret cū illo. Et ingressus domum pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrū vnguenti. Et stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Videns autē phariseus

q̄ vocauerat eũ ait intra se dicẽs. Hic si esset propheta: sciret vtiq̧ que et qualis esset mulier que tãgit eum: q̄a peccatrix est. Et respõdens iesus dixit ad illum. Symon habeo tibi aliq̄d dicere. At ille ait Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori. Unus debebat denarios q̄ngẽtos et alius q̄nquaginta. Non habẽtibus illis vnde redderẽt donauit vtrisq̧. Quis ergo eũ plus diligit. Respõdẽs symon: dixit. Estimo: q̄a is cui plus donauit. At ille dixit ei Recte iudicasti. Et cõuersus ad mulierẽ: dixit symoni. Uides hanc mulierem. Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculũ michi nõ dedisti. Hec autem ex quo intraui nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meũ nõ vnxisti: Hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittunt̄ ei peccata mlta: q̄m dilexit multũ. Cui autẽ minus dimittit̄: minus diligit. Dixit aũt ad illam. Remittunt̄ tibi pctã tua. Et ceperũt qui simul accũbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiã pctã dimittit. Dixit autẽ ad mulierẽ: fides tua te saluã fecit. Uade in pace

Offer. Benedic anima mea domino et noli obliuisci omnes retribuciões ei⁹ ꝛ renouabit̄ sicut aquile iuuent⁹ tua. Secr

Accepta tibi sint dñe q̄s nostri dona ieiunii: que et expiando nos tua gratia dignos efficiant: et ad sempiterna ꝓmissa ꝑducãt. Per

Coio Aufer a me obprobriũ et cõtẽtũ q2 mãdata tua exq̄siui dñe nam et testionia tua meditatio mea est. Postcoio

Quesumus omnipotens deus: vt de perceptis munerib⁹ gratias exhibẽtes: beneficia potiora sumamus. Per. Sabbato. Officiũ

Uenite adoremus deum et procidamus ante dominũ ploremus ante eum qui fecit nos: q2 ipse est dñs deus noster Ps. Uenite exultem⁹ dño: iubilem⁹ deo salutari nostro. Sine Dñs vo Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui per continentiã salutarẽ et corporibus mederis et mentibus maiestatẽ tuam supplices exoram⁹ vt pia ieiunãtiũ depcatione placatus et presentia nobis subsidia prebeas et futura. Per dñm

Lectio libri leuitici. xxiii.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen: dicẽs. Decimo die huius mensis septimi: dies expiationũ erit celeberrim⁹ ꝛ vocabitur sanctus. Affligetisq̧ animas vestras in eo: et offeretis olocaustum domino. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propiciationis est: vt propiciet̄ vobis dominus deus vester Omnis anima que afflicta nõ fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et que operis quispiam fecerit: delebo eam de populo suo. Nichil ergo operis facietis in eo. Legittimũ sempiternum erit vobis in cunctis generationibus et habitaculis vestris. Sabbatum requietionis est: affligetisq̧ aĩas vestras. Die nono mẽsis septimi a vespere vsq̧ ad ves-

perum celebrabitis sabbata vestra:
Dicit dominus omnipotens. ℟.
Propicius esto dñe pctis nostris ne quã
do dicant gentes vbi est deus eorũ: ℣. Ad
iuua nos deus salutaris noster et propt
honorem nominis tui dñe libera nos Et
non reincipiũtur ista ℟. Sine do=
minus vobiscũ. Oratio.

PResta q̃s dñe sic nos ab epu=
lis abstinere carnalibꝰ: vt ab
viciis irruẽtibus pariter ieiunemꝰ
Per dñm. Lcõ libri leuitici. xxiii.

IN diebus illis. Locutꝰ est dñs
ad moysen dicẽs. Quintodeci
mo die mẽsis septimi: quãdo cõgre
gaueritis omnes fructus terre ves=
tre: celebrabitis ferias domini sep=
tem diebus. Die primo et die octa=
uo erit sabbatũ: id est requies. Su=
metisqꝫ vobis die primo fructus ar
boris pulcherrime: spatulasqꝫ pal=
marum: et ramos ligni densarum
frondium: et salices de torrente et le
tabimini corã domino deo vestro.
Celebrabitisqꝫ solennitatem eius:
septem diebus per annum. Legitti=
mũ sempiternum erit in generatio
nibus vestris. Mense septimo festa
celebrabitis: et habitabitis ĩ vmbra
culis septem diebus. Omnis q̀ de
genere israel est: manebit in taber=
naculis: vt discant posteri vestri: ꝙ
in tabernaculis habitare fecerim fi
lios israel: cum educerem eos de ter
ra egypti. Ego dominꝰ: deus vester
℟ Protector noster aspice deus et respi=
ce super seruos tuos. ℣ Domine deus vir
tutum exaudi preces seruorũ tuorũ. Si=
ne Dominus vobiscum.

Oratio.

DA nobis quesumus omnip
tẽs deus: vt ieiunãdo tua gr
tia satiemur: ⁊ abstinendo. cunct
efficiamur hostibus fortiores. P
Lectio michee prophete. vltim

DOmine deus noster pasce po
pulum tuum in virga tua gr
gem hereditatis tue. Habitantes in
saltu solios iuxta dies ãtiquos. Se
cundũ diem egressionis tue de ter
ra egypti: ostendam ei mirabilia.
Videbunt gentes: et confundentur
super omni fortitudine sua. Ponẽt
manus super os. aures eorum sur
de erunt: lingent puluerem sicut ser
pentes. Velut reptilia perturbabũ
tur de edibꝰ suis dominũ deum nos
trum non desiderabunt: et timebũt
te. Quoniam quis deus similis tui
qui aufers iniquitatem. ⁊ transfers
peccatum reliquiarum hereditatis
tue. Non immittet vltra furorem
suum. quoniam volens misericor=
diam est reuertetur et miserebitur
nostri Deponet omnes iniquitates
nostras: et proiiciet in profundum
maris omnia peccata nostra. Da=
bis veritatem iacob: misericordiã a
braham: que iurasti patribꝰ nostris
a diebus antiquis: dñe deus noster.
℟. Dirigatᷣ oratio mea sicut incensũ ĩ cõ
spectu tuo dñe ℣ Eleuatio manuũ mea
rum sacrificium vespertinũ. Oratio.

TUere quesumus domine fa=
miliam tuam: vt salutis eter
ne remedia que te aspirante requi=
rimus: te largiente cõsequamur. P.
Lectio zacharie prophete. viii.

IN diebus illis Factum est ver
bũ domini ad me dicens. Hec

dicit domin⁹ de⁹ israel. Sicut cogitaui vt affligerem vos cū ad iracundiā me prouocassent patres vestri ⁊ non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis: vt benefaciā hierusalem et domui iuda. Nolite timere. Hec sunt ergo verba que facietis. Loquimini veritatem: vnusquisqꝫ cum proximo suo. Veritatē ⁊ iudiciū pacis iudicate in portis vestris et vnusquisqꝫ malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris. et iuramentū mendax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odi: dicit dominus. Et factum est verbū domini exercituū ad me dicens. Hec dicit dominus deus exercituum: ieiunium primi: et ieiuniū quarti: et ieiunium septimi: et ieiunium decimi. Erit domui iude in gaudium et letitiā et ī solennitates pclaras. Veritatē tātum et pacē diligite. dicit dominus omnipotens. ℟ Saluū fac pplm̄ tuū dn̄e et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dn̄e clamabo deus meus ne sileas a me et ero similis descēdentibus in lacum Sū dn̄s. vo Orō

Ut nobis domine tribuis solēne tibi deferre ieiunium sic nobis quesumus indulgentie tue presta subsidium. Per dn̄m

Lectio danielis prophete. iii.

In diebus illis. Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem: et excussit flāmā ignis de fornace et fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantē flamma autē diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouē et incendit quos repperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis q̄ eā incendebant. Illos autē oīno non tetigit ignis neqꝫ contristauit nec quicq̄ molestie intulit Tūc hi tres quasi ex vno ore hymnū dicebant: et magnificabant deum ī fornace dicentes. Tractus

Benedictus es dn̄e deus patrū nostrorꝫ. ℣. Et laudabilis et gloriosus ī secula. ℟. Et benedictū nomen glorie tue quod est sāctū ℣. Et laudabile et gloriosū in secula ℟ Benedictus es in templo sancto glorie tue. ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. ℟ Benedictus es q̄ sedes super thronū diuinitatis tue ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. ℟. Benedictus es qui sedes super cherubin et intueris abyssos. ℣ Et laudabilis. ℟ Benedict⁹ es sup septrum regni diuinitatis tue ℣ Et laudabilis. ℟. Benedictus es qui ābulas sup pennas ventorū et super vndas maris. ℣ Et laudabilis. ℟. Benedicant te omnes angeli et sācti tui. Et laudēt te ⁊ glorificent in secula. ℣. Benedicāt te celum terra mare et omnia que in eis sunt. Et laudent ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Et laus et honor et potestas et imperium. ℣. Sicut erat ī principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen. Et laus et honor et potestas et imperium. ℟. Benedictus es vts. Hic dicat dn̄s vobiscum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propicius vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorꝫ. per.

Ad hebreos. ix.c

Fratres: Tabernaculū factū ē primum in quo erant candelabra et mensa: et propositio panū que dicitur sancta: Post velamentum autem secūdum tabernaculū quod dicitur sancta sanctorum: aureum habens thuribulum et archā testamenti circūtectā ex omni parte auro. In qua vrna aurea habens manna: et virga aaron que frondu erat: et tabule testamenti. Super que erant cherubin glorie obūbrantia propiciatoriū de quibus non est modo dicendum per singula. Hiis vero ita compositis: in priori quidē tabernaculo semper introibant sacerdotes sacrificiorū officia consūmantes. In secundo autem semel ī anno solus pontifex: non sine sanguine quem offerret: pro sua et populi ignorantia. Hoc significāte spiritu sancto nondum propalatā esse sanctorum viam: adhuc priore tabernaculo habente statum. Que parabola: est tēporis instantis. Iuxta quam munera et hostie offeruntur que non possunt iuxta conscientiā perfectum facere seruientem: solūmodo in cibis et in potibus ꝛ in variis baptismatibus: et iusticiis carnis. vsqꝫ ad tempus correctiōis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum peramplius et perfectius tabernaculū non manu factum id est nō huius creationis: neqꝫ per sanguinem hyrcorum aut vitulorum. sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta: eterna redemptione inuenta.

Tractus.

Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas dn̄i manet in eternū

Secundum lucam. xiii.c

In illo tempore: Dicebat iesus turbis hanc similitudinē. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: et venit querens fructum in illa: et non inuenit. Dixit autem ad cultorem vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio querēs fructum in ficulnea hac: et non inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat. At ille respōdens: dixit ei. Domine dimitte illā ꝛ hoc anno: vsqꝫ dum fodiam circa illā et mittā stercora: et si quidē fecerit fructū. Sin autē in futurū succides eam. Erat aūt docēs in synagoga eoꝝ sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritū īfirmitatis annis decem ꝛ octo. Et erat inclinata: nec ōnino poterat sursū respicere. Quā cū videret iesus vocauit eam ad se ꝛ ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et īposuit illi manus: ꝛ cōfestim erecta est: et glorificabat deū. Respōdēs autē archisynagogus indignās quia sabbato curasset iesus dicebat turbe. Sex dies sūt: in q̄bus oportet operari. In hiis ergo venite et curamini: et nō in die sabbati. Respōdit aūt ad illū dn̄s: et dixit ypocrite: vnusquisqꝫ vestꝝ sabbato nō soluit bouem suū aut asinū a p̄sepio: et ducit adaquare. Hanc autē filiā abrahe quā aligauit sathanas ecce decem ꝛ octo ānis nō oportuit

solui a vinculo isto die sabbati. Et cum hec diceret: erubescebāt oēs adversarii ei⁹. Et omnis popul⁹ gaudebat in universis que gloriose fiebant ab eo. Offertoriū. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te intret oratio mea in cōspectu tuo domine. Secreta.

Concede quesum⁹ oīpotēs de⁹ vt oculis tue maiestatis munus oblatum: et gratiā nobis deuotionis obtineat: et effectum beate perennitatis acquirat. Per dñm. Coio

Mense septimo festa celebrabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios israel cum educerem eos de terra egypti ego dominus deus vester. Postcoio

Perficiant in nobis domine q̄sum⁹ tua sacramēta qd̄ cōtinent: vt que nunc specie gerim⁹: rerum veritate capiamus. Per dñm.

Dominica. xviii.

Da pacem dñe sustinētibus te vt prophete tui fideles inveniantur: exaudi preces serui tui et plebis tue israel. ps. Letatus sū in hiis que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Oratio.

Da q̄s dñe pplo tuo diabolica vitare cōtagia: ↄ te solū dñm pura mēte sectari. P. Ad corinthios. i.

Fratres Gratias ago deo meo sēp pro vobis: in gratia dei q̄ data est vobis in xp̄o iesu: q: in oīb⁹ diuites facti estis in illo: in oī verbo et in oī sciētia: sicut testimoniū xp̄i cōfirmatū est in vobis: ita vt nichil vobis desit in vlla gratia expectātibus reuelationē dñi nostri iesu xp̄i. Qui et cōfirmabit vos vsq₃ in finē sine crimine: in die aduent⁹ dñi nostri iesu christi. R. Letatus sum in hiis que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Fiat pax i virtute tua et abundātia in turribus tuis. All'a. Qui ↄfidunt in dño sicut mons syon non commouebitur ieternum qui habitat i hierusalem. Secundū matheum. xxii. c.

In illo tp̄e. Accesserūt ad iesū saducei: qui dicūt nō esse resurrectionē. Et iterrogauerūt eū: dicentes. Magister moyses dixit: si quis mortuus fuerit nō habens filiū: vt ducat frater eius vxorē illius et suscitet semen fratri suo. Erāt autem apud nos septem fratres. Et prim⁹ vxore ducta defunctus est: et nō habens semen: reliquit vxorem suam fratri suo. Similiter secūdus ↄ tercius: vsq₃ ad septimum. Nouissime autem omnium: et mulier defūcta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor: Omnes enī habuerunt eam. Respondēs autem iesus ait illis. Erratis: nescientes scripturas: neq₃ virtutem dei. In resurrectione enī neq₃ nubent neq₃ nubentur sed sunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione aūt mortuoꝝ nō legistis quod dictum est a deo dicēte vobis. ego sū deus abrahā et de⁹ ysaac et deus iacob. Non est deus mortuorū: sed viuentiū. Et audiētes turbe mirabantur in doctrina eius. Pharisei autē audiētes ꝙ silentiū imposuisset saduceis. conuenerūt in vnū. Et interrogauit eū vn⁹ ex eis legisdoctor: temptans eū. Magister qd̄ est mandatū magnū in lege. Ait illi iesus. Diliges dñm deū tuum ex

toto corde tuo: et in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc est maximũ: et primũ mandatũ. Secundũ autẽ: simile est huic. Diliges proximum tuũ sicut teipsũ. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophete. Congregatis autẽ phariseis, interrogauit eos iesus dicẽs. Quid vobis videtur de xpo: cuius filius ẽ: Dicunt ei. Dauid. Ait illis Quomodo ergo dauid ĩ spiritu vocat eum dñm: dicens. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Si ergo dauid vocat eum dñm, quomodo filius ei⁹ ẽ. Et nemo poterat respondere ei verbum: neq̧ ausus fuit quisq̃ ex illa die eũ amplius interrogare. Tunc locutus est iesus ad turbas: et ad discipulos suos: dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe: et pharisei. Omnia ergo quecũq̧ dixerit vobis seruate et facite: secundũ vero opera eorũ nolite facere. dicũt eni et nõ faciũt. Alligãt autẽ onera grauia et importabilia et imponũt in humeros hoĩm: digito autẽ suo nolunt ea mouere. Omnia aũt opera sua faciũt: vt videant ab hoĩb⁹. Dilatant enĩ philateria sua: et magnificãt fimbrias. Amant aũt primos recubitus in cenis: et primas cathedras in synagogis: et salutationes in foro et vocari ab hominib⁹ rabbi Uos aũt nolite vocari rabbi. Unus est enĩ magister vester. Omnes autem vos fratres estis. Et patrẽ nolite vocare sup terram: Unus est eĩ pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri quia magister vester vnus est christus. Qui maior ẽ vestrum. erit minister vester: Qui aũt se exaltauerit humiliabitur: et q̃ se humiliauerit exaltabit. Credo

Offertoriũ Santificauit moyses altare domino offerens sup illud holocaustũ et imolans victimas fecit sacrificiũ matutinũ in odorem suauitatis dño deo: in conspectu filiorũ israel. Secreta.

Maiestatem tuã dñe supplicit deprecamur: vt hec sãcta que gerimus et a preteritis nos delictis exuant et futuris. Per dñm. Coio Tollite hostias et introite in atria eius adorate dñm in aula scã ei⁹. Postcoio.

Sanctificationib⁹ tuis oĩps de⁹ et vicia nostra curent: et remedia nobis eterna proueniant. Per.

Feria quarta ad romanos. xi.c

Frẽs. Nolo vos ignorare misteriũ hoc vt nõ sitis vobismet ipsis sapientes: quia cecitas ex parte contigit in israel: donec plenitudo gentiũ intraret et sic omnis israel salu⁹ fieret: sicut scriptũ est: Ueniet ex syon qui eripiat: et auertat impietatẽ ab iacob. Et hoc illis a me testamẽtũ: cũ abstulero peccata eorũ. Scdʒ euãgeliũ q̃dem ĩimici propt vos: secundũ electionẽ autem karissimi, ppter patres. Sine penitẽtia eĩ sunt dona et vocatio dei. Sicut enĩ aliquando et vos nõ credidistis deo nunc aũt miam consecuti estis pp ter illorũ incredulitatẽ ita et isti nũc nõ crediderũt ĩ vestrã miaʒ vt et ipsi misericordiã ɔsequãt. Conclusit enĩ deus oĩa in ĩcredulitatẽ: vt omniũ misereatur. O altitudo diuiciarũ

sapiētie scīe dei: q̄ icōphēsibilia sūt iu dicia ei⁹ ⁊ iuestigabiles vie ei⁹. q̄s ei cognouit sēsū dn̄i: aut q̄s cōsiliari⁹ eius fuit. Aut quis prior dedit illi ⁊ retribuet ei. Qm̄ ex ipso et per ipsū et in ipso sunt omnia. Ipsi gloria ī secula amen. Scdm̄ matheū. xiii. c

IN illo tp̄e. Dixit dn̄s iesus discipulis suis parabolam hāc. Simile factum est regnū celorum homini qui seminauit bonū semē in agro suo. Cum autē dormirent hoīes: venit inimicus eius et supseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autē creuisset herba et fructū fecisset: tunc apparuerūt ⁊ zizania. Accedentes autē serui patrisfamilias: dixerunt ei. Dn̄e nōne bonum semen seminasti in agro tuo. Unde ergo habet zizania. Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Vis: imus. et colligimus ea. Et ait. Nō: ne forte colligētes zizania: eradicetis simul cū eis et triticum. Sinite vtraq3 crescere vsq3 ad messem. Et in tp̄e messis dicam messorib⁹. Colligite primū zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum. Triticū autem cōgregate in horreum meum.

Feria sexta. Ad romanos. viii. c

FRatres. Nichil nunc dānationis est hiis qui sunt in xp̄o iesu: qui nō scdm̄ carnē ābulant. Lex enī sp̄s vite in xp̄o iesu: liberauit me a lege peccati et mortis. Nā qd̄ impossibile erat legi: in quo infirmabatur per carnē: deus filium suum mittēs in similitudinē carnis peccati et de pct̄ō dānauit peccatū ī carne vt iustificatio legis impleret in nobis: qui non secundum carnem ambulamus sed secundū spiritum. Qui enī secundum carnem sunt: que carnis sunt sapiunt. Nā prudētia carnis: mors est. Qui vero secundū spiritū: q̄ sūt sp̄s sapiunt. Prudētia autē sp̄s vita ⁊ pax In xp̄o iesu dn̄o nr̄o. Se. lucā. xiii

IN illo tp̄e. Ait quidā ad iesū. Dn̄e si pauci sūt qui saluent. Ipse autē dixit ad illos. Cōtendite itrare per angustā portā: q̄a multi dico vobis q̄runt intrare et nō poterunt. Cū āt intrauerit p̄rfamilias et clauserit ostiū icipietis foris stare: et pulsare ostium dicētes. Domine aperi nobis: Et respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere. Māducauim⁹ corā te et bibim⁹: et ī plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vnde sitis: discedite a me oēs operarii iniq̄tatis. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Cum videritis abraham ysaac et iacob et oēs p̄phetas ī regno dei: vos autem expelli foras. Et venient ab oriēte et occidente et aq̄lone et austro et accūbent in regno dei. Dominica. xix. Officium

SAlus populi ego sum dicit dn̄s de quacūq3 tribulatiōe clamauerint ad me exaudiā eos: et ero illorꝫ dn̄s ip̄petuum Ps. Attēdite popule meus legē meā inclinate aurē vestrā in verba oris mei Orō.

OMnipotens...

Fratres. Renouamini spũ mẽtis vestre: et induite nouũ hominem: qui scdꝫ deum creatus est ĩ iustitia et sctitate veritatꝭ. Propter quod deponẽtes mẽdacium loqmini veritatẽ vnusqſqꝫ cum proximo suo: qm̃ sumus inuicẽ mẽbra. Irascimini et nolite peccare. Sol nõ occidat: super iracundiã vestrã Nolite locũ dyabolo dare. Qui furabatur: iam non furetur. Magis autẽ laboret operãdo manibus suis quod bonum est: vt habeat vnde tribuat: necessitatem patienti. ℞. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearum sacrificium vespertinum Allã. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt: et spũ oris eius omnis virtus eorum.

Secundum matheum. ix.c

In illo tpe. Ascendens iesus in nauiculam trãsfretauit: et venit in ciuitatẽ suam. Et ecce offerebant ei paraliticũ: iacentẽ in lecto. Et videns iesus fidẽ illoꝝ: dixit paralitico. Cõfide fili: remittũtur tibi peccata tua. Et ecce quidã de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cũ vidisset iesus cogitatiões eoꝝ: dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere remittunt tibi peccata: an dicere surge et ambula? Vt sciatis aũt qr filius hoĩs habet potestatẽ in terra dimittẽdi pctã: tunc ait paralitico. Surge: tolle lectũ tuũ: et vade in domũ tuã. Et surrexit: et abiit in domũ suã. Videtes aũt turbe timuerũt et glificauerũt deũ: qui dedit potestatẽ talem hoĩbꝰ. Credo. Offer.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe et super iram inimicorum meorũ extendes manum tuam et saluum me fecit dextera tua. Secreta

Deus qui nos ꝑ huiꝰ sacrificii venerãda ꝯmercia: vniꝰ sũmeqꝫ diuinitatis ꝑticipes efficis: pſta qs vt sicut tuã cognoscimꝰ veritatẽ sic eã dignis mẽtibꝰ et moribꝰ assequamur. Per. Coĩo. Tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis vtinam dirigãtur vie mee ad custodiendas iustificatiões tuas. Postcoĩo.

Grãs referimꝰ tibi dñe sacro munere vegetati: tuã miam depcãtes: vt dignos nos eiꝰ ꝑticipatiõe pficias. Per. Feria quarta. Ad thessalonicenses i.ii.ca

Frẽs. Mẽores fci estis laboris nri et fatigatõis. nocte et die operãtes ne quẽ vrm grauaremꝰ pdicauimꝰ ĩ vobis euãgeliũ dei. Vos testes estis et deꝰ ꝙ scẽ et iuste et sine qrela vobis q̃ credidistis affuimꝰ sicut scitis qualiꝭ vnũquẽqꝫ vrm tãꝙ patꝭ filios suos depcãtes vos et cõsolantes testificati sumꝰ vt ãbularetꝭ digne deo q̃ vocauit vos in suũ regnũ et gliam. Ideo et nos grãs agimus deo sine intmissiõe: qm̃ cũ accepistis a nobis verbũ auditꝰ dei: accepistis illud nõ vt verbũ hoĩm: sꝫ sicut est vere verbũ dei: q̃ opatur in vobis q̃ credidistis. In xpo iesu dño nostro.

Secundum matheum. xii.c

In illo tpe. Dixit dñs iesus discipulis suis. Omne peccatũ et blasphemia remittetꝭ hoĩbus sps aũt blasphemie non remittetꝭ Et q̃cũqꝫ dixerit verbum cõtra filium

hoīs remittet̃ ei. Qui aūt dixerit cō tra spūm sctm: nō remittet̃ ei: neqꝫ in hoc seculo: neqꝫ ī futuro. Aut facite arborē bonā: ꝛ fructū eius bonū aut facite arborē malā. et fructū eiꝰ malū. Siqdem ex fructu arbor cog noscit̃. Progenies viparū quomō potestis bona loqui cū sitis mali. Ex abundātia enī cordis: os loqtur Bonus homo de bono thesauro ꝓfert bona: et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autē vobis: qm̄ omne verbū ociosū qđ locuti fuerint hoīes reddēt rationē de eo ī die iudicii. Ex verbis eī tuis iustificaberis: et ex verbis tuis cōdē naberis. Feria. vi. Ad chori .i. vi. ca.

FRatres. Nescitis qm̄ corpora vestra mēbra sūt xp̄i. Tollēs ergo mēbra christi: faciā mēbra meretricis? Absit. An nescitis qm̄ qui adheret meretrici: vnū corpus efficitur? Erunt enī inquit duo in carne vna. Qui autē adheret dn̄o: vnus spūs est. Fugite fornicationē. Omne enī peccatū quodcūqꝫ fecerit homo: extra corpus est. Qui autē fornicatur: in corpus suum peccat An nescitis qm̄ mēbra vestra tēplū est spūs sancti: qui in vobis est. quem habetis a deo: et nō estis vestri. Empti enī estis precio magno. Glorificate ꝛ portate deū: in corpore vestro Secundum lucam. xxi. ca.

IN illo tp̄e. Dixit dn̄s iesus discipulis suis. Attendite vobis ne forte grauētur corda vestra ī crapula et ebrietate et curis huius vite et supueniat in vos repentina dies illa. Tanqͣ̄ laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaqꝫ omni tp̄e orantes: vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt et stare ante filiū hoīs. Dn̄ica. xx.

OMnia q̄ fecisti nobis dn̄e ī vero iudicio fecisti. q꞉ peccauimꝰ tibi et mādatis tuis non obediuimꝰ sed da gl'iam noī tuo et fac nobiscū scđm multitudinē mīe tue. ps Beati imaculati in via qui ambulant in lege dn̄i. Oratio.

OMp̄s et misericors deus vniuersa nobis aduersātia ꝓpiciatus exclude. vt mēte et corpore pariter expediti: q̄ tua sūt liberis mētibꝰ exequamur. p. Ad ephe. v. c.

FRatres. Videte quomō caute ābuletis. nō quasi insipiētes: sꝫ vt sapiētes. Redimētes tēpus qm̄ dies mali sūt. Propterea nolite fieri imprudētes: sed itelligentes que sit volūtas dei Et nolite iebriari vino in quo ē luxuria: sed ipleamini spū sctō: loquentes vobismetipsis ī psalmis hymnis et cāticis spiritalibꝰ cātantes et psallētes in cordibꝰ vestris dn̄o. Grās agētes semp pro oībus ī noīe dn̄i nostri iesu xp̄i: deo ꝛ patri Subiecti inuicē ī timore xp̄i R. Oculi oīm ī te sperāt dn̄e et tu das illis escā ī tp̄e oportuno V. Aperis tu manū tuā et iples oē aīal bn̄dictiōe. Allā. V Attendite pp̄le meꝰ legē meā iclinate aurē vrāꝫ ī verba oris mei. S. mat. xxii. c

IN illo tp̄e. Loquebat̃ iesus cū discipulis suis in parabolis: dicēs. Simile factū est regnū celoꝝ homi regi: q̄ fecit nuptias filio suo Et misit seruos suos vocare iuita

tos ad nuptias: et nolebãt venire. Iterum misit alios seruos: dicens Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui: tauri mei et altilia occisa sunt: et omnia parata. Venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt alius in villam suam: alius vero ad negociationẽ suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos: et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant nõ fuerũt digni. Ite ergo ad exitus viarum: et quoscũqz inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ in vias cõgregauerũt omnes quos inuenerunt bonos et malos: et implete sunt nuptie discumbentium Intrauit autem rex vt videret discumbentes et vidit ibi hominẽ nõ vestitum veste nuptiali. Et ait illi Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. At ille obmutuit. Tũc dixit rex ministris Ligatis manibus et pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores Ibi erit fletus et stridor dentium. Multi autẽ sunt vocati pauci vero electi: Credo Offer. Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon Secreta.

Hec munera quesum⁹ domine que oculis tue maiestatis offerimus salutaria nobis esse concede Per dominum. Cõmunio. Memento verbi tui seruo tuo domine i quo michi spem dedisti: hec me cõsolata est in humilitate mea. Postcõio.

Tua nos domine medicinalis operatio et a nostris puersitatib⁹ clemẽter expediat et tuis faciat semp inherere mãdatis. Per dñm.

Feria quarta ad thessalon. i.c.

Fratres. Gratias agere debemus deo semp pro vobis: ita vt dignum est. Qm̃ supercrescit fides vestra et abũdat caritas vniuscuiusqz vestrum in inuicem ita vt et nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patiẽtia vestra et fide in oĩbus tribulationib⁹ vestris et p secutõib⁹ quas sustinetis in exẽplũ iusti iudicii dei vt digni habeami regno dei pro quo patimini Si tamẽ iustũ est apud deum retribuere tribulationẽ hiis qui vos tribulãt. et vobis q̃ tribulami reqẽ nobiscũ i reuelatiõe dñi iesu de celo cũ ãgelis virtuti ei⁹ i flãma ignis dãtis vĩdictã hiis q̃ nõ nouerũt deũ et q̃ nõ obedierũt euãgelio dñi nri iesu xpi Qui penas dabũt i iteritu et̃nas a facie dñi et a glia virtuti ei⁹ cũ venerit glificari i sctis suis et admirabilis fieri in oib⁹ qui crediderũt dñm nrm iesũ xpz Scdm matheũ xiii.c

In illo tpe. Dixit dñs iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile ẽ regnũ celoꝝ grano sinapis qd accipiẽs hõ seminauit i agro suo Qd minimũ qdẽ est oib⁹ seminib⁹ Cũ aũt creuerit maius est oib⁹ olerib⁹. Et fit arbor ita vt volucres celi veniãt et habitẽt in ramis ei⁹. Aliã parabolã locutus est eis. Simile ẽ regnũ celoꝝ fermẽto qd acceptum

mulier abscōdit i farine satis trib⁹ donec fermentatū est totum. Hec omnia locutus est iesus in parabolis: ad turbas Et sine parabolis nō loquebat eis: vt impleret quod dictum erat per prophetam dicētem. Apperiam in parabolis os meum eructuabo abscondita a cōstitutiōe mundi. Feria sexta.

Ad chorinthios. i.iiii.et v.c

FRatres. Nō in sermone ē regnum dei: sed in virtute. Quid vultis. In virga veniā ad vos. an ī caritate et spiritu mansuetudinis. Omnino auditur inter vos fornicatio: et talis fornicatio qualis nec inter gentes: ita vt vxorē patris aliquis habeat. Et vos inflati estis: et non magis luctū habuistis: vt tollatur de medio vestrū qui hoc op⁹ fecit Et ego quidē absēs corpore p̄sens autē spiritu: iam iudicaui vt presens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri iesu christi: congregatis vobis: et meo spiritu cum virtute dn̄i iesu: tradere huius modi sathane in interitū carnis: vt spiritus saluus sit in die dn̄i nostri iesu christi. Scd̄m lucam. xiii.c

IN illo tempore. Accesserūt ad iesum qdā phariseo᷑: dicētes illi. Exi et vade hinc: quia herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite ⁊ dicite vulpi illi. Ecce eicio demonia: et sanitates perficio hodie et cras: ⁊ tercia die consūmor. Verūptamen oportet me hodie et cras et sequēti die ambulare: quia non capit prophetā perire extra hierusalem:

Dominica xxi: Officiū

IN volūtate tua dn̄e vniuersa sūt posita: et nō est q̄ possit resistere volūtati tue tu eni fecisti oīa: celū et terrā ⁊ vniuersa q̄ celi ābitu cōtinet: dn̄s vniuerso᷑ tu es. Ps. Beati inmaculati in via qui ābulauit in lege dn̄i. Glia Oratio:

LArgire q̄s dn̄e fidelib⁹ tuis īdulgētiā placat⁹ ⁊ pacē: vt pariť ab oib⁹ mūdent offēsis et secura tibi mēte deseruiāt. p. Ad ephe. vi.c

FRatres: Cōfortamini in dn̄o et ī potētia virtutis ei⁹. Induite vos armaturā dei vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Qm̄ nō est vobis colluctatio aduersus carnē et sāguinē: sed aduersus prīcipes ⁊ potestates: aduersus mūdi rectores tenebra᷑ ha᷑ ꝯtra spiritualia neqcie in celestib⁹. Propterea accipite armaturā dei vt possitis resistere ī die malo et in oib⁹ pfecti stare. State ergo succicti lūbos vestros ī veritate īduti loricā iustitie ⁊ calciati pedes ī p̄paratione euāgelii pacis In oib⁹ sumētes scutū fidei ī quo possit oīs tela neq̄ssimi ignea extiguere. Et galeā salut assumite et gladiū sp̄ūs quod est verbū dei. R. Dn̄e refugiū factus es nobis a generatione et progenie. V. Priusq̄ mōtes fierent aut formaretur orbis terre a seculo et vsq3 in seculū. V. Replebimur ī bonis domus tue sanctum est téplū tuū: mirabile in equitate Scd̄m iohān̄e iiii.c

IN illo tp̄e. Erat qdā regul⁹ cuī⁹ fili⁹ īfirmabat capharnaū Hic cū audisset q2 iesus adueniret a iudea in galileā abiit ad eū et rogabat eum: vt descenderet et sanaret

filiũ ei⁹. Incipiebat enĩ mori. Dixit ergo iesus ad eũ. Nisi signa et prodigia videritis. non credetis. Dixit ad eum regulus Domine descende priusq̃ moriatur filius meus. Dixit ei iesus. Vade: filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quẽ dixit ei iesus et ibat. Jam autẽ eo descendẽte: serui occurrerunt ei et nunciauerũt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horã ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater: quia illa hora erat: in qua dixit ei iesus/ filius tuus viuit. Et credidit ipse et dom⁹ eius tota. Credo. Offr. Vir erat i terra noĩe iob simplex et rectus ac timẽs deum quem sathan petiit vt temptaret et data est ei potestas a dño in facultate et in carne eius perdiditq; oẽm substantiã ipsius et filios eius carnẽ quoq; eius graui vlcere vulnerauit. Secreta

Celestem nobis p̃beãt hec mysteria quesumus domine medicinam: et vicia cordis nostri expurgẽt. Per. Coĩo. In salutari tuo anima mea et in verbum tuũ speraui q̃n facies de persequẽtib⁹ me iudiciũ iniq̃ persecuti sũt me adiuua me dñe de⁹ me⁹. Postcõ.

Ut sacris domĩe reddamur digni muneribus: fac nos quesumus tuis obedire mandatis. Per dominum

Feria .iiii.

Ad Romanos. xiiii.c

Fratres: Nemo nostrum sibi viuit. & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus: domino viuim⁹. Siue morimur: domino morimur Siue ergo viuimus siue morimur domini sumus. In hoc enĩ christus mortuus est et resurrexit: vt et mortuorum & viuorum dominetur Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ aut tu quare spernis fratrem tuum? Oẽs enim stabimus: ante tribunal christi. Scriptum est enim Viuo ego dicit dominus: quoniam michi flectetur omne genu: et omnis lingua cõfitebitur deo. Itaq; vnusquisq; vestrum: pro se rationem reddet deo.

Secundum iohannem. xii.

In illo tempore: Cum tanta signa fecisset iesus coram iudeis non credebant in eũ: vt sermo isaie prophete impleretur quẽ dixit. Domine quis credidit auditui nostro: et brachiũ domini cui reuelatũ est? Propterea non poterant credere: quia iterum dixit isaias. Excecauit oculos eorum et indurauit cor eorum: vt non videant oculis et ĩtelligant corde et conuertantur et sanem eos Hec dixit isaias: quando vidit gloriam eius et locutus est de eo. Verum tamen et ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter phariseos non confitebantur vt de synagoga non eiicerentur. Dilexerunt enim gloriã hominũ magis q̃ gloriam dei

Feria sexta.

Ad Hebreos. xii.ca.et xiii.

Fratres: Habemus gratiã: per quam seruiamus placentes deo cum metu et reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est. Charitas fraternitatis maneat in vobis: et hospitalitatẽ nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospicio receptis.

Mementote vinctorũ tanq̃ simul vincti: et laborãtiũ tanq̃ et ipsi in corpore morãtes. Honorabile cõnubiũ in oĩbus: et thorus imaculatus Fornicatores enĩ et adulteros: iudicabit deus. Sint mores sine auaricia: cõtenti p̃sentibus. Ipse enĩ dixit. Nõ te deserã neq̃ derelinquã: ita vt cõfidenter dicamus. Dñs michi est adiutor: nõ timebo q̃d faciat michi homo. Mementote prepositorꝝ vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei: quorum intuentes exitũ conuersacionis; imitamini fidem Jesus christus heri et hodie: ipse et ĩ secula **Scdm lucam** xii. c

In illo tempore. Dicebat iesus ad turbas. Cum videritis nubem orientem ab occasu: statim dicitis. Nimbus venit. Et ita fit. Et cum austrum flantem: dicitis: q2 estus erit: et fit. ypocrite: faciem terre et celi nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis. Quid autem a vobisipsis non iudicatis quod iustum est. Cum aũt vadis cum aduersario tuo ad principem: in via da operam liberari ab illo ne forte trahat te ad iudicem et iudex tradat te exactori: et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi: nõ exies inde donec etiam nouissimũ minutũ reddas. **Dñica xxii. Offici.**

Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe q̃s sustinebit: quia apud te ꝓpiciatio est deus israel. **ps.** De ꝓfũdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam **Oratio**

Familiã tuã q̃s dñe ↄtinua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatib⁹ te ꝓtegente sit libera: et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum

Ad philippenses. i. ca

Fratres. Confidimus ĩ domino iesu: q2 qui cepit in vobis bonum opus perficiet vsq̃ in diem iesu christi. Sicut est michi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo ꝙ habeã vos in corde et in vinculis meis: et in defẽsiõe: et cõfirmatiõe euãgelii: socios gaudii mei oẽs vos esse. Testis enĩ michi est deus: quomodo cupiam omnes vos in visceribus iesu christi. Et hoc oro: vt caritas vestra magis ac magis abũdet in scientia et in omni sensu: vt probetis potiora: vt sitis sinceres ꝛ sine offẽsa ĩ diem christi. Repleti fructu iustitie per iesum christũ in gloriã ꝛ laudem dei. **R.** Ecce q̃ bonum et q̃ iocũdum habitare fratres in vnum. **V.** Sicut vnguẽtum in capite quod descendit in barbam barbam aaron: Alleluia. **V.** De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Secundum matheum. xviii. ca.

In illo tempore. Dixit domin⁹ iesus discipulis suis: parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cũ seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere: oblatus est ei vnus qui debebat decem milia talenta. Cũ autem non haberet vnde redderet: iussit eum domin⁹ eius venundari et vxorem eius ꝛ filios et omnia que habebat et reddi. Procidens aũt seruus ille: rogabat eũ dicens. Paciẽtiã habe ĩ me ꝛ om

nia reddam tibi. Misertus autẽ dominus serui illius dimisit eum: et debitum dimisit ei: Egressus autẽ seruus ille: inuenit vnum de conseruis suis qui debebat ei centũ denarios. Et tenẽs suffocabat eũ dicens Redde qđ debes. Et ꝓcidẽs cõseru⁹ eius: rogabat eũ dicens. Patientiã habe in me: et omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit et misit eum in carcerem: donec redderet debitum. Videntes autem cõserui ei⁹ que fiebant: contristati sunt valde: Et venerunt et narrauerũt dño suo oĩa que facta fuerãt. Tũc vocauit illum dñs suus: et ait illi Serue neq̃ omne debitum dimisi tibi: quoniã rogasti me. Nõne ergo oportuit ⁊ te misereri cõserui tui: sicut et ego tui misertus sum Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus: quoadusq; redderet vniuersum debitũ. Sic et pater meus celestis faciet vobis: si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordib⁹ vřis. Credo. Offr. Recordare mei dñe oĩpotentatui dominans da sermonẽ rectũ et benesonãtẽ in os meũ vt cõplaceant verba mea in cõspectu principũ euerte cor eorũ in odium repugnantiũ nobis et in eos qui cõsentiũt eis nos autem libera in manu tua deus noster in eternum Secre: Suscipe domine ꝓpicius hostias quibus ⁊ te placari voluisti et nobis salutem potenti virtute restitui. Per dominum nostrũ Coĩo. Dico vobis gaudiũ est angelis dei super vno peccatore penitẽtiã agente Postcõ. Immortalitatis alimoniã consecuti quesumus domĩe: vt qđ ore ꝑcepimus: pura mẽte sectemur. Per dominum

Feria. iiii. Ad thessaloĩcẽses. i. v.

Fratres Omnes vos filii lucis estis: et filii dei Non sum⁹ noctis: neq; tenebrarũ. Igitur nõ dormiamus sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrii sim⁹. Qui enĩ dormiunt: nocte dormiũt. Et qui ebrii sũt: nocte ebrii sũt Nos aũt qui diei sum⁹: sobrii simus: induti loricam fidei ⁊ caritatis et galeam spem salutis. Quoniã nõ posuit nos deus in irã sed in acquisitionẽ salutis per dñm nostrũ iesum christũ qui mortu⁹ est pro nobis: vt siue vigilem⁹ siue dormiamus: simul cum illo viuamus Propter quod cõsolamini inuicem et edificate alterutrũ sicut et facitis In christo iesu domino nostro

Secundum Lucam xvii

In illo tempore. Dixit domin⁹ iesus discipulis suis. Impossibile est vt non veniant scandala Ve autem illi per quem veniunt. Vtilius est illi: si lapis molaris imponatur circa collum eius et proiiciatur in mare: q̃ vt scandalizet vnum de pusillis istis. Attẽdite vobis. Si peccauerit in te frater tuus: increpa eũ Et si penitentiam egerit: dimitte illi. Et si septies in die peccauerit ĩ te et septies in die conuersus fuerit ad te dicens. penitet me: dimitte illi Et dixerunt apostoli domino Adauge nobis fidem. Dixit autem domin⁹ Si habueritis fidẽ sicut granum sinapis: dicetis huic arbori moro eradicare et transplantare in mare: et obediet vobis.

Feria.vi.Pauli ad romãos.iii et iiii

FRatres. Arbitramur eñ iustificari hoiem per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tãtum? Nõne et gentiũ? Immo et gentium. Qm̃ quidẽ vnus est deus qui iustificat circũcisionẽ ex fide: et preputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legẽ statuimus. Quid ergo dicem9 inuenisse abraham patrem nostrũ secũdũ carnẽ? Si enĩ abrahã ex operibus legis iustificatus ẽ: habet gloriã sed nõ apud deũ. Quid enĩ dicit scriptura? Credidit abraã deo: et reputatũ est illi ad iustitiã. Ei aũt qui operatur merces non imputat secũdũ gratiã: sed scd̃m debitũ. Ei vero qui nõ operatur: credẽti autẽ in eũ qui iustificat impiũ reputat fides eius ad iustitiã scd̃m ꝓpositũ gratie dei.

Feria sexta Secũdũ Marcũ

IN illo tempore: dixit dñs iesus discipulis suis. Quicunq; me susceperit non me suscipit/sed eum qui me misit. Respondit illi iohannes/dicens. Magister/vidim9 quendam in nomine tuo eiicientẽ demonia/qui nõ sequit nos et phibuim9 eum. Jesus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo: et possit cito male loqui de me. Qui enĩ nõ est aduersum vos pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque in nomine meo/ quia christi estis/amẽ dico vobis nõ perdet mercedẽ suã. Et quisquis scãdalizauerit vnum ex his pusillis credentib9 in me/bonum est ei magis si circũdaretur mola asinaria collo eius/et in mare mitteret. Et si scãdalizauerit te manus tua / abscide illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam/q̃ duas manus habentem ire in gehẽnã/in ignẽ inextinguibilem. Vbi vermis eorum nõ moritur/et ignis nõ extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat/ amputa illum. Bonũ est tibi claudũ introire in vitam eternã q̃ duos pedes habentẽ mitti in gehẽnã ignis inextinguibilis. Vbi vermis eorum nõ moritur/et ignis non extinguit. Quod si oculus tuus scãdalizat te/eiice eũ. Bonũ est tibi luscum introire in regnũ dei / q̃ duos oculos habentem mitti in gehennã ignis. Vbi vermis eorum non morit/et ignis nõ extinguit. Omnis enim igne salietur et omnis victima sale salietur. Bonũ est sal. Quod si sal insulsum fuerit in quo illud condietis? Habete in vobis sal/et pacem habete inter vos.

Dominica.xxiii Officium.

DIcit dominus ego cogito cogitationes pacis et nõ afflictionis inuocabitis me et ego exaudiam vos et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. ps. Benedixisti dñe terram tuam auertisti captiuitatẽ iacob. Gl̃a. Gl̃a i ex. Or.

DEus refugium nostrum et virtus adesto piis ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis: et presta/ vt quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per

Ad philippenses iii.

Fratres: Imitatores mei esto/te: et obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formā nostrā. Multi enim ambulant: quos sepe dicebam vobis: nunc autem et flēs dico inimicos crucis christi: quorū finis interitus. quorū deus venter est et gloria in cōfusione ipsorum: qui terrena sapiunt. Nostra autem cō/uersatio in celis est. Unde etiam saluatorem expectamus dominū nostrum iesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre: configuratum corpori claritatis sue secundum operationē qua etiā possit subicere sibi omnia. In christo iesu: domino nostro. Responsorium. Liberasti nos dñe ex affligētibus nos. et eos qui nos oderūt cōfudisti. ℣ In deo laudabimur tota die et in noīe tuo cōfitebimur in secula. Alla ℣: Dextera dñi fecit virtutem dextera domini exaltauit me.

Secundum Matheum xxii.

In illo tempore. Abeuntes pharisei consilium inierunt vt caperent iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis: dicentes. Magister scimus qr verax es/et viam dei in veritate doces: et nō est tibi cura de aliquo. Nō enim respicis personam hominū. Dic ergo nobis quid tibi videtur: licet censum dari cesari an non? Cognita autem iesus nequitia eorum ait. Quid me tētatis ipocrite? Ostēdite mihi nūmisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis iesus. Cuius est imago hec et superscriptio? Dicunt ei Cesaris. Tūc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo: Credo Offr: De pfūdis clamaui ad te domine dñe exaudi vocem meā: Sec

Da misericors deus: vt hec nos salutaris oblatio / et a ppriis reatibus indesinenter expediat et ab omnibus tueatur aduersis. Per do Coio. Amen dico vobis quicqd orātes petitis credite qr accipietis et fiet vobis Postcoio

Sumpsimus domine sacri dona mysterii humiliter deprecātes: vt que in tui commemoratiōēz nos facere pcepisti in nostre pficiāt infirmitatis auxilium. Per

Feria quarta. Ad Romanos xiii

Fratres. Subditi estote: nō solum pter iram/sed pter cōscientiā. Ideo enim et tributa pstatis. Ministri enim dei sunt: in hoc ipsum seruientes. Reddite omibus debita. Cui tributum/tributū. Cui vectigal/vectigal. Cui timorem/timorem. Cui honorem/honorem

Secundum Matheum xvii

In illo tempore: Cum venisset iesus capharnaum/accesserūt qui didragma accipiebant ad petrū et dixerunt ei. Magister vester nō soluit didragma? Ait: Etiam. Et cum intrasset domū: preuenit eum iesus dicens. Qd tibi videtur simō? Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum a filiis suis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos: vade ad mare/et mitte hamū. et eū piscem qui primus ascenderit tolle: Et aperto ore eius/inuenies state-

rem. Illū sumens: da eis pro me et te. Feria vi. Pauli ad timotheū. i. vi

Charissime: Nichil intulimus in hunc mundū: haud dubiū quia nec auferre quid possum⁹ habētes autem alimēta ꝛ quibus tegamur: his contenti simus. Nā qui volunt divites fieri incidūt in tētationē et in laqueū diaboli et desideria multa inutilia et nociua: que mergunt hoīes in interitū et perditionē. Radix eni oīm malorum est cupiditas. quā quidā appetētes errauerūt a fide et inseruerūt se dolorib⁹ multis. Tu autem o homo dei hec fuge: Sectare vero iusticiā/ pietatē/ fidē/ patientiā/ mansuetudinē. Certa bonū certamē: apprehende vitā eternā in qua vocatus es et cōfessus bonā confessionē corā multis testib⁹. Precipio tibi corā deo qui viuificat oīa et christo iesu qui testimoniū reddidit sub pontio pilato bonā cōfessionem: vt serues mandatū sine macula, irreprehēsibile vsq; in aduētum dn̄i nostri iesu christi. Quem suis tēporibus ostēdet beatus et solus potens rex regū et dn̄s dn̄antiū: qui solus habet immortalitatē et lucē habitat inaccessibilē. Quē nullus hominum vidit: sed nec videre potest. Cui honor et imperiū sempiternū. Amen. Secundū matheū. xii.

In illo tp̄e: Exeuntes pharisei cōciliū faciebāt aduersus iesū quo modo perderent eū. Jesus autē sciēs recessit inde: et secuti sūt eum multi: et curauit eos oēs. Et precepit eis ne manifestū eum facerent: vt adimpleretur quod dictū est per isaiā prophetā dicentem. Ecce puer meus quē elegi: dilectus me⁹ ī quo bene cōplacuit aīe mee. Ponā spiritū meū super eū: et iudiciū gētibus nūciabit. Nō cōtēdet neq; clamabit neq; audiet aliquis in plateis vocē eius. Arundinē quassatā nō cōfringet et lignū fumigans nō extinguet: donec eiiciat ad victoriā iudiciū et in nomie eius gentes sperabūt.

Dominica. xxiiii. Officium.

Dicit dn̄s ego cogito cogitationes pacis et nō afflictionis inuocabitis me ꝛ ego exaudiā vos et reducā captiuitatē vestrā de cūctis locis. Ps. Bn̄dixisti dn̄e terrā tuā auertisti captiuitatē iacob Gloria

Omps sēpiterne deus Orō miam tuā ostēde supplicibus vt qui de meritorꝝ qualitate diffidimus nō iudiciū sed indulgētiam sētiam⁹. P. Ad collocēses. i. c

Fratres: Nō cessam⁹ pro vobis orātes et postulātes: vt impleamini agnitione volūtatis eius. In oī sapiētia et intellectu spirituali: vt ābuletis digne deo per oīa placētes. In oī opere bono fructificātes: ꝛ crescētes in sciētia dei. In oī virtute cōfortati: secūdū potētiā claritatis ei⁹. In oī patientia et lōganimitate cū gaudio. Grās agētes deo patri: qui dignos nos fecit in partē sortis sctōrū in lumie. Qui eripuit nos de potestate tenebrarꝝ: ꝛ trāstulit ī regnū filii dilectiōis sue in quo habemus redēptionē et remissionē peccatorꝝ: per iesū xp̄m: dn̄m nostrū. R. Liberasti nos dn̄e ex affligētibus nos et eos qui nos oderūt cōfudisti. V. In die laudabi-

mur tota die et in noie tuo cōfitebimur i secula. Allā. ℣. Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me.

Secundum matheū. ix. ca

In illo tempore: Loquente iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit et adorabat eū dicēs Dñe filia mea modo defuncta est: sed veni impone manū sup eā et viuet. Et surgēs iesus sequebat eū: et discipuli ei⁹. Et ecce mulier q̄ sāguinis fluxū patiebat duodeci ānis: accessit retro et tetigit fimbriā vestimēti ei⁹. Dicebat eni intra se. Si tetigero tātū vestimentū eius: salua ero At iesus cōuersus et vidēs eā: dixit Cōfide filia fides tua te saluā fecit. Et saluata est mulier: ex illa hora Et cū venisset iesus in domū principis et vidisset tibicines et turbā tumultuātem: dicebat. Recedite. Nō est eni mortua puella: sed dormit. Et deridebāt eū. Et cū eiecta esset turba: itrauit et tenuit manū eius. Et dixit. Puella surge. Et surrexit puella Et exiit fama hec in vniuersā terram illam. Credo.

Offer. De pfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meam. Secreta.

Sacrificiū tibi dñe celebrādum placat⁹ intēde: quod et nos a viciis nostre cōditionis emūdet: et tuo noi reddat acceptos. P. Coio. Amen dico vobis quicquid orātes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcoio

Cōcede nobis dñe q̄s vt sacramētū qđ sūpsim⁹ q̄cquid i nostra mēte viciosū est ipsi⁹ medicamis dono curet p. Feria iiii. pau. ad hebre.

Fratres. Habētes fiduciā in introitu sctōꝝ in sāguie xpi quā iniciauit nobis viā nouā et viuentē per velamē id est carnē suā et sacerdotē magnū super domū dei: accedamus cū vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a consciētia mala et abluti corpus aqua munda teneamus spei nostre cōfessionē indeclinabilē Fidelis eni est qui repromisit. Et consideremus inuicē in puocationē charitatis et bonoꝝ operū: nō deserētes collectionē nostrā sicut cōsuetudis est qbusdā sed cōsolātes et tāto magis q̄to videritis appropinquātē diem. Volūtarie eni peccantibus nobis post acceptā noticiā veritatis iā non relinquit pro peccatis hostia: terribilis aūt quedā expectatio iudicii et ignis emulatio q̄ cōsūptura est aduersarios. Se. math. viii

In illo tpe: Cū venisset iesus i domū petri vidit socꝝ ei⁹ iacētē et febricitātē et tetigit manū ei⁹ et dimisit eā febris. Et surrexit et ministrabat eis. Vespere aūt facto obtulerūt ei multos demonia habētes et eiiciebat spūs verbo. Et oēs male habentes curauit: vt adimpleret quod dictū est per isaiā pphetā dicētē. Ipse infirmitates nr̄as accepit: et egrotatiōes nostras portauit. Feria vi.

Pauli ad hebreos. iii. ca.

Fratres: Videte ne forte sit in aliquo vestrū cor malū incredulitatis discedēdi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognoiatur vt nō obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes ei xpi effecti sum⁹: si tamē initiū substātie eius vsq3 ad finē firmū retineam⁹. Dū

dicitur hodie si vocē eius audieritis
nolite obdurare corda vestra: quēad
modū in illa exacerbatione. Quidā
enī audiētes exacerbauerūt: sed nō
vniuersi qui profecti sūt ab egipto
per moysen. Quibus autē infensus
est quadraginta ānis: Nōne illis q̄
peccauerūt quoꝝ cadauera ꝓstrata
sūt ī deserto. Quibꝰ autē iurauit nō
introire in requiē ipsius nisi illis q̄
increduli fuerūt: Et videmus quia
non potuerunt introire propter in=
credulitatē. Timeamus ergo ne for
te relicta pollicitatione introeūdi ī
requiem eius: existimet aliquis ex
nobis deesse. Et enī et nobis nunci=
atū est quēadmodū et illis: sed non
profuit illis sermo auditus non ad=
mixtus fidei ex his que audierūt. In
grediemur eī ī requiē qui credidimꝰ
in dñm nostrum iesum xp̄m.

Secundum Lucā. vi.

IN illo tpe Factum est vt intra
ret iesus in synagogā ⁊ doceret
Et erat ibi homo: et manus eius de
xtera erat arida. Obseruabāt autē
scribe et pharisei si in sabbato cura=
ret vt inuenirēt vnde accusarēt eum
Ipse vero sciebat cogitatōes eoꝝ. Et
ait hoī qui habebat manū aridam.
Surge: et sta in mediū. Et surgens
stetit. Ait autē ad illos iesus. Inter=
rogo vos si licet sabbatis benefacere
an male/aīam saluā facere an per=
dere: Et circūspectis oībus dixit hoī
Extende manū tuā. Et extēdit: et re
stituta est manꝰ eiꝰ. Feria. iii. pasche

Zima vetus expurget vt sincere
celebret noua resurrectio. Hec ē
dies nostre spei: huius mira vis diei
legis testimonio. Hec egyptū spolia
uit et hebreos liberauit de fornace
ferrea. His in anticonstitutis: opus
erat seruitutis lutū latet palea. Iā
diuine laus virtutis iam triumphi
iam salutis vox erumpat libera. Hec
est dies quē fecit dominus dies no=
stri doloris terminꝰ: dies salutifera.
Lex est vmbra futurorum: christus fi
nis promissoꝝ qui cōsūmat omnia
Christi sanguis igneā ebetauit rū=
pheā amota custodia. Puer nostri
forma risus: pro quo veruex est occi
sus vite signat gaudiū. Joseph exiit
de sisterna: christus redit ad super=
na post mortis suppliciū. Hic dracho
nes pharaonis dracho vorax et dra=
chonis: immunis malicia. Quos
ignitus vulnerat hos serpentes libe
rat enei presentia. Anguem forat in
maxilla christus anus et armilla in
cauerna reguli. Manum mittit ab
lactatus: et sic fugit exturbatus: ve=
tus hospes seculi. Irrisores elisei: dū
conscendit donū dei: zelum calui sē=
tiūt. Dauid arepticius hyreus emis
sarius: et passer effugiunt. In max=
illa mille sternit: et de tribu sua sper
nit sanson matrimoniū. Sanson
gaze seras pādit et asportās portas
scandit mōtis supercilium. Sic de
iuda leo fortis fractis portꝭ dire mor
tis die surgit tercia. Rugiēte voce pa
tris: ad superne sinū matris: tot re=
uexit spolia. Cetus ionā fugitiuū:
veri ione signatiuum post tres dies
redit viuum de ventris angustia.
Botrus cypri reflorescit: synagoge
flos marcescit dilatat et excrescit et
floret ecclesia. Mors et vita conflire

re: resurrexit christus vere et cū xp̄o surrexere multi testes glorie. Mane nouū mane letū: vespertinū tergat fletum: quia vita vicit letū tēpus est leticie. Jesu victor iesu vita iesu vite via trita ei⁹ morte mors sopita ad paschalem nos inuita mensam cū fiducia. Viue panis viuax vnda vera vitis et fecūda tu nos pasce tu nos munda vt a morte nos secūda tua salues gratia. Amē.

Feria iiii. pasche. Prosa

Ecce dies celebris lux succedit tenebris morti resurrectio. Letis cedant tristia: cum sit maior gloria q̄ prima cōfusio. Umbrā fugat veritas vetustatē nouitas: luctū consolatio. Pascha nouū colite: qd̄ preit in capite: mēbra spectant singula. Pascha nostrū xp̄s est: qui pro nobis passus est agnus sine macula. Hosti q̄ nos circuit: predā xp̄s eruit: quod sanson preinnuit dū leonē lacerat. Dauid fortis viribus a leonis vnguibus et ab vrsi faucib⁹: gregē patris liberat. Quod in morte plures strauit: sanson xp̄m figurauit: cuius mors victoria. Sālon dictus sol eorum: christus lux est electorum quos illustrat gratia. Jam de sacro crucis vecte: botrus fluit in due re penetral ecclesie. Jā calcato torculari: musto gaudēt debriari: gētiū primicie. Saccus scissus et ptusus: i regales trāsit vsus saccus fit socus glorie caro victrix miserie. Quia regē peremerunt: rei regnū perdiderūt: sed non deletur penitus caym in signū posit⁹. Reprobatus ꝛ abiectus: lapis iste nūc electus: in tropheū stat erectus: et in caput anguli. Culpam deles nō naturā: nouam creat creaturā: tenēs in se ligaturā vtriusq̧ populi. Capiti sit gloria: membrisq̧ concordia. Amen.

Feria iiii. pēthe.

Simplex in essētia: septiformis grā nos reformet spirit⁹. Sordis lustret tenebras et carnis illecebras: lux emissa celitus. Lex p̄cessit i figura: lex penalis lex obscura: lumē euangelicū. Spiritalis intellectus: litterali frōde pectus: pdeat in publicū. Lex de mōte populo: paucis in cenaculo: noua dat̄ gratia. Sit⁹ docet nos locorū: preceptorꝝ vel donorꝝ que sit eminētia. Ignis clagor buccine fragor cū caligine lāpadū discussio. Terrorē incutiūt: nec amorē nutriunt: quē infūdit vnctio. Sic in syna lex diuina reis est īposita. Lex timoris nō amoris puniēs illicita. Ecce patres preelecti: dii recētes sūt effecti: culpe solūūt vincula. Pluunt verbo tonant minis nouis linguis et doctrinis cōsonāt miracula. Exhibentes egris curā morbū dānant nō naturā: psequētes scelera. Reos premunt et castigāt: modo soluunt modo ligāt: potestate libera. Typū gerit iubilei: dies iste sit diei: requiris mysteria. Jn quo tribus milib⁹: ad fidē currētib⁹ pullulat ecclesia. Jubileus est locatus vel dimittens vel mutatus: ad priores vocans status: res distractās libere. Nos distractos sub pctis: liberet lex charitatis: ꝛ perfecte libertatis: dignos reddat munere. Amē.

Hec sūt orōes quas debēt dicere sacerdotes qn̄ īduūt se vestib⁹ sacerdotalib⁹. Ad amictum

Pone dñe galeā salutis in ca-
pite meo ad expugnādas et su
perādas oēs diabolicas fraudes in
noīe pr̄is + filii + spūs̄ci am̄. Ad albā

Indue me dñe vestimēto saluti
ei indumēto iusticie circunda
me sēp p xp̄m dñm nr̄m. Ad cīgulū

Precinge dñe cīgulo fidei lūbos
mei corporis et cōprime et ex-
tinge ī eis humorē libidis: vt iugiter ī
eis maneat tenor totius castitatis.

Ad manipulum

Merear precor domine mani-
pulum portare mente flebi-
li cum patientia vt cū exultatione
illd deferēdo : cū iustis portionē acci
piam. Per. Ad stolam.

Redde michi dñe obsecro stolā
imortalitatis quā perdidi ī pre
uaricatiōe primi parētis et qr cū hoc
ornamēto accedo ꝗuis īdignus ad
tuū sanctū mysteriū p̄sta q̄so : vt cū
eodem letari merear in perpetuum
per. Ad casulam.

Iugum tuum domine suaue
est et onꝰ tuū leue idcirco pre-
sta vt sic illud deportare valeā quati
nꝰ consequi possim tuā gratiam. p.

Oratio ante altare.

Deus qui de īdignis dignos de
peccatoribus iustos de īmun-
dis facis mūdos munda corpus et
cor meū ab oī sorde et cōtagione pec
catorꝫ et fac me dignū atqꝫ strēnuū
sacris altaribus tuis astare et pre-
sta: vt in hoc altari quod indignus
accedere presumo acceptabiles tibi
hostias offerā pro peccatis oīm viuē
tiū et defūctorū fideliū et eorꝫ qui
meis se recōmendauerūt orationi-
bus et per illum meū sit acceptabile
votū qui se tibi deo patri obtulit in
sacrificiū q̄ est oīm opifex et solus si
ne peccati macula iesus christus fi-
lius tuus dñs noster. Qui tecum

Oratio deuota ante celebratio-
nem misse a sacerdote dicenda

Domine nō sum dignus vt in-
tres sub tectum meū sed confi
sus de tua pietate ad altare tuū ac-
cedo īfirmus ad medicū vite : cecus
ad lumen claritatis eterne : egenus
ad dñm celi et terre: nudus ad regē
glorie: ouis ad pastorē/ figmentum
ad suum creatorē: desolatus ad piū
cōsolatorē/ miser ad misericordē cri
minosus ad venie largitorē/ mortu-
us ad viuificatorē/ impius ad iusti-
ficatorē/ induratus ad gratie īfuso-
rem. Rogans immense misericor-
die tue abūdātiā: quatinus meā di-
gneris sanare infirmitatē lauare fe
ditatē illuminare cecitatem/ ditare
paupertatē/ vestire nuditatē/ educe-
re erroneū/ cōsolari desolatū/ recōci-
liari reum/ peccatori dare veniā/ mi
sero īdulgētiā/ criminoso vitā/ mor-
tuo iustificationē: vt te panē āgelo-
rū regē regū et dñm dñantiū recipe
re merear / ea corporis castitate et
animi puritate: ea cordis contritio
ne et lachrymarum fonte: ea letitia
spirituali et celesti gaudio: eo timo-
re et tremore/ ea reuerentia et hono
re: ea fide et humilitate: eo proposi-
to et amore: ea deuotione et gratia
rum actione quibus oportet et de-
cet: ita vt prosit michi ad vitam eter
nam/ et sit michi in remissionē om
nium peccatorum meorum. Amē.

de angelis Gloria in excelsis deo.

Oratio a sacerdote post missã suam dicenda.

Gratias ago tibi dñe dulcissime iesu christe lux vera salus credẽtiũ solacium tristiũ: gaudium angeloꝝ spesqꝫ cunctoꝝ ꝙ me miserum ⁊ magnũ peccatorẽ famulum tuũ hodie sacratissimo corpore et sãguine tuo pascere dignatꝰ es. Ideo ego miserrimus et innumerabilibus criminibus infectus: lachrymosis ꝑcibus imploro benignissimã miam tuã et summã clementiã vt hec dulcissima refectio sũma et incõprehẽsibilis cõmunio nõ sit michi in iudiciũ aĩe mee sed ꝓsit mihi in remediũ ad euacuãdas oẽs ĩsidias ⁊ neqciã diabolice fraudis ita vt nulla eiꝰ dominetur iniqtas in corde corpore anima et sensibus meis: sed tua clementia me ꝑducat ad superna cõuiuia angeloꝝ: vbi tu es vera beatitudo clara lux et sẽpiterna leticia. Amẽ

In festis solennibus.

Gloria in excelsis deo Et in terra pax hoibus bonevolũtatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Grãs agimus tibi propter magnã gloriã tuã. Dñe deus rex celestis deus pater oipotẽs Dñe fili vnigenite iesu xpe. Dñe deus agnus dei filius patris Qui tollis peccata mũdi miserere nobis. Qui tollis peccata mũdi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis Qm̃ tu solꝰ sctũs. Tu solus dñs Tu solus altissimus iesu xpe. Cũ sctõ spũ in gloria dei patris Amẽ.

De beata maria.

Gloria in excelsis deo Et in terra pax hoibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimꝰ te Adoramus te. Glorificamꝰ te Grãs agimꝰ tibi ꝓpter magnã gloriã tuam Dñe deus rex celestis deus pr̃ oĩpotens. Dñe fili vnigenite iesu xpe Spũs et alme orphanorũ paraclite Dñe deus agnus dei filꝰ pr̃is. Primogenitus marie virgis mr̃is Qui tollis peccata mũdi miserere nobis Licet ĩdignis marie seruulis. Qui tollis pctã mũdi suscipe deprecationẽ nostrã. Ad marie gloriã. Qui sedes ad dexterã pr̃is miserere nobis: Qm̃ tu solus sctũs. Mariã scĩficãs. Tu solꝰ dñs. Mariã gubernãs. Tu solus altissimus. Mariã coronãs iesu xpe. Cũ sancto spiritu in glã dei patris Amẽ.

In festis nouẽ lectionũ

Gloria in excelsis deo

Credo in vnũ deum. Patrẽ oipotentẽ. Factorẽ celi et terre. Visibiliũ oim ⁊ inuisibiliũ. Et ĩ vnũ dñm iesũ xpm filiũ dei vnigenitũ. Et ex patre natũ ante omnia secula Deũ de deo lumen de lumĩe deum verũ de deo vero. Genitũ nõ factũ cõsub-

stantiale patri per quē oīa facta sūt Qui propter nos homines et pro-pter nostram salutē descendit de ce-lis. Et incarnatus est de spū sancto ex maria virgine et homo fact⁹ est. Crucifixus etiā p nobis sub pōtio pylato passus et sepultus est. Et re-surrexit tercia die secundū scriptu-ras. Et ascendit in celū sedet ad de-xteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mor-tuos. Cuius regni non erit finis Et in spiritum sanctum dominū et vi-uificātem. Qui ex patre filioqz pro-cedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et cōglorificatur. Qui lo-cutus est per prophetas. Et vnā sā-ctam catholicā et apostolicā eccle-siā. Cōfiteor vnum baptisma in re-missionē peccatorū. Et expecto resur-rectionē mortuorū. Et vitā venturi seculi. Amen

In die natiuitatis dñi. Prefatio

Eterne deus. Quia per incar-nati verbi mysterium noua men-tis nostre oculis lux tue claritatis infulsit. Ut dum visibiliter de-um cognoscimus per hunc inuisi-biliū amore rapiamur Et ideo cū angelis et archangelis cū thronis et dominationibus Cumqz oī militia celestis exercitus himnū glorie tue canim⁹ sine fine dicētes

In die epi-phāie pre-fatio

Eterne deus. Quia cum vnige-nitus tuus in substātia nostre mor-talitatis appuit in noua nos imor-talitati sue luce repauit

In xl. quo-tidie per ferias tā-tū dr̄ prefa

Eterne deus: Qui corporali ieiunio vicia comprimis mentem eleuas virtutem largiris et premia. Per christum dominū nostrū. Per quē

In die sancto pasche Prefatio

Equum et salutare. Te quidem omni tempore: sed in hac potissimum die gloriosius predicare cum pascha nostrum immolatus est christus. Ipse enim verus est agnus: qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparauit. Et ideo.

In ascensione Prefatio

Eterne deus. Per christū dominū nostrum Qui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifest⁹ appuit et ip

sis cernentibus est eleuatus in ce-
lum: vt nos diuinitatis sue tribue-
ret esse ptcipes. Et ideo

In die pẽthecostes prefatio.

Eterne deus. Per cristũ domi-
nũ nostrũ qui ascendẽs sup oẽs ce
los sedensq ad dexterã tuã pmis
sum spiritũ sanctũ hodierna die in
filios adoptõis effudit Qua ppt
pfusis gaudiis tot9 in orbe terraꝝ
mũd9 exultat. Sed et supne virtu
tes atq ãgelice ptãtes hymnũ glie
tue ↄcinũt sine fine dicẽtes

Prefatio de trinitate.

Eterne deus. Qui cum vnige
nito filio tuo et spiritu sancto vn9
es deus vnus es dominus. Nõ in
vnius singularitate persone: sed in
vnius trinitate substãtie. Quod ei
de tua gloria reuelãte te credimus
hoc de filio tuo hoc de spiritu sctõ
sine differentia discretionis sen-

timus. Ut in cõfessione vere sẽpiter

neq̃ deitatis: et in personis proprie

tas et in essentia vnitas: et in maie

state adoretur equalitas. Quẽ lau

dant angeli atq̃ archangeli: cheru-

bin quoq̃ et seraphin qui nõ cessãt

clamare quotidie iugiter vna voce

dicentes.

Prefatio de cruce.

Eterne deus.

Qui salutẽ humani generis in lig

no crucis cõstituisti: vt vnde mors

oriebatur: inde vita resurgeret. Et

qui in ligno vincebat in ligno quoq̃

vinceret: Per xp̃m dñm nr̃m per quẽ

Prefatio de beata maria

Eterne deus. Et te

in veneratione beate et gloriose sẽ-

per virginis marie exultantib9 ani

mis laudare bñdicere et predicare

Que et vnigenitũ tuũ sancti spirit9

obũbratione ↄcepit: et virginitatis

gloria pmanẽte huic mundo lumẽ

eternũ effudit iesũ xp̃m dñz nr̃m. P

Prefatio de aplis:

Equũ et salutare. Te domine suppliciter exorare: vt gregem tuũ pastor eterne non deseras: sed per beatos apostolos tuos continua protectone custodias. Vt hisdem rectorib9 gubernet: quos operis tui vicarios eidem cotulisti preesse pastores Et ideo.

Prefatio de mortuis. Ac etiã ĩ festis simplicib9 ꝛ feriis

Per omnia secula seculorum Amen. Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Sursũ corda. Habemus ad dominũ. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est. Vere dignũ et iustum est equũ et salutare. Nos tibi semper et vbiꝙ gratias agere: domine sancte pater omnipotẽs eterne deus per christum dominũ nostrum. Per quem maiestatem tuã

laudant angeli adorant domina-
tiones tremunt potestates. Celi
celorum qz virtutes ac beata sera-
phin socia exultatione concelebrãt
Cum quibus et nostras voces vt
admitti iubeas deprecamur suppli
ci confessione dicentes. Sanctus

Per omnia secula seculorum
Amen. Oremus. Preceptis saluta
ribus moniti: et diuina institutio
ne formati audemus dicere

Pater noster qui es in celis. Sanctifi-
cetur nomen tuum. Adueniat reg-
num tuũ. Fiat voluntas tua sicut
in celo et in terra. Panem nostrum
quotidianum: da nobis hodie. Et
dimitte nobis debita nostra sicut et
nos dimittimus debitoribus no-
stris. Et ne nos inducas in tempta
tioẽs. Sed libera nos a malo. Amẽ

Prefatio communis.



Er omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere. Domine sancte pater omnipotens eterne deus. Per christum dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant angeli adorant dominationes tremunt potestates. Celi celorumque virtutes ac beata seraphin socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus saboath. Pleni sunt celi et terra gloria tua osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis.

I·N·R·I


S iehan
S matheu
S marc
S luc

¶ In natali do. ad mis. i gallicātu



Communicātes et noctē sacratissimā celebrātes qua beate marie intemerata virginitas huic mūdo edidit saluatorē. Sz ꝛ mēoriā. ꝛc. vt īfra. ¶ Ad alias mis. ꝛ p oct.

Communicātes et diē sacratissimū celebrātes: quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorem. Sed et mēoriā venerātes Imprimis eiusdem gloriose semper virginis marie genitricis eiusdez dei et dñi nostri iesu christi. Sed ꝛ beatorꝝ aplorꝝ. ꝛc. vt in canone.

¶ In epiphania dñi ꝛ per octa.

Communicantes et diē sacratissimū celebrātes: quo vnigenitꝰ tuus in tua tecum gloria coeternꝰ in veritate carnis nostre visibilit corporalis apparuit Sed et memoriā venerantes Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdē dei et dñi nostri iesu christi. Sed et beatoruz apostolorum. ꝛc. vt in canone.

¶ Feria. v. in cena domini. Communicantes. ꝛc. quere in die suo.

¶ In vigilia pasche.

Communicantes ꝛ noctem sacratissimā celebrātes resurrectiōis dñi nostri. vt infra.

¶ In die pasche et per octauas.

Communicantes ꝛ diem sacratissimū celebrantes resurrectionis dñi nostri iesu christi secundū carnē. Sed ꝛ memoriam venerātes Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdē dei et dñi nostri iesu christi. Sed et btōꝝ apostolorꝝ. ꝛc. Infra

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre sed et cuncte familie tue: quā tibi offerimꝰ pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua ꝛ spiritu sancto: tribuens eis remissionē omnium peccatorꝝ: quesumus dñe vt placatus accipias: diesque nostros in tua. ꝛc.

¶ In die ascensionis et per octa.

Communicantes et diem sacratissimū celebrantes: quo dñs noster iesus christus vnigenitus filius tuus vnitā sibi fragilitatis nře substātiā in dextera glorie tue collocauit. Sed ꝛ memoriā venerātes Imprimis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdē dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorꝝ apostolorꝝ. ꝛc.

¶ In vigilia penthecostes loco de celebrātes dr pueniētes. ꝛc. vt ifra

¶ In die pēthecostes/ ꝛ per octa.

Communicantes et diem sacratissimū penthecosten celebrantes: quo spūs sanctus apostolis in linguis igneis apparuit. Sed et memoriā venerantes Imprimis gloriose semperque virginis marie genitricis dei ꝛ domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum. ꝛ cetera. Infra.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed ꝛ cūcte familie tue quā tibi offerimus p his quoque quos regenerare dignatꝰ es ex aqua ꝛ spū sctō tribuens eis remissionem omnium peccatorum: quesumus domine vt placatus accipias/ diesque nr̃os. ꝛc. vt i canone.

¶ Hic inclinet se sacerdos ante altare/ manibus iunctis dicendo.

Te igitur clementissime pater per iesum christum filium tuū dominum nostrum supplices rogam⁹ ac petim⁹: vti accepta habeas Et rogat se. Et benedicas: hec do ✠ na. hec mu ✠ nera. hec san ✠ cta sacrifi ✠ cia illibata.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica quā pacificare custodire adunare et regere digneris toto orbe terrarū vna cum famulo tuo papa nostro. N. et antistite nostro. N. et rege nostro. N. et omnibus orthodoxis atq catholice et apostolice fidei cultoribus. Hic recolat parentes et amicos suos viuos.

Memento domine famulorū famularumq tuarum. N. et omnium circūastanciū atq omnium fideliū christianorum quorum tibi fides cognita ē et nota deuotio pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc sacrificiū laudis pro se suisq omnibus pro redēptione animarum suarū pro spe salutis et incolumitatis sue tibiq reddunt vota sua eterno deo viuo et vero.

Communicātes et memoriā venerantes imprimis gloriose semperq virginis marie genitricis dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum ac martirum tuorum. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et Thadei. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelii. Cipriani. Laurentii. Crisogoni. Johis et Pauli. Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorū quorū meritis precibusq concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominū nostrum Amen.

Hic apponat manus super sacrificium.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed et cuncte familie tue quesum⁹ domine vt placatus accipias. Diesq nostros in tua pace disponas atq ab eterna damnatione nos eripi: et electorū tuorum iubeas grege numerari. Per christum dominum nostrum Amē

Fiant. v. cruces tres prime super vtrumq quarta super panē et quinta super calicem.

Quam oblationē tu deus omnipotens in omnibus quesumus bene ✠ dictam. Ascrip ✠ tā Ra ✠ tam. rationabilem acceptabilemq facere digneris: vt nobis cor ✠ pus et san ✠ guis fiat dilectissimi filii tui domini nostri iesu christi.

Hic accipiat hostiam dicendo.

Qui pridie quam pateretur accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas. Et eleuatis oculis ī celum ad te deum patrem suum omnipotentem tibi gratias agens. Bene ✠ dixit fregit: deditq discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Hic eleuet corpus domini et ostēdat popu

lo cũ magna reuerentia. Quo facto accipiat calicem dicendo.

Simili modo postea ꝙ̄ cenatũ est accipiens et hunc preclarũ calicem in sanctas ac venerabiles manus suas. Itẽ tibi gratias agẽs bene ✠ dixit deditqꝫ discipulis suis dicens. Accipite et bibite ex eo omnes. Hic est enim calix sanguinis mei: noui et eterni testamenti misterium fidei qui pro vobis et ꝓ multis effundetur: in remissiõem peccatorum. Hic eleuet calicem quo reposito dicat Hec quotiẽscũqꝫ feceritis: in mei memoriã facietis. His dictis eleuet calicem Quo deposito extendat brachia in modum crucis dicat.

Unde et memores dñe nos serui tui sed et plebs tua sancta eiusdem christi filii tui domini dei nostri tam beate passionis nec non et ab inferis resurrectiõis: sed et in celos gloriose ascensionis offerimꝰ preclare maiestati tue de tuis donis ac datis: hostiam ✠ puram. hostiam ✠ sanctam. hostiam ✠ immaculatam. pa ✠ nem sanctũ vite eterne. et ca ✠ licem salutis perpetue.

Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel: et sacrificium patriarche nostri abrahe et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctum sacrificium immaculatã hostiam. Hic inclinet se sacerdos manibus in crucem ponendo.

Supplices te rogamus omnipotens deus iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Hic erigat se osculando altare.

Ut quotquot ex hac altaris ꝑticipatione sacrosanctum filii tui cor ✠ pus et san ✠ guinẽ sũpserimus omni bene ✠ dictione celesti et gratia repleamur. Per eundẽ christum dominum nostrũ. Amen.

Hic recolat parentes amicos et recõmendatos defunctos dicendo

Memento etiam domine animarum famulorum famularumqꝫ tuarum et eorum qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiũt in somno pacis. N. et. N. Ipsis domine et omnibus in christo q̄escentibus locum refrigerii lucis et pacis vt indulgeas depcamur. Per eundem christũ dñm nostrũ. Amen

Hic tondat pectus suum dicendo.

Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis de multitudĩe miserationũ tuarũ sperantibus partẽ aliquã et societatem donare digneris cũ tuis sanctis aplis et martiribꝰ cũ Johãne. Stephano. Mathia Barnaba. Ignatio. Alexãdro Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua Agata lucia. Agnete. Cecilia. Anastasia. Et cum omnibus sctis tuis: intra quoꝝ nos cõsorciũ nõ estimator meriti sed venie q̄s largitor admitte. Per xp̄z dñm nostrũ. Amen

Per quẽ hec oĩa dñe sẽp bona creas sã ✠ ctificas vi ✠ uificas bene ✠ dicis et prestas nobis. Hic

signet cum corpore christi supra calicem dicendo. Per ✠ ipsum: et cum ✠ ipso et in ✠ ipso: est tibi deo patri ✠ omnipotenti in vnitate spiritus sancti ✠ omnis honor ⁊ gloria

Per omnia secula seculorum

Amen. Oremus preceptis salutaribus moniti ⁊ diuina institutione formati audemus dicere. Pater noster qui es i celis sactificetur nomē tuū. Adueniat regnū tuum fiat voluntas tua sicut i celo ⁊ in terra. Panē nostrum quotidianū da nobis hodie ⁊ dimitte nobis debita nrā sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ nrīs. Et ne nos īducas ī tētationē Sed libera nos a malo Amen.

Libera nos q̄s dn̄e ab omnib⁹ malis preteritis presentibus et futuris et intercedente pro nobis beata et gloriosa sēper virgine dei genitrice maria et beatis apostolis tuis. Petro et paulo atq̧ andrea cū omnibus sanctis tuis. Da propici⁹ pacem in diebus nostris vt ope misericordie tue adiuti et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatiōe securi. Hic fiat fractio hostie. Per eundem dominum nostrū iesum christū filiū tuū. Qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus

Per omnia secula seculorum

Amen. Pax ✠ domini sit ✠ semper vo ✠ biscū. Et cum spiritu tuo

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mun-

di miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem. Si celebret missam pro defunctus dicat. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona ei requiem et in vltimo dicatur Requiem sempiternam. Hic ponat terciam partem eucaristie in calice dicendo.

Hec sacrosancta cōmixtio corporis et sanguinis domini nostri iesu christi fiat michi et omnibus sumentibus salus mentis et corporis et ad vitam eternam capescendam preparatio salutaris. Per eundem christum dominum nostrum amen. Oratio.

Domine iesu christe qui dixisti apostolis tuis pacem meam do vobis pacem relinquo vobis ne respicias peccata mea sed fidem ecclesie tue eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorū amen. Alia Oratio.

Deus qui es vera pax et vera concordia fac nos tibi pacificari in hac sancta hora amen.

Hic accipiat et det pacem. Pax tibi frater et ecclesie sancte dei.

Nota quod in missa de defunctis pax non datur quia fideles anime iam non sunt nec vlterius erunt in tribulatione huius mundi sed quiescunt iam in domino. Vnde non est eis necessarium pacis osculū: nec in illa missa dicuntur orationes supradicte videlicet. Dn̄e iesu christe qui dixisti apostolis tuis. etc. Deus qui es vera pax etc. Oratio.

Domine iesu christe fili dei viui qui ex voluntate patris cooperante spiritu sancto per sanctissimam mortem tuam mundum viuificasti libera me per hoc sacrū corpus et sanguinem tuum a cunctis iniquitatibus meis et ab vniuersis malis meis: et fac me tuis semper obedire preceptis: et a te nunquam imperpetuum seperari permittas Qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorū amen. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus da michi hoc sacrosanctum corpus et sanguinem domini nostri iesu christi ita digne sumere vt merear per hoc remissionem omnium peccatorū meorum accipere: et eterne vite hereditatem percipere sine fine te prestante rex regum qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorū amen

Oratio.

Concede quesumus omnipotens et misericors deus vt ad remissionē omnium peccatorū meorum: et ad purgationem viciorū ac ad salutem anime et corporis meorum: et merear accipere hoc sacrosanctum corpus et sanguinem vnigeniti filii tui: domini nostri iesu christi. Qui tecū viuit et regnat.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Sed propicius esto michi peccatori per sumptionem veri corporis et sanguinis tui: vt non ad iudicium dampnationis illud sumam sed misericordia tua tribuente in salutem et remissi

onem omnium peccatorum meorum. Per. Oratio.

Perceptio corporis et sanguinis tui domine iesu christe quem ego indignus sumere presumo nõ michi perueniat ad iudicium neqꝫ ad condempnationem anime mee: sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis qui cum eodem patre in vnitate spiritus sancti viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum amen. Item dicat.

Corpus domini nostri iesu christi sit michi propiciatio ĩ vitam eternam amen.

Sumendo corpus christi dicat.

Panem celestem accipiam et nomen domini inuocabo

Sumendo sanguinem domini dicat.

Sanguinẽ celestem accipiam et nomen domini inuocabo.

Postmodũ dicat quod sequitur dũ totaliter communicauerit.

Corpus dñi nostri iesu christi quod accepi: et sanctus sanguis quem potaui adhereat obsecro visceribus meis et non michi veniat ad iudicium neqꝫ ad condẽpnationem: sed sit ad salutem et remedium anime mee.


Item dicat quod sequitur.

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum amen.

Agimus tibi gratias omnipotens deus pro vniuersis beneficiis tuis qui viuis et regnas in secula seculorũ. Amen. Nunc dimittis. totum psalmum. Kyrieleyson Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Deinde sequitur cõmunio misse. Completa missa sacerdos inclinans se ante altare humiliter dicat.


Placeat tibi sancta trinitas vnus deus obsequium seruitutis mee et presta: vt hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtuli tibi sit acceptabile: mihiqꝫ et omnibus pro quibus illud obtuli sit te miserãte propiciabile. Qui viuis et regnas deus. per omnia secula seculorum. Amen.














Ite missa est

Benedicamus dño

De obseruatione ieiuniorum

Sacerdotes ecclesiarum precipiāt ab omnibus etatem adultam habētibus instituta ieiunia obseruari vt ieiunium quadragesime. quatuor temporum. Vigiliarum: videlicet. Natiuitatis domini. Assumptionis beate marie virginis. Beati iohānis baptiste. Petri et pauli. Mathei. Symonis et iude. Andree. Laurentii. Omnium sanctorum. Jeiuniū in letania maiori scilicet in festo beati Marci euangeliste Jn tribus diebus rogationū. Siqua autem de vigiliis pretaxatis i die dominica euenerit indicendum est ieiunium in die sabbati precedenti. Etiam prohibeant sub excomunicationis pena: ne quis his diebus carnes manducare presumat. De honestate et antiqua obseruancia generali. Jn episcopatu andegaueñ: consueuerūt omnes vigilie festiuitatū beate marie virginis ieiunari.

Anthienne et oraison de la vierge marie pour cōgnoistre a tousiours quant sera le iour de pasques.

O Maria gloriose celorū secretoria: cuius filium oēs fines terre laudāter beatificant: ymago gratie beatorum solamē. Claritas fideliū protectrix bellātiū: tuas laudes eructantiū. Purgatrix gratia iniquitatum: munde consciencie zelatrix honor angelorū totius laboris etiam quies gloria iustorum mater dei zelatrix honoris animarum venie dās effectum q̄s adiuua vocantes me dula debilium regina humilitatis auxilium nobis extendens egregiū quatinus amatores christi mereamur dñm regionis inmense hereditatē nobis exhibeas con inclitis alūpnis christi fraudes demonū repelle benedicta garrientiū noxiuas ecclesie sancte karbunculus appellaris Omni forma celorum rutilentior benedictis porybus ornata celorum Suprema karatheris fidelium origa fulminatrix kaquo demonū largire btā yperapices gaudia beatorum seruulis cupientibus felicium premia filio tuo labeute cuius ymagine glorificati btōrum teneamus cōsorcia V. Sancta dei genitrix virgo semper maria. R. Intercede pro nobis ad dñm deū nostrū. Oratio.

Domine iesu christe qui in omni tempore momentis gloriosam genitricē tuā virginē mariam nostrā protectricē misericorditer effici voluisti: presta q̄s: vt eius intercessio nos tecum regnare faciat in celis: cuius vteri virginei clausurā pro nobis sustinere voluisti in terris. Qui viuis.

Pour congnoistre la pratique de la de susdicte anthiēne vous deuez scanoir que tous les motz qui se definissent par. M. signifient le moys de Mars. Et denotēt pasques estre vers la fin dicelluy moys a tel nom

bre de iours cōme la primiere lettre dicellui mot est mise en son ordre en la. A. B. C. Et tous les autres motz de lad anthiene signifient le moys dauril. Et denotēt pasques estre en icellui moys a tel nombre de iours cōme la primiere lettre dudit mot ē assise en la. A. B. C. Et est le premi re mot de lanthienne. D. Et le derrenier cōcorcia. Et toutes les autres choses qui viennent apres cōme les vers et oraison ne seruēt de rien a la dit. pratique. Et si est a noter q̄ chacū mot de lāthiēne sert pour vng an en retournāt tousiours de la fin au cōmencement: et pour clerement le cōnoistre cōmencez a ceste presente annee au mot. Tuo. q̄ est pour lan. Mil quatrecēsquatre vingtz et neuf en cōtant tousiours par les autres motz de an en an.

Sequūtur aliqua remedia inq̄bus prouidendū est casib⁹ que circa celebraturū seu etiā missā vel sacramentum contingere possūt a sacris doctoribus excerpta.

SI post mediā noctē quis cōmederit aut etiam medici cōsilio aliquid hauserit licet postea dormierit nō debet illa die celebrare. Qui vero non dormierit nec commedit aut bibit poterit celebrare.

Si infra missam ante cōsecratiōnem se recolat cōmedisse vel bibisse vel esse in peccato mortali vel irregularē vel excōmunicatū esse quorū nō erat memor ante missā tūc maxime propter excōmunicationē ⁊ cōmestionē non procedat: nisi de scandalo si desisteret timeat. Vel vt dicit dominus bonauentura. Si habet propositum confitēdi et contritionem de peccatis poterit perficere. Si vero post consecrationē recordetur alicuius predictorū habita cōtritione cum proposito confitendi et satisfaciendi debet procedere. Nō debet tamē sacerdos in missa de statu suo cogitare sed ad sacramētum et ea que sibi peragenda sunt iugit meditari. Si ante consecrationem musca vel aranea aut aliud simile reperiatur: totum in piscinam effūdetur. calix abluatur: vinum aliud et aqua ponātur. Si vero hoc post cōsecrationē reperiat captum animal abluatur et cōburatur: cinis et ablutio in piscinā ponantur. Propter venenū autē aut aliud abhominabile calix a nullo sumatur: sed in vase mundo aptoq; cum reliquiis reseruetur: et statim vinum ⁊ aqua in calice ponātur. et fiat cōsecratio a simili modo et sacrificium perficiatur. Non sunt consecrate gutte q̄ forte sunt extra calicem vel infra in circunferentia: nec hostia vel pars eius quas sacerdos nō ꝓposuit consecrare. Si vero dubitet de fragmētis an ab hostia consecrata vel non consecrata processerint cū illud cognouerit: post sumptionem tamen sacramenti ea sumat. Si propter frigus aut aliquam negligentiam hostia vel pars eius cadat in calicē post consecrationem vtriusq;: vlterius procedatur nec aliud ꝑpter hoc immutetur. Similiter si hostiam ante tempus debitum ex inconsideratione diuiserit: procedat vlterius

nichil immutando. Si in hostia appareat forma carnis vel alia quam panis: talis hostia non sumatur: sed in sacrario reponatur novaque hostia accipiatur et consecretur. Si celebrans non recolit se dixisse verba sacramentalia: non debet turbari: sed procedere. Si etiam sibi constet quod omisit aliqua verba que non sunt de forma consecrationis: non resumat illa sed ulterius procedat. Sed si certus est omisisse quodcunque verbum de forma consecrationis: resumat totam formam scilicet. Hoc est enim. vel. Hic est enim ca. Si sacerdos celebrans putat ante se habere decem hostias et sunt undecim: si intendat consecrare quod est ante se nichil reservando ex intentione omnes sunt consecrate. Consulitur ergo ut supra totum quod est ante se non habendo considerationem ad certum numerum intentionem ferat. Si sacerdos ante consecrationem infirmitate deficiat: non oportet missam ab alio perfici. Si vero in ipsa prolatione verborum consecrationis panis deficiat: sic quod dubitatur an sacramentum confectum sit: alius sacerdos a principio illius consecrationis incipiat et sub conditione hostiam panis quam repperit consecret et missam perficiat. Si vero in consecratione sanguinis deficiat sic quod dubitetur ut prius utrum consecraverit: alius sacerdos novam hostiam panis et vini in alio calice accipiat et hostiam novam cum secundo vino primum etiam sub conditione consecret totum sumat et missam compleat. Si sacerdos post consecrationem corporis sanguine nundum consecrato deficiat: alius novam quam consecret hostiam accipiat: et totum sumat: et missam more solito perficiat. Si post consecrationem utriusque nullo sacramento sumpto defecerit alius sacerdos ubi dimissum est incipiat et finiat sacramenta inventa sumendo. Si de cibo diei precedentis aliquid in ore sacerdotis permanserit quod deglutierit: vel aqua in modica quantitate in os lavando intraverit: non impedit celebrare. Caveat tamen ne id contigat. Si post consecrationem corporis cognoverit non esse vinum in calice si quidem corpus non sumpserit calicem rite preparat: et ab illo loco similimodo incipiat: et missam compleat. Si vero corpus dominicum sumpserit: hostiam novam cum calice rite preparet: consecret sumat: et perficiat. Si vero post consecrationem sanguis recordetur aquam non posuisse in calice: missam more solito compleat: caveatque ne infra calicem sacrum aquam effundat. Si aquam solam super quam verba consecrationis errore protulit putans calicem esse rite preparatum sumpserit: accipiat hostiam novam quam consecret et preparet calicem: ponendo vinum et aquam more solito consecret et perficiat Quia preceptum de prefectione sacramenti maius est quam preceptum quod sacramentum a ieiuniis conficiatur et sumatur. Si

sacerdos post sumptionē sacramē-ti species euomuerit: debet vomit⁹ ille cremari: et cineres iuxta altare recondi. Non est consecratū vinum per immissionem partis hostie con secrate in ipsum quod facit ecclesia die veneris sancta. Si de sanguine supra corporale: aut aliud ornamē-tum seu vestimentū ceciderit: pars illa abscindatur et in loco reliquia-rum seruetur. Prius tamen q̄tum fieri poterit sacramentum extraha-tur vestimentum abluatur. ꝛ ablu tio a sacerdote sumatur Si vero su per terram lapidem vel lignum de sanguine ceciderit lingendus exter gendus et radendus est locus ille et puluis i sacro loco reponēdus. Qđ si de corpore christi super vestimen-tum aliquod ceciderit non scinda-tur sꝫ abluatur ꝛ a ministro sumat̄ vel lambatur et osculatur. Pauca hec a doctoribus sacris extracta sūt que si non sufficiāt in ipsis doctorꝝ scriptis poterunt alia inquiri et in-uestigari.



Incipit ordo ad faciendam aquam benedictam.

Exorcizo te creatura salis per deum ✠ viuum. per deum ✠ verum. per deum ✠ san-ctum: per deum qui te per heliseum prophetam in aquā mitti iussit vt sanaretur sterilitas aque: ut efficiaris sal exorcizatum in salu tem credentium: et sis omnibus te sumentibus salus mentis et corpo-ris et effugiat atqꝫ discedat ab eo lo co quo aspersū fueris: oīs fantasia et neq̄tia vel versutia diabolice frau dis. oīsqꝫ spiritus imundus adiura tus. Per eum qui venturus est iudi care viuos et mortuos et seculū per ignem. Amen Oremus

Immensā clementiā tuā omi potens eterne deus humiliter imploramus vt hanc creaturam sa lis quā in vsū humani generis tri-buisti: bn̄dicere et sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit oībus sumē tibus salus mentis ꝛ corpis et quic quid ex eo tactū vel respersū fuerit: careat oī imūdicia. oīsqꝫ ipugnatiōe spūalis nequitie. Per vtutē eiusđ đ no. ie. xpi. Qui vē. Exorcism⁹ aque.

Exorcizo te creatura aq̄ i nomīe dei ✠ patris oipotentis et ī no mīe iesu xpi ✠ filii eiusđ dn̄i nostri et in virtute spiritus ✠ sancti: vt fi as aqua exorcisata ad effugandam oēm potestatē inimici et ipsum ini micum eradicare et explātare vale-as cū angelis suis apostaticis. Per virtutē eiusdē dn̄i nr̄i iesu xpe q̄ vē tur⁹ ē iudi. vi. ꝛ mor. ꝛ se. p. ig. ā. Orō

Deus qui ad salutē humani generis maxima q̄q3 sacramēta in aquarum substātia condidisti: adesto ꝓpicius inuocationibus nostris et elemēto huic multimodis purificatiōib9 ꝓparato virtutē tue bene + dictiōis īfunde: vt creatura tua misteriis tuis seruiens ad abiiciendos demones: morbosq3 pellendos: diuine gratie sumat effectū: vt q̄d quid in domibus vel in locis fidelium hec vnda resperserit: careat omni immūdicia: liberetur a noxa nō illic resideat spūs pestilens/non aura corrumpens: discedāt oēs insidie latentis inimici: et siq̄d ē quod aut īcolumitati habitantiū inuidet aut quieti: aspsione huius aque effugiat: vt salubritas per īuocationē scti tui nominis expetita: ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per virtutem domini nostri iesu christi qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignē amē.

Hic ponat sal in aquam ī modum crucis dicendo. Commixtio salis et aque pariter fiat In nomine patris et filii et spiritussancti. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus inuicte virtutis auctor et insuperabilis imperii rex ac sēper magnific9 triumphator: qui aduerse dn̄ationis vires reprimis qui inimici rugiētis seuiciam superas qui hostiles nequicias potēs expugnas: te domine trementes et supplices deprecamur ac petimus/ vt hāc creaturā salis et aque dignanter accipias: be + nignus illustres. pietatis tue more sancti + fices. vt vbicūq3 fuerit aspersa per inuocationem sancti tui nominis omnis infestatio immundi spiritus abiiciat: terrorq3 venenosi serpentis procul pellatur: et p̄sentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentib9 vbiq3 adesse dignetur. Per dominum. In vnitate eiusdē. Ista aqua sit benedcā et a deo cōsecrata In nomie patris et filii et spūs sacti. Amē

Hic sacerdos aspergat altaria: deinde chorum: postea populum: incipiendo anthiphonam sequentem: scilicet. Asperges me quam chorus ꝓducat ad finem. Et dicitur omnib9 dieb9 dominicis a trinitate vsq3 ad pascha excl.

Asperges me domine ysopo

et mundabor lauabis me et super ni

ps. Miserere mei deus: secundū magnā misericordiam tuā

uē dealbabor: Gloria patri et filio

V. Ostende nobis domine misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis. Oratio.

Exaudi nos domine sancte pater om̄ps eterne deus et mittere dignare sanctū angelū tuū de celis qui custodiat: foueat protegat visitet et defendat omnes habitātes in hoc habitaculo. Per christum dn̄m

nostrum. Alia oratio.

Ascendant ad te dn̄e preces nostre et ab ecclesia tua cunctam repelle nequiciā. Per xp̄m. Sequē. ā dicitur a pascha usqꝫ ad trinitatem

Vidi aquam egredientē de templo a latere dextro alleluia. et omēs ad quos peruenit aqua ista salui facti sunt et dicent alleluia alleluia.

In die pasche et in die penthecostes sequens. ℣. dicatur.

Hec est dies quam fecit dominus: exultemus et letemur in ea. In aliis dominicis dicatur. vers⁹

Confitemini domino quoniā bonus: quoniam in seculum misericordia eius. ā. Vidi aquā. p. Gloria patri. Vidi aquam. ℣. In resurrectione tua christe. ℟. Celum ⁊ terra letentur alleluia. Oratio.

Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciante christi filii tui incarnationē cognouimus per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam peruenire mereamur. Per eundum christum dominum nostrum. Amē. Alia oratio

Presta quesumus omnipotēs deus: vt in resurrectione domini nostri iesu christi cum omnibus sanctis percipiamus veraciter portionem. Per eundem christū dominum nostrum. Amen.

Nota ꝙ per totū anni circulum dēpto pascali tempore ad aquam benedictam dicitur festiuis dieb⁹ qđ debet a sacerdote officii faciente incipi humiliter genibus flexis ante altare aspergendo aquam benedictā

Sanctus deus. Sanctus fortis. Sanctus et immortalis. Qui tollis peccata mundi miserere nobis ps. Qui sedes ad dexterā patris. miserere nobis. Gloria patri ℣. Ostēde nobis domine misericordiā tuā ℟. Et salutare tuū da nobis. Orō.

Actiones nostras q̄s dn̄e aspirādo preueni et adiuuādo psequere vt cūcta nrā orō et opatio a te sēp incipiat et p te cepta finiat. P xp̄m. Alia orō. Exaudi nos vt̄s De despōsatione maria et ioseph Officiū

Vxor tua sicut vitis abūdās in laterib⁹ dom⁹ tue et filii tui sicut nouelli oliuaꝝ ī circuitu mēse tue. ps Bti oēs q̄ timēt dn̄m: qui ambulāt ī viis ei⁹ Gliā Oratio

Deus q̄ beatissimā matrē tuā iusto ioseph despōsari voluisti tribue q̄s: vt qui illoꝝ coniugiū tue īcarnatiōis mysterio ɔsecratū credim⁹: ad ɔtēplandā cū illis maiestatē tue gloriā trāseam⁹. Qui tecū. Epistola. Mulierē fortē q̄s. Quere in festo marie magda. ℟ Aut ego indigna illis fui aut illi mihi forsitā fuerīt idigni qꝛ alti viro ɔseruasti me. ℣.

Verum cū timore tuo domine non cum libidine mea consensi in matrimonio suscipere. Alleluia. V. Cōfidit in ea cor viri sui nobilis ī portis quando sederit cum senatorib⁹ terre. Euangelium. Cum esset desponsata. Quere supra in vigilia natiuitatis domini. Credo. Offer.

Tu scis domine quoniam non luxurie causa suscepi sororem meā cōiugio sed sola posteritatis dilectiōe in qua benedicatur ab omnibus gentibus nomen tuum in secula.

Secreta.

Tibi domine sancte pater hostiam laudis immolamus illius coniugii memoriam recolentes in quo sine semine virili conceptus est de virgine filius tuus vnigenitus dominus noster iesus christus. Qui tecum. Prefatio. Eterne deus. Et te in desponsatione. Coīo.

Hiis noctibus iungemur deo filii quippe sanctorum sum⁹ et nō possumus ita coniungi sicut gentes q̄ ignorant deum: Postcoīo.

Maiestati tue domine graciarum actiones referimus pro coniugio ioseph et marie quod sicut pro nostra salute celebratum cognouimus· ita fructum in eo natum nobis ad eternā salutem prodesse sentiamus. Qui tecum viuit ꝛ regnat.

Modus confitendi.

Confitens dicat. Benedicite pater Et sacerdos dicat. Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis ad confitendum omnia peccata tua. In nomine patris et filii et spiritussancti Amen. Peccatis confessis dicat sacerdos. Misereatur tui omnipotēs deus ꝛc. Indulgētiam absolutionē et remissionem omnium. Dein de sacerdos dicat. Meritum passionis domini nostri iesu xpi suffragia sancte matris ecclesie: bona q̄ fecisti et que per dei gratiam facies sint tibi in remissionem peccatorū tuorum. Iniūgat penitentiā dicēs. Et pro penitentia speciali dices hoc vel facies hoc: penitentia iniuncta semper dices. Cetera bona que facies/ieiunia/orationes et elemosine sint et valeant tibi ī remissiōem peccatorum tuorum. Tunc absoluat dicens. Dominus noster iesus christus per suam piissimam misericordiam te absoluat. Et ego auctoritate michi commissa absoluo te primo a sententia maioris excommunicationis si ligaris: deīde absoluo te a peccatis tuis. In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen.

Quisquis in hoc presso diuino volumine tractas.
Pro directore te rogo funde preces.

Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Passio domini nostri iesu christi secundum matheum.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Scitis q̄a post biduū pascha fiet et filius hoīs tradetur vt crucifigat᷑: Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum᷑ seniores populi in atrium principis sacerdotū qui dicebatur cayphas et cōsiliū fecerūt vt iesum dolo tenerent et occiderēt. Dicebāt autē. Nō in die festo ne forte tumultus fieret in populo

Cum aūt esset iesus in bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabaustrū vnguenti preciosi et effudit sup caput ipsius recumbentis. Videntes autē discipuli: indignati sunt dicētes. Vt quid perditio hec. Potuit enī istud

venūdari multo et dari pauperibꝰ.
Sciens autē iesus: ait illis. Quid
molesti estis huic mulieri. Opꝰ enī
bonū operata est in me Nā semp
pauperes habetis vobiscū me autē
non semp habebitis. Mittēs enim
hoc vnguentū in corpus meum ad
sepeliendū me fecit. Amen dico vo
bis: vbicūqꝫ predicatū fuerit hoc eu
angeliū in toto mūdo dicetur: et qđ
hec fecit in memoriā eius. Tunc
abiit vnus de duodecī qui dicitur
Judas scarioth ad principes sacer=
dotū et ait illis Quid mihi vultꝭ da
re et ego eū vobis tradā: At illi cō
stituerūt ei triginta argenteos. Et
exinde q̄rebat opportunitatē vt eū
traderet Prima autē die azimorꝝ:
accesserūt ad iesū discipuli eius di
cētes. Vbi vis paremus tibi comede

re pascha At iesus dixit. Jte in ciui
tatē ad quēdā et dicite ei Magister
dixit Tēp⁹ meū ꝓpe est: apd te facio
pascha cū discipulis meis. Et fe-
cerunt discipuli sicut cōstituit illis
iesus et parauerūt pascha. Hespere
autē facto discūbebat cū duodeci di
scipulis suis Et edētibus illis dixit
Amen dico vobis quia vnus vestrū
me traditur⁹ est Et ↄtristati valde

ceperūt singuli dicere Nūquid ego
sū domine. At ipse respōdens ait
Qui intingit mecum manū in pa
rapside: hic me tradet. Filius quidē
hominis vadit. sicut scriptum est
de illo. Ve autem homini illi per
quem filius hominis tradetur. Bo
num erat ei si natus non fuisset ho
mo ille. Respondens autē iudas
qui tradidit eum dixit. Nūquid ego

sũ rabbi. Ait illi: tu dixisti. Cenã
tibus autẽ eis accepit iesus panẽ et
benedixit ac fregit deditꝙ discipłis
suis et ait. Accipite ⁊ comedite hoc
est corpus meũ. Et accipiẽs calicẽ
gracias egit: et dedit illis dicẽs. Bi
bite ex hoc oẽs. Hic est ei sãguis me
us noui testamẽti q̃ pro multis effũ
deť in remissionẽ peccatoꝝ. Dico
aũt vobis: nõ bibam amodo de hoc
sãguine vitis vsꝙ in diem illũ cũ il
lud bibã vobiscũ nouũ in regno pa
tris mei. Et ymno dcõ exierũt i
mõtẽ oliueti. Tunc dixit illis iesus
Omnes vos scandalũ paciemini
in me in ista nocte Scriptũ est eni
percutiam pastorem: et dispergen
tur oues gregis. Postꝙ autẽ resur=
rexero: precedã vos in galileam. Re
spondens autẽ petrus ait illi. Et

si omnes scandalizati fuerint in te ego nūꝗ̄ scādalizabor Ait illi iesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte anteꝗ̄ gallus cantet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter et omnes disci-puli dixerunt. Tunc venit iesus cū illis in villam: que dicitur gethse-mani. Et dixit discipulis suis. Se-dete hic donec vadā illuc et orem Et assumpto petro ⁊ duobus filiis zebedei: cepit contristari et mestus esse. Tūc ait illis iesus Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortem. Su-stinete hic et vigilate mecum. Et progressus pusillū procidit in fa-ciem suam orans et dicēs Pater mi: si possibile est transeat a me ca-lix iste. Verūtamē non sicut ego

volo: sed sicut tu. Et venit ad di
scipulos suos ⁊ invenit eos dormi
ẽtes. Et dixit petro sic. Nõ potuisti
una hora vigilare mecũ. Vigilate ⁊
orate ut non intretis in tẽptationẽ
Spiritus quidẽ promptus est caro
aũt infirma. Iterũ secũdo abiit et
oravit dicẽs. Pater mi si nõ potest
hic calix transire: nisi bibam illũ:
fiat volũtas tua. Et venit iterũ et
invenit eos dormiẽtes. Erãt autẽ
oculi eorũ gravati. Et relictis illis
iterum abiit et oravit tercio eundẽ
semonem dicens. Tũc venit ad di-
scipulos suos et dixit illis. Dormi-
te iam et requiescite. Ecce appropi-
quabit hora ⁊ filius hominis trade
tur in manus peccatorum. Surgi-
te eamus. Ecce appropiquavit qui
me tradet. Adhuc ipso loquente ec-

ce iudas vn⁹ de duodecī venit et cū eo turba multa cū gladiis ꝛ fustib⁹ missi a pncipib⁹ sacerdotū ꝛ seniorib⁹ ppl'i. Qui aūt tradidit eū dedit eis signū dicēs Quē osculat⁹ fuero ipse est tenete eū. Et cōfestī accedēs ad iesū dixit. Aue rabbi. Et osculatus ē eū. Dixitqꝫ illi ies⁹. Amice ad qd venisti. Tūc accesserūt et man⁹ iiecerūt in iesū et tenuerūt eū. Et ecce

vnus ex illis qui erāt cū iesu extendēs manū exemit gladiū suū ꝛ pcussit seruū pncipis sacerdotū ꝛ āputauit auriculā ei⁹ dextrā. Tūc ait illi iesus Cōuerte gladiū tuū ī locū suū Omēs eni qui acceperint gladiū gladio peribūt. An putas qꝛ non possū rogare patrē meū et exhibebit mihi modo plusqꝫ duodecī legiones āgelorꝫ. Quomodo ergo implebuntur

scripture. Qr sic oportet fieri. In il-
la hora dixit iesus turbis Tanq̄ ad
latronē existis cū gladiis et fustib⁹
cōphēdere me. Quotidie apud vos
sedebā in tēplo docēs ⁊ nō me tenu-
istis. Hoc āt totū factū est vt iple
rētur scripture pphetaꝝ. Tūc disci-
puli oēs relicto eo fugerūt. At illi te
nētes iesū duxerūt ad cayphā prici-
pē sacerdotū vbi scribe ⁊ seniores cō
uenerāt. Petr⁹ aūt seq̄bat eū a lōge
vsq; in atriū p̄cipis sacerdotū Et i
gressus intro sedebat cū ministris vt
videret finē. P̄ceps aūt sacerdotū
⁊ oē cōsiliū q̄rebāt falsū testioniū
ɔtra iesū vt eū morti traderēt Et nō
inuenerūt cū multi falsi testes acces
sissēt. Nouissime autē venerūt duo
falsi testes ⁊ dixerūt Hic dixit Possū
destruere tēplū dei et post triduū re-

edificare illud Et surgens princeps sacerdotum ait illi Nichil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur. Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dixit illi iesus. Tu dixisti. Verumptamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei et venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus. Ecce nunc audistis blasphemiam Quid vobis videtur. At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius et colaphis eum ceciderunt. Alii autem alapas in faciem dederunt ei dicentes. Prophetiza nobis christe: quis est qui te percussit Petrus vero se

iustorū placabilia. Qui sequit iusti
ciā: dirigit a dño. Lcõ libri sapie. iii.

Iustorū aīe in manu dei sūt: et
non tanget illos tormētū mor
tis. Visi sunt oculi insipientiū mo-
ri: et estimata est afflictio exitus il-
lorū. Et ab itinere iusto: abierūt in
exterminiū ⁊ quod a nobis est iter ex
terminii: illi autem sūt in pace. Et
si corā hoibus tormenta passi sunt:
spes illorum imortalitate plena est
In paucis vexati: in multis bene dis
ponentur. Quoniam deus tētauit
eos: et iuenit illos dignos se Tanq̄
aurum in fornace probauit illos:
et quasi olocausti hostiam accepit
illos: et in tempore erit respectus il-
lorum. Fulgebunt iusti: et tanq̄ sci-
tille in arundineto discurrent. Judi
cabunt nationes et dñabuntur po-
pulis: et regnabit dñs illoꝝ ipperpe-
tuum. Ad Hebreos. xi.

Fratres: Sancti per fidem vi-
cerunt regna: operati sunt iu-
sticiam adepti sunt repromissiones
Obturauerunt ora leonum: extin-
xerunt impetū ignis effugauerunt
aciem gladii: cõualuerunt de infir-
mitate fortes facti sunt in bello. Ca
stra verterunt exterorum: acceperūt
mulieres de resurrectione mortuos
suos. Alii autem distenti sunt non
suscipientes redemptionem: vt me
liorem inuenirent resurrectionem:
Alii vero ludibria et verbera experti
insuper et vincula et carceres. Lapi-
dati sunt/secti sunt/tentati sunt: in
occisione gladii mortui sunt Circui
erunt in melotis: in pellibus capri-
nis. Egentes angustiati/afflicti: q̄-
bus dignus non erat mūdus. In so
litudinibus errantes: in montibus
et speluncis/et in cauernis terre. Et hi
omnes testimonio fidei probati in
uenti sunt. In christo iesu: dño nro.

Lectio libri sapientie. v.

Iusti autem imperpetuum vi-
uent et apud dominū est mer-
ces eorum: et cogitatio illorū apud
altissimum. Ideo accipient regnū
decoris: et dyadema speciei de ma-
nu domini. Quoniā dextera sua te

get eos: et in brachio sancto suo de-
fendet illos. Et accipiant armatu-
ram zeli illius: et armabit creaturã
ad vltionem inimicorum. Induent
pro thorace iusticiã: et accipient pro
galea iudicium certũ. Sumet scu-
tum inexpugnabile equitatẽ: acuet
autem diram iram in lanceam: et
pugnabit cũ illo orbis terrarum cõ
tra insensatos. Ibunt directe emissi
ones fulguris. Et tanq̃ a bene cur-
uato arcu nubium exterminabun
tur: Et ad certum locum deducet il
los dominus deus noster.

Lectio libri sapientie. .x.

Reddet deꝰ mercedẽ laborũ sã
ctorũ suorum: et deducet illos
in via mirabili. Et fuit illis in vela
mẽto diei: et in luce stellarũ per no-
ctem. Et trãstulit illos mare rubrũ
et transuexit eos per aquã nimiam
Inimicos aũt illoꝝ demersit in ma
re: et ab altitudine inferoꝝ eduxit il
los. Ideo iusti tulerunt spolia ipio-
rũ: et decãtauerũt dñe nomen san-
ctum tuũ Et victricẽ manũ tuã lau
dauerũt pariter: dñe deus noster.

Ad Romanos. viii.

Fratres: Scimus quoniã dili
gẽtibus deum oĩa cooperãtur
in bonum: hiis qui secũdũ ꝓpositũ
vocati sunt sãcti. Nam quos presci
uit et predestinauit conformes fieri
imaginis filii sui: vt sit ipse primo
genitus in multis fratribꝰ. Quos
autem predestinauit: hos et voca-
uit. Et quos vocauit: hos et iustifi-
cauit. Quos autẽ iustificauit: illos
et magnificauit Quid ergo dicemꝰ
ad hec: Si deus pro nobis: quis cõ-
tra nos: Qui etiam ꝓprio filio suo
nõ pepercit: sed pro nobis oĩbus tra
didit illum. Quomodo non etiam
cum illo oĩa nobis donauit: Quis
accusabit aduersus electos dei: De
us qui iustificat. Quis est qui con-
dẽnet: Christus iesus qui mortuus
est: imo qui et resurrexit. Qui est ad
dexteram dei. qui etiam interpellat
pro nobis. Quis ergo nos separa-
bit a charitate christi: Tribulatio/
an angustia/an ꝑsecutio/an fames
an nuditas/an periculũ/an gladiꝰ.
Sicut scriptum est: Quia propter
te mortificamur tota die: estimati
sumus sicut oues occisionis. Sed ĩ
his oĩbus superamus: propter eum
qui dilexit nos. Certꝰ sum enĩ: quia
neqꝫ mors/neqꝫ vita/neqꝫ angeli/ne
qꝫ principatus/neqꝫ potestates/neqꝫ
instantia/neqꝫ futura/neqꝫ fortitu-
do/neqꝫ altitudo/neqꝫ profundum/
neqꝫ creatura alia: poterit nos sepa
rare a charitate dei. Que est in xp̃o
iesu: dño nro. Lcõ libri sapiẽtie. v ca.

Stabunt iusti in magna cõstã
tia: aduersus eos qui se ãgusti-
auerunt: et qui abstulerunt labores
illorum. Videntes turbabuntur ti-
more horribili: et mirabunt in subi
tatione insperate salutis gementes
pre angustia spiritus dicentes ĩtra
se penitentiã agentes: et pre an gu-
stia spiritus gementes. Hi sũt quos
habuimꝰ aliquando in derisum: et
in similitudinẽ ĩproperii. Nos insẽ-
sati vitã illorũ estimabamꝰ insaniã
et finẽ illorũ sine honore. Ecce quo-
modo computati sunt inter filios
dei: et inter sanctos: sors illorũ est.

Ad Romanos. viii

Fratres Quis nos separabit a caritate xp̄i? Tribulatio an angustia an persecutio/ an fames/ an nuditas/an periculū/an gladi⁹? Sicut scriptū est. Quia ꝑpter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis Sed in his oīb⁹ superam⁹: propter eum qui dilexit nos. Certus sū eni q: neqꝫ mors/ neqꝫ vita/neqꝫ āgeli/neqꝫ p̄ncipat⁹/neqꝫ potestates/neqꝫ istātia/ neqꝫ futura neqꝫ fortitudo/ neqꝫ latitudo neqꝫ altitudo/neqꝫ ꝓfundū neqꝫ creatura alia: poterit nos separare a caritate christi. Que est in xp̄o iesu: domino nostro. Ad Hebreos x

Fratres: Rememoramini pristinos dies ī quib⁹ illuiati magnū certamē sustinuistis passionū: ī altero q̄dem obprobriis et tribulationibus spectaculum facti in altero autē socii taliter conuersātium effecti Nam et vinctis cōpassi estis: et rapinā bonorum vestrorum cū gaudio suscepistis: cognoscētes vos habere meliorem ꝛ manentem substantiam. Nolite itaqꝫ amittere cōfidētiam vestrā: que magnā habet remunerationem Patientia enim vobis necessaria ē: vt voluntatē dei faciētes reportetis repromissionem Ad huc eni modicū aliq̄ꝫtulū: qui vētur⁹ ē veniet et nō tardabit. Just⁹ āt me⁹ ex fide viuit. Bti iohis apli. vii

In diebus illis: Respōdes vnus de seniorib⁹: dixit mihi. Hi qui amicti sūt stolis albis: q̄ sūt ꝛ vnde venerūt? Et dixi illi. Dn̄e mi: tu scis Et dixit michi. Hi sunt q̄ venerūt ex tribulatiōe magna: ꝛ lauerūt stolas suas et dealbauerūt eas in sāguine agni. Ideo sunt āte thronū dei: et seruiunt ei die ac nocte in tēplo ei⁹. Et qui sedet in throno: habitat super illos Non esurient neqꝫ sitient amplius neqꝫ cadet super illos sol neqꝫ vllus est⁹: quoniā agn⁹ qui in medio throni est reget illos et deducet eos ad vite fontes aquarū. Et absterget deus oēm lachrymā ab oculis eorū.

℞. Aia nostra sicut passer erepta ē de laqueo venātiū ℣. Laqus cōtrit⁹ est et nos liberati sum⁹ adiutoriū nostrū in noie dn̄i q̄ fecit celū et terrā ℞. Glīosus deus ī scīs mirabilis in maiestate faciēs ꝓdigia. ℣. Dextera tua dn̄e glīficata est ī virtute dextera man⁹ tua cōfregit inimicos. ℞. Clamauerunt iusti et dn̄s exaudiuit eos et ex oībus tribulationibus eorū liberauit eos ℣. Juxta ē dn̄s his qui tribulato sunt corde et hūiles spiritu saluabit. ℞. Exultabunt scī in gloria letabūtur in cubilibus suis. ℣. Cātate dn̄o canticū nouū laus eius in ecclesia sanctorū. ℞. Vindica dn̄e sanguinē sāctoꝝ tuorū qui effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruorū tuorū escas volatilib⁹ celi carnes scōꝝ tuorū bestiis terre. ℞. Justorū aie ī manu dei sūt et nō tanget illos tormētū malicie ℣. Visi sūt oculi insipientiū mori illi autem sūt ī pace. ℞. Ecce q̄ꝫ bonum et q̄ꝫ iocundum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite quod descēdit in barbam barbam aaron. ℞. Timete dominū oēs sācti eius quoniā nichil deest timentibus eum. ℣. Inquirētes autē dn̄m nō deficient oī bono. Allā. ℣. Judicabūt scī nationes et dn̄abunt populis et regnabit illorū rex in etnū. Allā. Vox exultatōis ꝛ salu

tis i tabernaculis iustoꝝ. Alla. ℣. Mira-
bilis dñs noster in sãctis suis. Alla ℣. Sã
cti tui dñe benedicẽt te gloriã regni tui
dicẽt. Alla. ℣ Stabunt iusti in magna
cõstãtia aduersus eos qui se angustiaue-
rũt. Alla. ℣. Exultabũt sãcti in gloria le-
tabuntur ĩ cubilibus suis. Alla. ℣ Gau
dete iusti in dño rectos decet collaudatio
Alla. ℣. Te martyrũ candidatus laudat
exercitus dñe. Alla ℣. Fulgebũt iusti ꝛ tã
ꝙ scintille in arũdineto discurrẽt in eter
nũ. Alla. ℣. Beati qui persecutionẽ pati
untur ꝑpter iusticiã qm̃ ipsorũ ẽ regnũ ce-
lorũ. Alla. ℣ Iusti epulent̃ exultent in cõ
spectu dei delectẽt̃ ĩ leticia. Alla. ℣. Ve-
nite benedicti patris mei ꝑcipite regnũ
cũ gaudio magno. Allã. ℣. Multe tribu
lationes iustorũ et de oĩbus his liberauit
eos dñs. Alla℣ Scti et iusti in dño gau-
dete vos elegit deus in hereditatem sibi
Alla ℣. Laudate pueri dñm laudate no-
mẽ dñi. De oĩbus sanctis Sequẽtia

Christo inclita cãdida nostra ca
nũt melodia agmina. Laudes
omnibus dantia sanctis per hec sa-
crata festalia. Mariam primũ vox
sonet nostra per quã nobis sũt vite
data premia. Regina que est mater
casta tergat nr̃a per filiũ facinora
Angelorũ concio sacra et archãgelo
rũ turma valida. Nostra diluant iã
peccata poscẽdo supera celi gaudia
Tu ꝓpheta preco lucerna atqꝫ plus
ꝙ propheta In lucida nos pone via
emundans nostra corpora Aposto-
lorũ ꝓ̃ceps oĩm et cũcta iuncta ca-
terua Iam corroboravera quesumꝰ
in doctrina plebis pectora Stepha
ne gloriose rutilãs in corona sãcto-
rũqꝫ martyrũ turma valida Fortia
date corda corpora eque firma sacra
vt hostem vincant rite spicula Mar
tine inclite et presulum omnis ca-
terua. Suscipe nunc pia et nostra
clemẽs precata. Regina virginũ pre
maxima tu mater es incorrupta vir
go et grauida. Sacrata dño es ca-
stitas nostras serua aĩas mundaqꝫ
corpora. Clericorũ venerãda suffra-
gia. Omnqꝫ sanctorũ contubernia.
Per precata assidua nostra guber-
nẽt tempora. Nosqꝫ ducant ad sup-
na polorum vera gaudia. Subiun
gant pium agmina. Amẽ redẽpta.
De martyribus. Prosa

Letabundi iubilemꝰ leta men
te celebremus martyꝝ solen-
nia. Qui in mũdo morientes sed in
xp̃o renascentes eius viuũt gratia.
Cuius testes extiterũt dũ mũdana
respuerũt querẽdo celestia. Quẽ ad
mortẽ dilexerũt ipm̃ sequi voluerũt
per mortis cõpẽdia. Crucẽ sibi baiu
lãtes sola cruce gloriãtes audita sẽ-
tẽtia: Si q̊s post me vult venire tol
lat crucem si redire vult ad celi gau
dia. Sic per multas passiões ad su
pernas mansiones gloriosi proce-
res. Festinabant sed in via experti
sunt ludibria vincula et carceres.
Flagellati lapidati ꝛ per multa cru
ciati tormentorum genera. Torcu-
laris impressura fex deorsũ sed vis
pura manauit ad supera. Vbi ma-
net eternale quod hic fuit tempora
le carne tectum lubrica. Vbi manẽt
sublimati vna stola decorati securi
de reliqua. Poscant isti vt nos chri
sti sanctorum in agmine. Collete-
mur et letemur in eternum Amen

Secundum Matheū. v.

In illo tempore: Vidēs turbas iesus: ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eū discipuli eius. Et aperiens os suū: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorū. Beati mites quoniā ipsi possidebūt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabūtur. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiā: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniā ipsi miam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbūt. Beati pacifici: quoniā filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā: quoniā ipsoꝝ est regnū celorum. Beati estis cum maledixerit vobis hoīes: ꝛ persecuti vos fuerint et dixerint omē malū aduersum vos mētiētes: propter me Gaudete et exultate: quoniā merces vr̄a: copiosa est in celis. Scd̄m lucā. vi.

In illo tempore. Descēdens iesus de monte: stetit in loco cāpestri. Et turba discipulorum eius: et multitudo copiosa plebis ab omi iudea et hierusalem et maritima ꝛ tyri et sydonis qui venerant vt audirent eum et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus imundis: curabantur. Et oīs turba querebat eum tangere: qꝛ virtus de illo exibat et sanabat omnes Et ipse eleuatis oculis ī discipulos suos dicebat. Beati pauperes: qꝛ vestrum est regnū dei. Beati qui nūc esuritis: quia satur abimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint hoīes: ꝛ cū separauerint vos et exprobrauerint et eiecerint nomen vestrū tanq̄ malum propter filiū hoīs. Gaudete in illa die: et exultate ecce enī merces vestra: multa est in celo.

Secundum Lucam. xxi.

In illo tēpore: Dixit dn̄s iesus discipulis suis. Cum audieritis prelia et seditiones: nolite terreri. Oportet enī primū hec fieri: sed nondū statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnū aduersus regnū Terremotus magni erunt per loca: et pestilētie et fames, Terroresq̧ de celo: et signa magna erūt. Sed ante hec oīa inicient vobis manus suas et persequentur: tradentes in synagogas ꝛ custodias trahentes ad reges et presides propter nomen meū. Continget aūt vobis: in testimoniū. Diuisio. Ponite ergo in cordib⁹ vestris: non premeditari queadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam: cui non poterunt resistere et cōtradicere oēs aduersarii vestri. Trademini aūt a parentib⁹ et fratribus et cognatis et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio oībus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra: possidebitis animas vestras.

Secundum Matheum. x.c

In illo tēpore: Dixit dn̄s iesus discipulis suis. Nolite arbitrari: quia veneri pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere: sed gladium. Veni enim separare ho-

minē aduersus patrē suũ: ⁊ filiā ad
uersus matrē suā: ⁊ nurũ aduersus
socrũ suā. Et inimici hoīs: domesti
ci eius. Diuisio. Qui amat patrē
suũ aut matrē suā plusq̃ me: nõ est
me dignus. Et q̃ amat filiũ aut fi-
liā sup me: nõ est me dignus. Et q̃
nõ accipit crucē suā / ⁊ sequit̃ me: nõ
est me dignus. Qui īuenit aīam su
am: pdet illā. Et qui pdiderit aīam
suā ꝑpter me: īueniet eā. Qui reci-
pit vos: me recipit. Et q̃ me recipit:
recipit eũ q̃ me misit. Qui recipit ꝑ
phetā in noīe prophete: mercedē ꝑ-
phete accipiet. Et q̃ recipit iustũ in
noīe iusti: mercedē iusti accipiet. Et
q̃cũq; potũ dederit vni ex minimis
istis calicē aque frigide tm̃ in noīe
discipuli: amen dico vobis: nõ pdet
mercedē suā. Secundũ Lucā. xi.

In illo tēpore. Dixit iesus tur-
bis iudeorũ et principibus sa-
cerdotũ. Ve vobis q̃ edificatis mo-
numēta ꝑphetarũ: patres autē vři
occiderunt illos. Profecto testifica-
mini: qđ cõsentitis operibus patrũ
vřorũ. Qm̃ quidē ipi eos occiderũt
vos autem edificatis eorũ sepulcra
Propterea ⁊ sapiētia dei dixit. Mit
tā ad illos ꝑphetas et aplos: et ex il
lis occidēt et ꝑsequent̃: vt inq̃rat̃ sā
guis oīm ꝑphetarũ qui effusus est
a cõstitutione mũdi: a generatione
ista / a sāguine abel vsq; ad sāguinē
zacharie: q̃ periit inter altare et edem.
Ita dico vobis: requiret̃ ab hac ge-
neratiõe. Ve vobis legisperitis: q̃a
tulistis clauem scientie. Et ipsi nõ
introistis: et eos q̃ introibāt ꝓhibu
istis. Cũ autē hec ad illos diceret: ce
perũt pharisei et legisperiti grauit̃
insistere: et os eius opprimere de
multis insidiātes ei. Et q̃rentes ali
quid capere de ore ei⁹: vt accusarēt
eũ. Secundũ Lucam. xii. c.

In illo tp̄e. Dixit dñs iesus di-
scipulis suis Attēdite a fermē
to phariseorũ: qđ est hypocrisis. Ni-
chil aũt opertũ est qđ nõ reuelet̃: ne
q; abscõditũ qđ nõ sciat̃. Qm̃ que ī
tenebris dixistis: in lumīe dicentur
Et qđ in aure locuti estis in cubicu
lis: ꝑdicabit̃ in tectis. Dico autē vo
bis amicis meis: ne terreamini ab
his q̃ occidũt corpus: et post hec nõ
habēt ampli⁹ qđ faciāt. Ostēdā au
tē vobis quē timeatis. Timete eũ:
q̃ postq̃ occiderit: habet ptātē mitte
re in gehennā. Ita dico vobis: hũc ti
mete. Nonne quinq; passeres vene
unt dipõdio: et vnus ex illis nõ est ī
obliuiõe corā deo. Sed et capilli ca
pitis vři: oms̃ numerati sũt. Nolite
ergo timere: multis passeribus plu
ris estis. Dico autē vobis. Ois qui
cũq; cõfessus fuerit me corā hoibus
et filius hoīs cõfitebit̃ illũ: corā an-
gelis dei. Scđm Marcũ. xiii.

In illo tp̄e. Egrediente iesu de
tēplo ait illi vn⁹ ex discipulis su
is. Magister aspice quales lapides
⁊ qualesstructure. Et rñdēs ies⁹: ait
illi. Vides has oēs magnas edifica
tiones? Nõ relinquet̃ lapis sup lapi-
dē: q̃ nõ destruat̃. Et cum sederet in
mõte oliuarũ cõtra tēplũ: interroga
bāt eũ separatī petrus et iacobus / ⁊
iohānes / et andreas. Dic nobis qñ
ista fient: ⁊ qđ signũ erit: qñ hec oīa
incipiēt cõsũmari. Et respondēs ie

sus: cepit dicere illis. Diuisio. Uidete: ne qs vos seducat. Multi enĩ venient in noĩe meo dicentes: qa ego sũ: et multos seducent. Cũ audieritis autẽ bella et oppiniones bellorũ, ne timueritis. Oportet enĩ fieri: sed nondũ finis. Exurget autẽ gens super gentẽ: et regnũ super regnũ: Et erũt terremotus per loca: et fames initiũ dolorũ hec. Uidete autẽ vosmetipsos. Tradent enĩ vos in cõciliis: et in synagogis vapulabitis: Et ante p̃sides et reges stabitis propter me: in testimonium illis. Et in oĩs gẽtes primũ oportet predicari euãgeliũ. Et cũ duxerint vos tradẽtes: nolite precogitare qd loquamini: sed qd datũ vobis fuerit in illa hora id loq̃mini. Nõ enĩ estis vos loquẽtes: sed spũs sãctus. Tradet autẽ frater fratrẽ in mortẽ: et pater filiũ. Et cõsurgent filii in parẽtes: et morte eos afficiẽt. Et eritis odio oĩbus propter meũ. Qui aũt sustinuerit in finem: hic saluus erit.

Secũdum Matheum. x. c.

In illo tp̃e. Dixit dñs iesus discipulis suis. Cũ persequẽtur vos in ciuitate ista: fugite in aliam Amen dico vobis: nõ cõsũmabitis ciuitates israel: donec veniat filius hoĩs. Nõ est discipulus supra magistrũ: nec seruus super dominũ suũ. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: et seruo sicut dñs eius. Si autem patremfamilias beelzebub vocauerũt: quãtomagis domesticos eius. Ne ergo timueritis eos. Diuisio. Nichil enĩ est opertũ qd non reueletur: et occultũ quod sciatur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumĩe: et quod in aure auditis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corpus: aĩaz autẽ nõ possũt occidere: sed potius eũ timete: qui potest et aĩam et corpus perdere in gehennã. Nõne duo passeres asse veneunt: et vnus ex illis non cadet super terrã: sine patre vestro. Vestri autẽ et capilli capitis omẽs numerati sũt. Nolite ergo timere. Multis passeribus: meliores estis vos. Omĩs ergo qui cõfitebitur me corã hominibus: confitebor ⁊ ego eum coram patre meo: qui in celis est.

Secundũ Matheũ. xii.

In illo tẽpore. Loquẽte iesu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querẽtes loqui ei Dixit autẽ ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: querẽtes te. At ille respõdens: dicenti sibi ait. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei: Et extẽdens manũ in discipulos suos: dixit. Ecce mater mea: et fratres mei. Quicũq3 enĩ fecerit volũtatẽ p̃ris mei q̃ in celis est ipse meus frater / et soror / et mater est.

Secundũ Matheũ. xi. c.

In illo tẽpore. Respõdẽs iesus dixit. Confitebor dñe tibi pater celi et terre: qa abscondisti hec a sapientibus et prudẽtibus / et reuelasti ea paruulis. Ita pater: qm̃ sic fuit placitũ ante te. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filiũ nisi pater: neq3 patrẽ q̃s nouit: nisi filius: et cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me omẽs q̃ laboratis et onerati estis: et ego re-

ficiã vos. Tollite iugũ meũ super vos: et discite a me quia mitis sũ et humilis corde: et inuenietis requiẽ animabus vestris. Jugum enĩ meum suaue est: et onus meum leue.

Secundũ Matheũ. xxiiii.c.

In illo tẽpore. Sedẽte iesu sup montem oliueti: accesserũt ad eum discipuli eius secreto dicentes Dic nobis quãdo hec erũt: et qđ signũ aduẽtus tui / et cõsũmationis seculi. Et respõdens iesus: dixit eis: Uidete: ne quis vos seducat. Multi enĩ venient in nomĩe meo dicentes ego sũ christus: et multos seducent Audituri enĩ estis prelia: et opiniones preliorũ. Uidete: ne turbemini. Oportet enĩ hec fieri: sed nondũ est finis. Cõsurget enĩ gens in gẽtem: et regnũ in regnum: et erunt pestilẽtie et fames: et terremotus per loca. Hec autẽ oĩa initia sũt dolorum Tũc tradent vos in tribulationẽ: et occidẽt vos. Et eritis odio omibus gentibus: pꝑter nomẽ meũ. Et tũc scandalizabũtur multi: et inuicem tradent: et odio habebunt inuicem Et multi pseudo pꝓphete surgẽt: et seducent multos. Et qm̃ abũdabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autẽ perseuerauerit vsqꝫ in finẽ: hic saluus erit.

Scd̃m Matheum. xxiiii.

In illo tempore. Dixit dñs iesus discipulis suis. Uidete: ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: ego sum christus: et multos seducent. Audituri enim estis prelia et opiniones preliorum. Uidete: ne turbemini. Oportet enĩ hec fieri: sed non dũ est finis. Consurget enĩ gens in gentẽ: et regnũ in regnum. Et erũt pestilentie et fames: et terremotus per loca. Hec autẽ oĩa initia sunt dolorũ. Tradent enĩ vos in tribulationẽ: et occidẽt vos. Et eritis odio oĩbus gentibus: propter nomẽ meum. Et tunc scandalizabunt multi: et inuicẽ tradent: et odio habebũt inicem. Et multi pseudo prophete surgent: et seducẽt multos. Et qm̃ abundabit iiquitas: refrigescet charitas multorũ. Qui autẽ perseuerauerit vsqꝫ in finẽ: hic saluus erit.

Offertoriũ. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ laqueus cõtritus est et nos liberati sumus. Offr. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini omẽs recti corde. Offr. Mirabilis deus in sãctis suis deus israel: ipse dabit virtutẽ et fortitudinẽ plebis sue benedictus deus alla. Offr. Repleti sumus mane mia tua et exultauimꝰ et delectati sumꝰ alla. Offertoriũ. Exultabunt sãcti in gloria letab ũtur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorꝫ. Offr. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuũ: quoniã tu benedices iusto dñe vt scuto bone volũtatis tue coronasti nos

Secreta:

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerimus que et pro tuorũ tibi grata sint honore iustorũ: et nobis salutaria te miserãte reddãtur. Per.

Secreta.

Hostias tibi dñe beatorꝫ martyrũ N. et N. dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ tribue nobis prouenire subsidium. Per dominũ.

Secreta.

Munera tibi dñe oblata sanctifica: et intercedētibus beatis martyrib9 ill'. et ill'. nos p hec a pctōrū nostrorū maculis emunda. Per Coio. Multitudo languētiū et q̄ vexabant a spiritibus imūdis veniebāt ad eū q2 virtus de illo exibat et sanabat oēs. Coio. Gaudete iusti in dño all'a rectos decet collaudatio all'a. Coio. Justorum aie in manu dei sūt et nō tāget illos tormētū maliticv ill sūt oculi isipiētiū mori illi autē sūt in pace. Coio. Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat. Coio. Posuerūt mortalia seruorū tuorū dñe escas volatilibus celi carnes scōrū tuorū bestiis terre scđm magnitudinē brachii tui posside filios morti punitorū. Coio. Amē dico vobis qđ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis venite bñdicti pris mei possidete pparatū vobis regnū ab īicio scli. Coio Bti mūdo corde qm̄ ipsi deū videbūt bti pacifici qm̄ filii dei vocabūt bti q̄ psecutionē patiūt ppt iustitiā qm̄ ipsorū ē regnū celorū. Coio. Et si corā hoibus tormēta passi sūt deus tētauit illos tanq̄ aurū in fornace pbauit eos et sicut olocausta acepit illos. Coio. Aia nrā sicut passer erepta est de laqueo venātiū. Coio. Quicūq3 fecerit volūtatē pris mei q̄ in celis est ipse me9 frat soror et mater est dicit dñs Coio: Signa eos q̄ in me credūt hec sequētur demonia eiiciēt sup egros man9 iponēt et bn̄ habebūt. Coio. Dico aūt vobis amicis meis ne treamini ab hiis qui vos psequūtur. Coio. Qđ dico vobis i tenebris dicite in luie dicit dñs et qđ in aure auditis pdicate sup tecta. Postcoio.

Presta nobis dñe q̄s intercedētib9 sctis martyrib9 tuis: vt q̄ ore ɔtigim9 pura mēte capiam9. P

Quesum9 ops de9 vt q̄ Postcō celestia alimēta pcepimus: itercedētib9 sāctis tuis ill'. et ill'. p hec cōtra oia aduersa muniamur. P d.

Supplices te rogam9 Postcō ops de9: vt quos tuis reficis sacramētis: itercedētibus btis martyrib9 tuis ill'. et. ill'. tibi etiā placitis moribus dignāter deseruire concedas. Per dñm. In natale vni9 cōfes. vel plurimorū cōfes. Officiū.

Statuit ei dñs testamētum pacis et principē fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas ī eternū. ps. Ora pro nobis beate N. ps. Mias dñi i eternū cantabo. Officiū.

Sacerdotes tui dñe iduāt iustitiā et sācti tui exultēt propter dauid seruū tuū non auertas faciē xpi tui. ps. Memēto dñe dauid et omis mansuetudinis eius.

Sacerdotes dei Officiū. bñdicite dñm sācti et hūiles corde laudate deū. ps. Bñdicite oia opera dñi dño laudate et superexaltate eū in secula. Officium.

Sacerdotes eius iduāt salutari et sācti eius exultatiōe exultabūt. ps. Memento dñe dauid et ois mā suetudinis ei9. Officiū

Os iusti meditabitur sapiētiam/et lingua eius loquet iudicium: lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignātibus neq3 zelaueris faciētes iniquitatē. Gl'a. Vni9 cōfessoris pōtificis. Orō

Da q̄s omps deus: vt beati N. cōfessoris tui atq3 pōtificis venerāda solēnitas: et deuotionē no-

bis augeat et salutē. Per dñm.

Unius cōfessoris pōtificis. Orō.

Beatus N. cōfessor tu⁹ atqꝫ pō-tifex: de sua nos dñe solēnita-te letificet: et ꝓ nobis tibi supplicās copiosius audiat. P. Plurior cōfes

Orō Deus q̄ nos beatorꝫ cō-fessorū tuorū N. et N. ānua so lēnitate letificas: ꝯcede ꝓpitius: vt quorū natalicia colim⁹: p eorū ad te exēpla gradiamur. Per dñm.

Unius cōfessoris abbatis. Orō.

Intercessio nos q̄s dñe btī N. abbatis ꝯmēdet: vt qd̄ nr̄is me-ritis nō valem⁹: eius ꝑrocinio asse-quamur. P. Uni⁹ ꝯf. nō pōt. nec ab.

Orō Adesto dñe ꝑcibus nr̄is quas in scti N. cōfessoris tui so lēnitate deferimus: vt q̄ nr̄e iustitie fiduciā nō habemus: eius q̄ tibi pla cuit meritis ꝑcibus adiuuemur. P.

Lec. libri sapie. eccliastici. xliiii. ⁊ xlv.

Ecce sacerdos magnus q̄ in di ebus suis placuit deo: et inuen-tus est iustus. Et in tp̄e iracūdie fa ctus est recōsiliatio. Nō est inuētus similis illi: q̄ cōseruaret legē excelsi Ideo iureiurando: fecit illū dñs cre scere in plebē suā. Bn̄dictionē oīm gentiū dedit illi: et testamentū suū cōfirmauit sup caput eius. Cogno uit eū in bn̄dictionibus suis: cōser-uauit illi miam suā: et iuenit grāz corā oculis dñi. Magnificauit eū i ꝯspectu regū: et dedit illi coronā glē Statuit illi testamentū sēpiternū: et dedit illi sacerdotiū magnū: et be atificauit illū in gloria. Fūgi sacer-dotio: et habere laudē in noīe ipsius Et offerre illi incēsū dignū: in odo-rē suauitatis. Lec. li. sapie eccliasti. l

Ecce sacerdos magn⁹: q̄ quasi stella matutina in medio ne-bule: et quasi luna plena in diebus suis luxit. Et quasi sol refulgēs: sic ille effulsit in tēplo dei. Quasi arc⁹ refulgēs iter nebulas glorie: et qua si flos rosarū in dieb⁹ vernis. Qua si lilia q̄ sūt in trāsitu aque: et qua-si thus redolēs i dieb⁹ estatis. Qua si ignis effulgēs: et thus ardens in igne. Quasi vas auri solidū: orna-tū omī lapide ꝑcioso. Quasi oliua pullulās: et cypressus in altitudinē se extollēs. In accipiendo ipsā stolā glorie: dedit sāctitatis amictū. Co-rona fratrū: quasi plātatio cedri in mōte libano. Dedit gloriā deo a la biis suis: et in nomie ipsius gloria-tus est. Ad hebreos. vii. c.

Plures facti sūt sacerdotes se-cundū legē: idcirco ꝙ morte ꝓ hiberent permanere. Jesus autē eo ꝙ maneat in eternū: sēpiternū ha-bet sacerdotiū. Unde et saluare im-perpetuū potest: accedēs per semet-ipsū ad deū: sēper viuens ad iterpel landū pro nobis Talis enī decebat vt nobis esset pōtifex: sanctus inno cens/ipollutus/segregatus a pecca toribus: et excelsior celis fact⁹. Qui non habet quotidie necessitatē quē admodū sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deinde ꝓ po puli. Hoc enī fecit semel se offerēdo dominus noster iesus christus.

Lectio libri sapientie. x. c.

Iustū deduxit dñs per vias re-ctas: et ostēdit illi regnū dei: et dedit illi scientiā sanctorū. Honesta

uit illū in laboribus: et cōpleuit labores illius. In fraude circūuenientiū illi affuit: et honestū fecit illum Custodiuit eū ab inimicis: et a seductoribus tutauit eū. Et certamē forte dedit illi/ vt vinceret: et sciret qm̄ oīm potentior est sapiētia. Hec vēditū iustū nō dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eū. Descēditq; cū illo in foueā: et in vinculis nō dereliquit illū: donec afferret illi sceptrū regni: et potentiā aduersus eos qui eū deprimebāt. Et mēdaces ostēdit qui maculauerūt illū. Et dedit illi claritatē eternā: dn̄s deus noster.

Lectio libri sapie. ecclesiastici. xlv. c.

Dilectus deo et hoībus: cuius memoria in bn̄dictione est. Similē illū fecit in gloria sanctor᷑: et magnificauit eū in timore inimicorū et i verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illū in cōspectu regum: et iussit illi cor populi sui et ostēdit illi gloriā suā. In fide et lenitate ipsius sanctū fecit illū: et elegit eum de omni carne. Audiuit enī eū et vocē ipsius: et induxit illū in nubē. Et dedit illi cor ad precepta: et legē vite et discipline: dn̄s deus noster.

Lectio libri sapientie.

Rigabo ortū meū plātationū: et inebriabo partus mei fructum. Et ecce factus est michi trames abundans: et fluuius meus ppiquauit ad mare. Quoniā doctrinā quasi ante lucanū illumino oībus/ et enarrabo illā vsq; in longinquū. Penetrabo inferiores partes terre: et inspiciā omēs dormientes: et illuminabo oēs sperantes in deo Adhuc doctrinā quasi prophetiam effundā: et relinquā illam querētibus sapientiā: et nō desinam. Progenies illorū: vsq; in euū sanctum. Videte qm̄ non solū michi laboraui: sed et oībus exquirentibus veritatē. In his placitū est spiritui meo que sūt pbata corā deo et homibus Cōcordia fratrū et amor pximor᷑.

Lectio libri sapie. ecclesiastici. xlvii.

Dedit dn̄s cōfessionē sācto suo et excelso in verbo glorie. De omī corde suo laudauit dn̄m: et dilexit deū qui fecit illū: et dedit illi cōtra inimicos potentiā. Et stare fecit cātores contra altare: et in sonos eorū eorū dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus. Et ornauit tēpora vsq; ad cōsummationē vite: vt laudarent nomē sāctum dn̄i: et amplificarēt mane dei sāctitatē. Christus purgauit peccatū ipsius: et exaltauit in eternum cornu eius. Et dedit illi testamentū eternū: et sedē glorie in israel.

Ad corinthios. ii. i. c.

Fratres. Benedictus deus et pater dn̄i nostri iesu xp̄i: pater misericordiarū et deus totius cōsolationis: qui cōsolatur nos in omī tribulatione nostra: vt possimus et ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt/ per exhortationē qua exhortamur et ipsi a deo. Quoniā sicut abundāt passiones christi in nobis ita et per xp̄m abūdat cōsolatio nostra. Siue autē tribulamur pro vestra exhortatione et salute. siue cōsolamur pro vestra cōsolatione et salute: que operatur in vobis toleran

tiam earũdẽ passionũ quas et nos patimur: et spes nostra firma sit p vobis: scientes qm̃ sicut socii passionũ estis: sic eritis et consolationis In christo iesu dño nostro. ℞. Dñe preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam petiit et tribuisti ei lõgitudinẽ dierũ in seculum seculi. ℞. Jurauit dñs et nõ penitebit eũ tu es sacerdos in eternũ scd̃m ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. ℞. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Nõ est inuentus similis illi qui cõseruaret legẽ excelsi ℞. Jnueni dauid seruũ meũ in oleo sancto meo vnxi eũ manus enĩ mea auxilia bitur ei et brachiũ meũ cõfortauit eũ. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis nõ nocebit eũ. ℞. Sacerdotes eius iduant salutari et scti eius exultatione exultabũt. ℣. Jlluc producam cornu dauid paraui lucernã xp̃o meo. ℞. Os iusti meditabitur sapiẽtiã et lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipsius et nõ supplãtabũtur gressus eius Alleluia. ℣. Jnueni dauid seruũ meũ oleo sctõ meo vnxi eũ. Alleluia. ℣. Posui adiutoriũ super potentem et exaltaui electũ de plebe mea. Alleluia. ℣. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. Alleluia. ℣. Disposui testamentũ electis meis iuraui dauid seruum meũ. Alleluia. ℣. Dñe in virtute tua letabit rex et super salutare exultabit vehementer. Alleluia. ℣. Justus nõ cõturbabitur q̃a dñs firmat manũ eius. Alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium et florebit in eternũ ante dñm. Alleluia. ℣. Jurauit dñs et nõ penitebit eũ tu es sacerdos in eternũ scd̃m ordinẽ melchisedech. Alleluia. ℣. Jste sanctus digne in memoriã vertit hominũ qui ad gaudiũ transit angelorũ. Prosa.

Ecce dies specialis cõfessorum gloria/qua prefulget triũphalis N. victoria. Qua eterna xp̃o duce migrauit ad gaudia. Sẽpiterna gaudẽs luce eius in presentia. Qui mẽte spiritali herebat per oĩa. Uita fruẽs tpali suspirãs ad celestia. Morũ clero prestãs formã vt iubar ecclesie. Plebi vite fulsit normã vt fomes iustitie. Lapsis vite dat solamẽ spẽ reformãs venie. Oppressorũ reuelamẽ de valle miserie. Huiꝰ ergo prece/pia celesti militie. Nos ascribat vite via rex eterne glorie. Amẽ.

Prosa seq̃ns potest dici de vno martyre vel etiã de vno cõfessore. Prosa

Superne matris gaudia representet ecclesia. Dũ festa colit annua suspiret ad ꝑpetua. Jn hac valle miserie mater succurrat filie. Hic celestes excubie nobiscũ stẽt in acie Mũdus caro demonia diuersa mouent ꝑlia. Jn cursu tot fãtasmatũ turbat cordis sabbatũ. Dies festos cognatio simul hec habet odio Certantqꝫ pari federe pacẽ de terra tollere. Cõfusa sũt hec oĩa spes metus meror gaudiũ. Uix hora vel dimidia fit in celo silentiũ. Quã felix illa ciuitas in qua iugis solennitas. Et ꝙ iocũda curia que cure prorsus nescia. Nec lãguor hic nec seniũ nec fraus nec terror hostiũ sed vna vox letantiũ et vnus ardor cordiũ. Jllic ciues angelici sub hierarchia triplici trine gaudent et simplici se mo-

narchie subiici. Mirātur nec defici-
unt in illū quē pspiciūt fruūtur nec
fastidiunt quo frui magis sitiunt.
Ille patres dispositi pro dignitate
meriti semota iā caligine lumē vi-
dent in lumie. Diuisio. Hic sanctus
cuius hodie celebrātur solennia. Iā
reuelata facie regē cernit in gloria
Illic regina virginū trāscēdens cul
mē ordinū. Excuset apud dn̄m no-
strorū lapsus criminū. Nos ad san
ctorū gloriam per ipsius suffragia
post presentē miseriā xpi perducat
gratia. Amen. Scd̄m Lucā. xii.

In illo tp̄e. Dixit dn̄s iesus di-
scipulis suis. Sint lūbi vestri
precincti: et lucerne ardentes in ma
nibus vestris. Et vos similes hoib9
expectātibus dn̄m suū quādo reuer
tatur a nuptiis: vt cū venerit et pul
sauerit cōfestim aperiant ei. Beati
serui illi: quos cū venerit dn̄s inue-
nerit vigilantes. Amen dico vobis:
ꝙ precinget se et faciet illos discūbe
re: et transiens ministrabit illis. Et
si venerit in scd̄a vigilia/et si in ter
tia vigilia venerit: et ita inuenerit:
beati sūt serui illi. Hoc autē scitote:
qm̄ si sciret paterfamilias qua ho-
ra fur veniret: vigilaret vtiq̧: et nō
sineret perfodi domū suā. Et vos
estote parati: q̄a qua hora nō puta-
tis: filius hominis veniet.

Secundū Lucam. xi. c.

In illo tp̄e. Dixit dn̄s iesus di-
scipulis suis. Nemo lucernam
accēdit: et in abscondito ponit neq̧
sub modio: sed sup candelabrū: vt q̄
ingrediūtur lumen videant. Lucer
na corporis tui: est oculus tuus. Si
oculus tuus fuerit simplex: totum
corpus tuū lucidū erit. Si autē ne-
ꝗ fuerit: etiā corpus tuū tenebrosū
erit. Vide ergo: ne lumen quod in te
est tenebre sint. Si ergo corpus tuū
totū lucidū fuerit: nō habēs aliquā
partē tenebrarū: erit lucidū totū. Et
sicut lucerna fulgoris illuminabit
te. Secundū Marcū. xiii.

In illo tp̄e. Dixit dn̄s iesus di-
scipulis suis. Videte: vigilate
et orate. Nescitis eni: quando tēpus
sit. Sicut homo qui peregre profe-
ctus reliquit domū suā: et dedit ser
uis suis potestatē cuiusq̧ operis: et
ianitori precepit vt vigilet. Vigila-
te ergo. Nescitis eni quādo dn̄s do-
m9 veniat sero: an media nocte: an
gallicantu/an mane: ne cū venerit
repēte: inueniat vos dormientes. Qđ
autē vobis dico: oibus dico vigila-
te. Secundum Matheū. xxiiii.

In illo tp̄e. Dixit dn̄s iesus di-
scipulis suis. Vigilate: q̄a ne-
scitis qua hora dn̄s vester vēturus
sit. Illud autē scitote: qm̄ si sciret pa
terfamilias qua hora fur vēturus
esset: vigilaret vtiq̧: et nō sineret p
fodi domū suam. Ideo et vos estote
parati quia qua nescitis hora filius
hois vēturus est. Quis putas est fi
delis seruus et prudēs quē cōstituit
dn̄s supra familiā suā: vt det illi ci
bū in tempore? Beatus ille seruus
quē cū venerit dn̄s eius inuenerit sic
facientē. Amē dico vobis: qm̄ super
omia bona sua cōstituet eum.

Secundū Mathéum. v.

In illo tēpore. Dixit iesus di-
scipulis suis. Vos estis sal ter-

re. Quot si sal euanuerit in quo sa lietur: Ad nihilū valet vltra nisi vt mittat foras: et cōculcet ab hoībus. Vos estis lux mūdi. Nō potest ciui tas abscōdi supra montē posita Ne q accendūt lucernā et ponūt eā sub modio: sed sup cādelabrū: vt luceat oībus qui in domo sūt. Sic luceat lux vestra corā hoīb⁹: vt videāt opa vr̄a bona: et glorificēt patrē vestrū: qui in celis est. Offertoriū. Posuisti dn̄e in capite eius coronam de lapide pre cioso: vitam petiit a te tribuisti ei all'a.

Offr. Inueni dauid seruū meum et in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei et brachiū meum cōforta uit eū. Offr. Veritas mea et misericor dia mea cū ipso et in nomie meo exalta tabitur cornu eius.

Vnius confessoris pontificis. Secreta.

Sancti tui nos q̄s domine vbi q letificent: vt dum eorū me rita recolimus: patrocinia sentia mus. Per.

Vnius ma gni cōfessoris et pōtificis. Secreta.

Sacris altaribus domine hosti as superpositas sanctus N. cō fessor tuus atq pōtifex in salutem quesumus prouenire deposcat. P.

Plurimorū cōfessorū. Secreta.

Suscipe domine preces et mu nera: que vt tuo digna sint cō spectui sanctorū cōfessorū tuorum N. et N. precibus adiuuemur. Per.

Vnius cōfessoris abbatis. Secreta

Sancti confessoris tui N. nobis domine pia non desit oratio: que et munera nostra cōciliet: et tu am nobis indulgētiam semper ob tineat. Per dn̄m.

Vnius cōfessoris nec episcopi nec abbatis. Secreta.

Propiciare quesumus domi ne supplicationibus nostris: et interueniente pro nobis sancto N. confessore tuo. hiis sacramentis celestibus seruientes ab omni cul pa liberos esse concede: vt purificā te nos gratia tua his quibus famu lamur mysteriis emundemur. Per dominū nostrum. Cōmunio.

Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantē amē dico vobis sup oīa bona sua cōstitu et eū. Coīo. Dn̄e quinq talēta tradi disti michi ecce alia quinq suplucra tus sū euge serue fidelis q: in pau ca fuisti fidelis supra multa te con stituā itra in gaudiū dn̄i tui. Coīo. Fidelis seruus et prudēs quē consti tuit dn̄s sup familiā suā vt det illis in tp̄e tritici mēsurā. Coīo. Semel iuraui in scō meo semē eius in eter nū manebit et sedes eius sicut sol ī ɔspectu meo et sicut luna pfecta in eternū et testis in celo fidelis. Coīo Magna est gloria eius in salutari tuo gloriā et magnū decorē ipones super eū dn̄e. Coīo. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precio so. Coīo. Gaudete iusti in dn̄o all'a rectos decet collaudatio all'a. Coīo Iustorū aīe in manu dei sūt et non tāget illos tormētū malitie visi sūt oculis isipiētiū mori illi autē sūt in pace. Coīo. Quod dico vobis in te nebris dicite ī lumie dicit dn̄s: et qd̄ in aure auditis predicate sup tecta. Coīo. Dico autē vobis amicis me is ne terreamini ab hiis q̄ vos pse quūtur. Vni⁹ cōfessoris epi. Postcō

Unius cõfessoris epi. Postcoio.

PResta q̃s omps deus vt de p̲ceptis muneribus gr̃as exhibentes: intercedente beato cõfessore tuo atq̃ pontifice N. beneficia potiora sumamus. Per.

Unius confessoris pontificis. Secreta:

ARequeti sacramentorũ tuorũ p̲ceptione saciati q̃s dñe sãcti N. cõfessoris tui atq̃ põtificis obtẽtu: vt cuius honore geminat̃ ei⁹ salutifera nobis oratione proueniat. Per.

Plurimor̃ cõfessor̃. Secreta.

COrporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamĩe q̃s domine deus noster: vt qd̃ pia deuotione gerimus: ĩtercedentibus sãctis cõfessoribus tuis N. et N. certa redẽtione capiamus. Per.

Unius cõfessoris abbatis. Postcõ.

PRotegat nos dñe cũ tui p̲ceptione sacramẽti btũs N. pro nobis ĩtercedẽdo: vt cõuersationis eius experiamur ĩsignia: et ĩtercessionis eius p̲cipiamus suffragia. P.

Uni⁹ cõfessoris nõ epi. Postcoio.

UT nobis domine tua sacrificia dent salutẽ: beatus cõfessor tuus N. q̃s p̃cator accedat. Per.

In natale virginũ. Officium.

GAudeamus oẽs in dño diẽ festũ celebrãtes sub honore btẽ virginis N. de cui⁹ passione gaudẽt angeli et collaudãt filium dei. **Ps.** Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opera mea regi. **Officiũ**

DIlexisti iustitiã et odisti iniquitatẽ p̲pterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo letitie pre ɔsortib⁹ tuis. **P.** Eructauit. **Vrs. Officiũ**

LOq̃bar de testimoniis tuis in cõspectu regũ et nõ cõfũdebar et meditabar ĩ mãdatis tuis que dilexi nimis. **Ps.** Beati ĩmaculati in via q̇ ãbulãt in lege dñi.

VUltũ tuũ dep̃ca **Officiũ** bũtur oẽs diuites plebis adducẽtur regi virgines post eã proxime eius adducentur tibi in letitia et exultatione. **Ps.** Eructauit.

ME expectauerũt **Officiũ** p̲ctõres vt p̲derent me testimonia tua dñe ĩtellexi: oĩs cõsũmationis vidi finẽ latũ mãdatũ tuũ nimis. **Ps.** Bti im aculati. **Vrs.**

COgnoui dñe q̲r **Officiũ** equitas iudicia tua et in veritate tua humiliasti me cõfige timore tuo carnes meas a mãdatis tuis nõ me repellas. **Ps.** Beati ĩmaculati. **Vrs.**

Uni⁹ virginis. Oro.

EXaudi nos deus salutaris nr̃: vt sicut de btẽ N. virginis tue festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotionis erudiamur affectu. P. **Secre.**

HOstia dñe q̃s quã scõr̃ tuor̃ natalicia recẽsentes offerim⁹ et vincula nostre prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona conciliet. Per dominũ. **Postcoio.**

SAciasti dñe familiam tuã muneribus sacris: eius q̃s ĩteruentione nos refoue: cuius solẽnia celebramus. Per.

De martyre virgine

DEus qui inter cetera potentie tue miracula: etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius: vt cuius natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. P dñm. **Secreta.**

Suscipe munera dñe que in beate N. martyris tue solēnitate deferimus: cuius nos cōfidimꝰ patrocinio liberari. Per do. Postcōio.

Auxilietur nobis dñe sūpta mysteria: et itercedēte btā N. martyre tua sēpiterna protectione cōfirmēt. P.

Plurimarū virginū.

Adesto dñe populo tuo cū sctārū virginū tuarū N. et N. patrocinio cōfidenti: vt qd ꝓpria fiducia nō ꝑsumit suffragantiū meritis cōsequat᷑. Per dñm. Secreta.

Letificet nos dñe sctāꝝ virginū N. et N. ānua deuotiōe repetita solēnitas: vt p hec pie oblationis officia dum eas beata retributio comitat᷑: nobis quoqꝫ sacre tribuat᷑ sufficiētia seruitus. P. Postcō

Sacramentorū tuorū dñe participatione letantes: suppliciter exoramus: vt quarū merita celebrare cōcedis: earū nos facias imitari constantiam. Per dominū.

Lectio libri sapientie. viii. c.

Sapiētia vincit malitiā. Attingit ergo a fine vsqꝫ ad finē fortiter: et disponit oīa suauiter. Hanc amaui et exquisiui a iuuētute mea et quesiui spōsā michi eā assumere et amator factus sum forme illius. Generositatē glorificat: cōtubernium hābēs dei. Sed et oīm dñs dilexit illā. Doctrix est enim discipline dei.

Lect. libri sapiētie. eccīastici. li.

Confitebor tibi dñe rex: et collaudabo te deū saluatorē meum. Cōfitebor nomī tuo: qm̄ adiutor et protector factus es michi: et liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labiis operantiū mendatiū. Et in cōspectu astantium factus es michi adiutor: et liberasti me secūdū multitudinē misericordie nomis tui. A rugientibus preparatis ad escā: de manibus querentiū animā meam et de portis tribulationū que circūdederunt me. A pressura flāme que circūdedit me: et in medio ignis nō sū estuata. De altitudine vētris inferi: et a lingua coinquinata: et a verbo mendacii. A rege iniquo: et a lingua iniusta liberasti me. Laudabit vsqꝫ ad mortem anima mea dominū: et vita mea appropinquans erat in inferno deorsū. Circumdederunt me vndiqꝫ: et non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominū: et nō erat. Memorata sū misericordie tue dñe: et cooperationis tue que a seculo sunt: quoniā eruis sustinentes te: et liberas eos de manibus odientium domine deus noster.

Lectio libri sapientie. ecclesiastici. li. c

Domine deus meus exaltasti super terrā habitationē meā: et pro morte defluenti deprecata sū. Inuocaui dñm patrem dñi mei: vt nō derelinquat me in die tribulationis mee: et in tēpore superborū sine adiutorio. Laudabo nomen tuū assidue: et collaudabo illud in cōfessione: et exaudita est oratio mea. Liberasti enim me de perditiōe: et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi: et laudē dicā nomī tuo dñe deus noster.

Ad corinthios. x. et xi. c.

FRatres. Qui gloriatur: in do
mino glorieẽ. Nõ eni qui seip
sũ cõmendat ille probatus est: sed
quẽ deus cõmendat. Utinã sustine
retis modicũ quid isipiẽtie mee sed
et supportate me. Emulor eni vos:
dei emulatione. Despondi eni vos
vni viro: virginem castã exhibere
christo. ℟. Dilexisti iusticiam et odisti
iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus
deus tuus oleo leticie. ℟. Specie tua et
pulchritudine tua intende prospere pro
cede et regna. ℣. Propter veritatẽ et mã
suetudinẽ et iustitiam et deducet te mira
biliter dextera tua. ℟. Diffusa est gra
tia in labiis tuis propterea benedixit te
deus in eternũ. ℣. Propter veritatem et
mansuetudinẽ et iustitiam et deducet te
mirabiliter dextera tua. ℟. Audi filia et
vide et inclina aurẽ tuam quia ꝯcupiuit
rex speciẽ tuam. ℣. Specie tua et pulchri
tudine tua intẽde prospere procede et re
gna. ℟. Adiuuabit eam deus vultu suo
deus in medio eius nõ commouebitur. ℣.
Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei
sanctificauit tabernaculum suum altissi
mus. ℟. Propter veritatem et mansue
tudinem et iustitiam et deducet te mira
biliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide
et inclina aurẽ tuam quia cõcupiuit rex
speciem tuam. Alleluia. ℣. Diffusa est
gratia in labiis tuis propterea benedixit
te deus in eternum. Alleluia. ℣. Spe
cie tua et pulcritudine tua intẽde prospe
re procede et regna. Alleluia. ℣. Hec est
virgo sapiens quam dñs noster vigilan
tem inuenit. Alleluia. ℣. Adducent regi
virgines post eam proxime eius offerent
tibi in leticia. Alleluia. ℣. Veni electa
mea et ponam te in thronum meum qa
concupiuit rex speciem tuam.

Prosa.

VIrgines egregie virgines sa
crate coram vestri sponsi co
ronate. In eterna requie sursũ sub
limate canticum letitie domino cã
tate. Castitatis lilium olim custo
distis propter dei filium cui placui
stis. Templum sancti spiritus esse
voluistis tactus et cõcubitus ideo
fugistis. Flore pudicicie vestre re
seruato/carnalis lasciuie motu re
frenato. Debito mundicie premio
donato assidetis socie virginali na
to. Non estis de fatuis que cum va
sis vacuis christum prestolantur.
Imo de prudentibus que plenis lã
padibus bene preparantur. Fatu
is virginibus oleo carentibus spõ
sus est dicturus: Uobis non aperi
am prudentes recipiam premium
daturus: O virgo veneranda cu
ius festa celebranda redierunt an
nua. Casta prudens et fidelis im
petrare nobis velis gaudia perpe
tua. Amen.

Secundum Matheum. xiii.

IN illo tempore. Dixit domi
nus iesus discipulis suis pa
rabolam hanc. Simile est regnum
celorum thesauro abscondito in a
gro. Quem qui inuenit homo ab
scondit: et pre gaudio illius vadit:
et vẽdit vniuersa que habet: et emit
agrum illum. Iterum simile est
regnum celorum homini negocia
tori: querenti bonas margaritas.
Inuenta autem vna preciosa mar
garita: abiit et vendidit omnia
que habuit: et emit eam. Ite

rum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere pisciū congreganti. Quā cum impleta esset educentes: et secus littus sedentes: elegerūt bonos in vasa: malos autē foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorū: et mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Intellexistis hec omnia. Dicunt ei. Etiā. Ait illis. Ideo oīs scriba doctus in regno celorū: similis est homini patrifamilias qui pfert de thesauro suo noua et vetera

Secūdum Matheum. xxv.

In illo tēpore. Dixit dn̄s iesus discipulis suis parabolā hanc. Simile erit regnū celorū decē virginibus: que accipiētes lāpades suas exierunt obuiā spōso et spōse. Quinqꝫ autē ex eis erant fatue: et quinqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatue: acceptis lāpadibus non sūpserunt oleū secū. Prudētes vero acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadibus. Moram autē faciente spōso: dormitauerūt oēs et dormierūt. Media autē nocte clamor factus est: ecce spōsus venit: exite obuiā ei. Tunc surrexerūt omnes virgines ille: et ornauerunt lampades suas. Fatue autē: sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguūtur. Respōderūt prudētes dicētes. Ne forte nō sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes/ et emite vobis. Dum autem irent emere: venit sponsus. Et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime autem veniunt et relique virgines dicētes Dn̄e domine: aperi nobis. At ille respondens: ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaqꝫ: quia nescitis diem neqꝫ horā. Offertoriū. Offerētur regi virgines post eā pxime eius offerent tibi. Offer. Offerētur regi virgines proxime eius offerētur tibi in letitia et exultatione adducent in templum regi dn̄o. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis ppterea bn̄dixit te deus in eternū et in seculū seculi. Offer. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Coīo. Feci iudiciū et iustitiā dn̄e nō calūnient michi superbi ad oīa mādata tua dirigebar oēm viam iniquitatis odio habui. Coīo. Simile est regnū celorū hoī negotiatori querēti bonas margaritas inuēta vna preciosa margarita dedit oīa sua et cōparauit eā. Coīo. Quinqꝫ prudentes virgines acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus media autē nocte clamor factus est ecce spōsus venit exite obuiā xpo dn̄o. Coīo. Principes psecuti sūt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meū letabor ego super eloquia tua sicut qui īuenit spolia multa: cōcupiuit aīa mea testimonia tua dn̄e et dilexit ea vehemēter Coīo. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē. Coīo. Confundātur superbi quia iniuste iniquitatem fecerūt in me ego autem in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibꝰ vt non confundar. Cō. Diffusa ē grā ī labiis tuis pptea bn̄dixit te deꝰ ī eternū

Hic incipit Officiū sanctorū. Et primo. Scti siluestri pape. Introit⁹

Sacerdotes tui domine induāt iustitiam et sancti tui exultent ꝓpter dauid seruū tuum non auertas faciem christi tui. ps. Memēto dn̄e dauid et omīs mansuetudinis eius. Orō.

Da q̄s omp̄s deus: vt beati siluestri cōfessoris tui atq3 pontificis veneranda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutem. Per Ep̄la. Plures facti sūt sacerdotes. In coī fo. xi. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inuētus est iustus. V. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alleluia. V. Inueni dauid seruum meū oleo sācto meo vnxi eum. Si dn̄ica fuerit dicatur sequentia de natiuitate. Christi hodierna. Quere supra in dominica infra octabas natiuitatis. Et dicitur. Credo. Prefatio. Quia per incarnati. Et infra. Cōmunicātes. Quere ante canonem. Euāgeliū. Vigilate quia nescitis. In coī fo. xii Offertorium. Inueni dauid seruum meum et in oleo sancto vnxi eū manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortauit eū. Secreta.

Sancti tui nos domine quesumus vbiq3 letificent: vt dū eorum merita recolimus: patrocinia sentiamus. Per dominū nostrum iesum christum filium tuū. Coio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eū. Postcoio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora sumamus. Per dominum

Nota q̄ in octabis sancti stephani et sancti iohannis/et sanctorum innocentium est missa sicut in die. Si autem dominica euenerit: dicatur sequentia. Sonent regi. Et etiam in vigilia epyphanie si dominica euenerit. Sancti hylarii episcopi. Introitus.

Statuit ei dominus testamentum pacis et principē fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. V. Ora pro nobis beate hylari: vt digni efficiamur promissionibus christi. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt excellentiam verbi tui quam beatus hylarius doctor gloriosus asseruit: et conuenienter intelligere valeamus: et veraciter confiteri. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui Epistola. Ecce sacerdos magnus. In cōmuni folio xi. R. Domine p̄uenisti eū in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitā petiit a te et tribuisti ei lōgitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. V. Iustus germinabit sicut liliū et florebit in eternū ante dominū. Vel Alleluia. V. Beatus hylarius magis ceteris gratia generositatis ornatus nitore pectoris adito quasi refulgēs lucifer iter astra ꝓcessit Euāg. Vide te vigilate In coī fo. xii

Offertorium. Posuisti domine su per caput eius coronam de lapide p̄cioso vitam petiit a te et tribuisti ei alleluia.

Secreta.

Deus vniuersitatis conditor et hūani generis reformator an nue q̄s p̄cib⁹ nr̄is: vt qui miramur in doctore quod colim⁹ mereamur in munere quo placeamus: et sicut beato hylario ↄfessori tuo atq̧ pōti fici dedisti palmā celestē: da ecclesie tue concordia memoriā gloriosā eo obtinente: vt sacrificiū nostrū eius meritis tibi efficiatur acceptū. Per

Coīo. Beatus seruus quē cū venerit do minus īuenerit vigilantē amen dico vo bis sup omia bona sua cōstituet eum.

Postcō. Deus fideliū remu nerator aīarū p̄sta q̄s: vt qui beati hylarii cōfessoris tui atq̧ pōti ficis venerandā celebramus festiui tatē eius precibus indulgentiā con sequamur. Per dn̄m.

Felicis confessoris. Introitus.

Os iusti meditabitur sapiē tiā / et lingua eius loquet̄ iudiciū lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignanti bus neq̧ zelaueris faciētes iniquitatem Gloria patri. Collecta.

Concede q̄s omp̄s deus. vt ad meliorē vitā sanctoꝝ tuoꝝ ex empla nos prouocēt: quatinus quo rū solēnia agimus: etiā actus imi temur. Per do. Ep̄la. Beatus hō q̄ inuenit. In coī fo.iii. R. Jurauit dn̄s et nō penitebit eū tu es sacerdos in eter nū scd̄m ordinem melchisedech. V. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. Alle luia. V. Jnueni dauid seruū meū oleo s̄a cto meo vnxi eū. Euangeliū. Qui vos audit. In coī fo.v. Offertoriū. Glo ria et honore coronasti eū. et constituisti eum super opera manuū tuarū domine.

Secreta.

Hostias tibi domine pro com memoratione sācti felicis cō fessoris tui offerim⁹ suppliciter de precantes: vt sicut illi prebuisti san cte fidei largitatem: sic nobis indul gentiā largiaris et pacem. Per do.

Coīo. Posuisti dn̄e in capite eius coro nam de lapide precioso. Postcoīo

Quesumus dn̄e salutarib⁹ re pleti mysteriis: vt cuius solē nia celebramus: eius intercessioni bus adiuuemur. Per dominum.

Translatio sācti maurilii epi. fac missā sicut in proprio festo. Sequē tia. Christo inclyta. In coī fo.

Mauri abbatis. Introitus.

Os iusti meditabitur sapiē tiam / et lingua eius loquet̄ iudicium: lex dei eius in cor de ipsius. ps. Noli emulari in malignā tibus neq̧ zelaueris facientes iniquitatē Gloria patri. Collecta.

Deus qui hodiernam diem be ati mauri confessoris tui atq̧ abbatis sacro transitu consecrasti: concede nobis propitius in offēsis per eius instituta gressibus perge re: vt eiusdem in regione viuentiū mereamur gaudiis admisceri. Per dominum nostrum. Epistola. Di lectus deo et hominibus. In cōmu ni folio xi. R. Os iusti meditabitur sa pientiam et lingua eius loquetur iudici um. V. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius.

Alleluia. ℣. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eũ. Euãgeliũ Nemo accendit lucernã. In coĩ fo. xii. Offertoriũ. Veritas mea et misericordia mea cũ ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Oblatis dñe ob honorem beati mauri cõfessoris tui atqꝫ abbatis placare muneribus: vt ipsi⁹ interuentu famulis tuis cunctorũ tribuas indulgẽtiam peccatorum. Per do. Coio. Fidelis seruus et prudens quẽ constituit dñs super familiam suam vt det illis in tẽpore tritici mẽsurã

Existat q̃s dñe pro nobis beatissimus maurus ꝑpetuus interuẽtor: vt hec sacra mysteria que ĩdignis manibus tractam⁹/ nõ sint nobis ad penã: sed sint fortitudo nostre infirmitatis/et ad vitam eternam capessendã reparatio salutaris. Per dñm. Postcoio.

Marcelli pape et martyris. Introitus.

Statuit ei dñs testamẽtum pacis et principem fecit eũ vt sit illi sacerdotii dignitas in eternũ. ps. Misericordias dñi: ĩ eternũ cantabo. Gloria. Collecta.

Preces populi tui q̃s dñe clementer exaudi: vt beati marcelli martyris tui atqꝫ põtificis meritis adiuuemur: cuius passione letamur. Per. Epl'a. Iustus cor suũ tradet. In coĩ fo. iii. ℟. Iurauit dñs et non penitebit eum tu es sacerdos in eternũ secundũ ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis. Alleluia. ℣. Inueni dauid seruũ meũ oleo sancto meo vnxi eum. Euangeliũ Homo quidã peregre. In coĩ fo. iiii.

Offertoriũ Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe q̃s dñe munera dignãter oblata: et btĩ marcelli suffragantibus meritis ad nostre salutis auxiliũ prouenire cõcede. Per Coio. Dñe quinqꝫ talẽta tradidisti michi ecce alia quinqꝫ superlucratus sũ euge serue bone et fidelis q̃a in pauca fuisti fidelis supra multa te constituã intra in gaudiũ dñi tui. Postcoio.

Saciasti dñe familiã tuã mũeribus sacris beati marcelli q̃s semper interuẽtione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per do.

De sancto sulpicio fac totã missam sicut de sãcto siluestro. Sãcti anthonii abbatis. Introitus.

Os iusti meditabitur sapiẽtiam et lingua eius loquet᷑ iudiciũ lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignãtibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloria patri. Oratio.

Deus qui concedis obtentu beati anthonii confessoris tui atqꝫ abbatis morbidũ ignẽ extingui: et mẽbris egris refrigeria prestari: fac nos propitius ipsius meritis et precibus/a gehenne incendiis liberatos: integros mente et corpore/ tibi feliciter in gloria presentari. Per Epl'a. Iustũ deduxit. In coĩ fo. xi. ℟ Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquet᷑ iudiciũ. ℣. Lex dei eius ĩ corde ipsius et nõ supplantabũtur gressus eius. Alleluia. ℣. Anthoni pastor ĩclyte qui cruciatos reficis morbos sanas et destruis ignis calorẽ extinguis pie pa

ter ad dñm oia pro nobis miseris.
Vacante alla. Tractus
Anthoniũ de egypto trãstulisti eie cisti corpꝰ ꝛ reuelasti illud. V. Dux itineris fuisti i conspectu eius et fecisti ordiné eiꝰ et ipleuit trã. Extẽdis miracula eiꝰ p totũ orbẽ et virtutes i vniuersa terra
Seqntia. Supne mrís. In coi fo.
Anthoniꝰ huilis Alia seqntia sãctificatꝰ nobilis afflictorũ glia. Cũ sctõꝝ cetibꝰ fulget i celestibꝰ sublimi victoria. Chari sui meri to more xpi solito ↄsolat oia. Ferẽs exaltãtibꝰ igne pereũtibꝰ expectata gaudia. Data sibi gra p scti spacia facta est pnũcia. Felix eiꝰ aĩa liquẽs orbis ĩfima. Carne iã deposita cristũ est ĩtuita. Nota sũt p scta ipsius miracula mortꝭ soluit vicula plenꝰ dei gra. Nil terrenũ ãbiebat qꝛ vere diligebat iesũ sup oia. Hũc precator depcetur vt p illũ ↄdonet qd mẽs timet cõscia. Laus ꝛ honor illi dat sa tis et se cõmẽdat operũ per merita Demonia vicit iste ꝛ cõcedis illi cri ste semp esse subdita. Veneret hic patronꝰ quẽ in celestibꝰ thronꝰ q̃ dã do bñficia mũdũ replet leticia. Hic diuinũ dãs ardorẽ pestẽ pellit et lãguorẽ velut rose vel lilia redolet in ecclia. O ãthoni dei vera mũdi iubar et lucerna apud xpm gregẽ istũ clemẽter cõcilia. Vt fõs sũme pieta tis inodatos a pctis ad superne cla ritatis pducat cõcilia. Amẽ dicant oia alla. Euãge. Nemo accẽdit lucernã. In coi fo. xii. Offꝫ. Veritas.
Sacrificiũ nrm q̃s Secreta dñe benignꝰ itẽde: vt sicut beati ãthonii cõfessoris tui pcibꝰ cruciatꝰ temporales sanare nõ desinis ita erui misericorditer ĩpetremꝰ ab eternis. p. Coio. Fidelis. Postcoio.
Prosit nobis ad salutẽ dñe sacri mũeris oblatio: p quẽ btĩ ãthonii ↄfessoris tui fulti suffragiis exẽplo ipiꝰ oia tela ĩiq̃ssimi ignea extiguẽtes / sctõꝝ mereamur adiũgi cõsortio. p. Prisce virg. et mar.
Loqbar de testioniis tuis ĩ cõspectu regũ et nõ cõfũdebar et meditabar ĩ mãdatꝭ tuis q̃ dilexi nimis. Ps. Beati imaculati ĩ via: qui ãbulãt in lege dñi. Colla.
Da q̃s oĩps deus: vt q̃ btẽ prisce virginis et martyris tue natalicia colimꝰ: et ãnua solennitate letemur / ꝛ tante fidei pficiamꝰ exẽplo. p. Epla. Sapiẽtia vicit. In coi fo. xiiii. R. Specie tua et pulchritudine tua itende, pspere, pcede et regna. V. Propter veritatẽ et mãsuetudinẽ et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua. Alle luia V. Diffusa est gratia ĩ labiis tuis, ppterea bñdixit te deꝰ ĩ eternũ. Euange. Simile est regnũ celoꝝ. In coi fo. xv. Offꝫ. Filie regũ ĩ honore tuo astitit regina a dextris tuis ĩ vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.
Hostiã q̃s dñe quã tibi sctẽ prisce martyris tue natalicia recensẽtes offerimꝰ et vicula nr̃e prauitatis absoluat: et tue nobis mie dona cõciliet. p. Coio. Feci iudiciũ et iusticiã dñe nõ calũniẽtur michi superbi ad oia mandata tua dirigebar oẽm viam iniquitatis odio habui. Postcõmunio
Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis: vt qui beate prisce martyris tue solennia

celebramus eius orationibus adiuuemur. Per dominum.

Remigii episcopi. Officium.

Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. V. Ora pro nobis beate remigi vt digni efficiamur promissionibus christi. Gloria patri. Oratio.

Deus qui per beati remigii documenta francorum tibi colla subdidisti ferocia largire supplicibus tuis: vt per iter salutis quo idem pastor noster incessit: dono tue pietatis ad te gradiamur. Per. Epistola. Ecce sacerdos magnus qui in. In commune fo. xi. R. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. V. Posui adiutorium super potentem et exaltaui electum de plebe mea. Sequentia

Ecce dies preoptata dies felix dies grata dies digna gaudio. Gens francorum plebs deuota fundere preces redde vota congaudens remigio Quem deus de sene patre et de veterana matre pro te nasci voluit. Tibi natus tibi datus tibi sic pro te creatus vt pater condoluit. Per hunc tibi vuandalorum hostiumque barbarorum potestas subiacuit. Per hunc error idolorum necnon et hereticorum finis omnis euanuit. Eius sacrum exordium secretorum celestium vox montanum docuit Ipsum vocans remigium sed et pro te remedium qui te deo genuit. Lacte matris oculos abluit sui vatis. Cecus erat mox languor defuit cecitatis Datur scolis parem non habuit in doctrina. Hinc reclusus specie florum it columbina. Defuncto benadio presule remorum ad ipsum deuotio fertur singulorum. Sed etatis tenere diffusus et morum in se non vult tollere pondus robustorum De responsis igitur facta mentione rapitur extrahitur de reclusione Sed emissa celitus lux cum vnctione terret eum funditus de presumptione. Parere fidelium promptus voluntati dat se sacrificium summe trinitati. Quem se cepit reddere vniuersitati non est promptum pandere nostre prauitati Fugantur demonia leprosi mundantur defuncti ad gaudia vite reuocantur A quacunque gratia nulli defraudantur rex et omnis francia in fide firmantur. O remigi speculum omnium bonorum flos et gemma presulum decus clericorum. Munda tuum populum fece viciorum fac nos post hoc seculum ciues angelorum. Amen. Euangelium. Vigilate quia. In commune fo. xii. Offertorium. Posuisti domine in caput eius coronam de lapide precioso vitam petiit a te tribuisti ei alleluia. Secreta

Placeat tibi domine quesumus nostre seruitutis deuotio: vt munera que tibi fideliter offerimus: beatissimi remigii obsecrationibus accepta reddantur. Per. Communio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum Postcommunio

Redemptionis nostre mysteria sumentes quesumus domine deus noster: vt beati remigii francorum apostoli orationibus fulciamur: et tue visitationis gloria perfruamur. Per dominum.

Sanctoꝝ Fabiani et sebastiani martyrum. Introitus.

i Ntret in cõspectu tuo dñe gemitus compeditorũ redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuam: polluerunt templum sanctum tuũ posuerunt hierusalem in pomorum custo diam. Gloria patri. Collecte sequentes cõcludũtur ad vnum Per r dñm.

INfirmitatem nostrã Orõ. respice omnipotẽs deus: et qr põdus proprie actionis grauat beati fabiani martyris tui atqꝫ põtificis/intercessio gloriosa nos protegat. Alia oratio.

DEus qui beatum sebastianũ martyrem tuum virtute constantie in passione roborasti: ex eiꝰ nobis imitatione tribue: pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per dominũ. Epl'a. Sancti per fidem In coĩ fo. vi. R. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciẽs pdigia. V. Dextera tua dñe glorificata est in virtute dextera manus tua cõfregit inimicos Alla. V. Mirabilis dñs noster in sãctis suis. Si alla icludat. Tractus. Qui seminãt Sequentia

IMperator marie xp̃e benignissime tibi laus et gl'ia. Carmẽ hoc leticie suscipe qd hodie decãtat eccl'ia. Sebastiani pia colẽdo solennia egregii martyris Instructꝰ lombardia sed narbone p̃ria ciuis fuit nobilis. Moribus amabilis sermone affabilis iustꝰ in iudicio. In cõmilitio fidelis moribꝰ placabilis fuit ꝛ ꝯsilio. Gestis imperatorꝝ stetit more maiorꝝ rome sũma curia. Firmat hic cor tortorum spem promittens bonorum celesti hierarchia. Penis ne deficerent nec eos seduceret monita mulierum. Sed terrena spernerent et deum aspicerent largitorem munerũ. Quotidie sedulum exhibẽs officium verus cultor fidei Omne seruans preceptũ lege gratie scriptum fultus gratia dei. Os mutum aperuit tormenta sustinuit armis lucis ĩdutus. Sagittis sutus fuit et mortem non timuit pro quo stat laureatꝰ. Pro nobis aduocatus nũc pellat vir beatus pestem famẽ gladium. Nostros quoqꝫ reatus ignoscas nobis deus desqꝫ tuũ gaudium. Ameu. Euangeliũ. Descendens iesus de monte. In coĩ fo. vii. Offr. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini oẽs recti corde. Secre.

HOstias tibi domine beati fabiani martyris tui atqꝫ põtificis dicatas meritis benignꝰ assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidiũ. Alia Secreta ad vnum. Per dominum.

ACcepta sit in conspectu tuo dñe nr̃a deuotio: et eiꝰ nobis fiat supplicatione salutaris: p cuiꝰ solennitate defertur. Per do. Coĩo. Multitudo lãguẽtiũ et q vexabãtur a spiritibus immundis veniebãt ad eum quia virtus de illo exibat et sanabat omnes.

REfecti participatio Postcõ ne muneris sacri quesumus dñe deus noster: vt cuius exeqmur cultum sentiamus effectum. Alia

Post coio ad vnum. Per dñm.

Sacro munere saciati te domine supplices depcamur: vt qd debite seruitutis celebram⁹ officio intercedēte beato sebastiano martire tuo saluationis tue sentiamus augmentum. Per dominum.

Agnetis virgis et mar. Introit⁹.

Me expectauerūt peccatores vt perderēt me testimonia tua dñe intellexi omnis cōsummationis vidi finem latū mādatum tuum nimis. ps. Beati imaculati in via qui ambulant in lege domini. Gloria patri.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis vt fortia queqꝫ confundas: concede ppicius vt qui beate agnetis martyris tue solennia colimus: eius apd te patrocinia sentiamus. Per dñm

Epla. Qui gloriat. In coi fo. xiiii.

R. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū. V. Pro pter veritatem et mansuetudinem et iustitiā et deducet te mirabiliter dextera tua.

Alleluia. V. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Vacante alleluia. Tractus.

Qui seminant in lachrymis in gaudio metent. V. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. V. Venientes autem venient cum exultatione portātes manipulos suos.

Prosa.

Animemur ad agonē recolētes passionē gl'iose virginis. Contrectantes sacrum florem respiremus ad odorem resperse dulcedinis. Pulchra prudēs ꝛ illustris iā duobus agnes lustris addebat triēnium. Proles amat hāc prefecti sed ad eius virgo flecti respuit arbitriū. Mira vis fidei mira virginitas mira virginei cordis itegritas. Sic dei filius nutu mirabili se mirabilius prodit in fragili. Lāguet amās cubat lecto lāguor notus fit prefecto maturat remedia. Offert multa spondet plura peritur⁹ peritura sed vilescunt omnia. Nudam prostitit preces flagiciis quam christus induit comarū fimbriis stolaqꝫ celesti. Celestis nūcius assistit propius cella libidinis fit loc⁹ luminis turbantur incesti. Cecus amans indignatur et irrumpens prefocatur a maligno spiritu. Luget pat lugent cuncti roma fleuit pro defuncti iuuenis iteritu. Suscitatur ab agnete turba fremit indiscrete rogū parant virgini. Rogus ardēs reos vrit in furentes flāma furit dans honorem numini. Grates agens salua tori guttur affert hec lictori nec ad horam timet mori puritatis cōscia. Agnes agni salutaris stans ad dextrā gloriaris et parētes cōsolaris inuitans ad gaudia. Ne te flerēt vt defunctam iam celesti spōso iūctā his sub agni forma suā reuelauit atqꝫ tuā virginumqꝫ gloria. Nos ab agno salutari nō permitte separari cui te totā consecrasti cuius ope tu curasti nobilē cōstantia. Vas electū vas honoris incorrupti flos odoris angelorum grata choris honestatis et pudoris formam prebes seculo. Palma fruēs triumphali florevernans virginali nos indignos speciali fac sāctorum generali sub-

scribi titulo. Amen. Euangelium. Simile est regnū celorū decē virginibus. In coi fo. xv. Offr. Offerent regi virgines proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta

Hostias q̄s dn̄e quas tibi offerimus propicius suscipe: et intercedēte beata agnete martyre tua vincula peccatorū nostrorum absolue. Per dn̄m. Coio. Quinqȝ prudētes virgines acceperunt oleū in vasis suis cū lāpadibus media autē nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiā xp̄o domino. Postcoio.

Refecti cibo potuqȝ celesti deus noster te supplices exoramus vt in cuius hec cōmemoratione percepimus: eius muniamur et precibus. Per dominum.

Vincentii martyris. Introitus.

Letabitur iustus ī dn̄o ⁊ sperabit ī eo et laudabūtur oēs recti corde. Ps. Exaudi de⁹ orationē meam cū deprecor: a timore inimici eripe aīam meā. Gl'a pa. Oratio

Adesto quesumus domine supplicationibus nostris: vt q̄ ex iiquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beati vīcentii martyris tui intercessione liberemur. Per dn̄m. Epistola Justus cor suū. In coi fol. iii. R. Posuisti dn̄e super caput eius coronā de lapide precioso. V. Desideriū anime eius tribuisti ei et voluntate labiorū eius non fraudasti eum. Alla. V. Letabit iustus in dn̄o et sperabit in eo et laudabuntur oēs recti corde. Vacate alla. Tract⁹

Desideriū aie eius tribuisti ei et voluntate labiorū eius non fraudasti eum V. Qm̄ preuenisti eū in benedictionib⁹ dulcedis. V. Posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Prosa.

Ecce dies preoptata dies felix dies grata dies digna gaudio. Nos hāc diem veneremur et pugnātem admiremur christum in vincētio. Ortu fide sāctitate sensu verbo dignitate clarus et officio. Arcē diaconi sub patris valerii regebat imperio. Lingue presul īpedite deo vacat et leuite verbi dat officia. Cuius linguā sermo rectus duplex quoqȝ simplex pectus exornat sciētia. Dūqȝ fidem docet sanam plebem cesaraugustanam comitante gratia Seuit in ecclesiam zelans idolatriam presidis inuidia. Post auditam fidei constantiam iubet ambos pertrahi valentiam sub cathenis. Nec iuueni parcitur egregio nec etas attenditur ab īpio sancti senis. Fessos ex itinere pressos ferri pondere tetro claudit carcere negās victualia Sic pro posse nocuit nec pro voto potuit quia suos aluit christi prouidentia. Seniorem relegat exilio iuniorem reseruat supplicio preses acerbiori. Equuleum perpessus et vngulam vincentius conscendit craticulam spiritu fortiori. Dum torretur nec terretur christum magis confitetur nec tyrānum reueretur in eius presentia. Ardet vultus inhuman⁹ heret lingua tremit manus nec se capit datianus pre cordis insania. Inde specu martyr retruditur et testulis fixus illuditur multa tamen hic luce fruitur ab angelis visitatus In lectulo tandē repositus ad supe-

ros transit emeritus sicqȝ suo triū-
phans spiritus est principi preſēta-
tus. Non communi sinit iure virū
tradi sepulture legi simul et nature
vim facit malicia. In defūctum iu-
dex seuit hinc defuncto laus accre-
uit nam quo vesci consueuit refor-
midat bestia. En cadauer inhuma
tum corpus seruat illibatum sicqȝ
sua sceleratum frustratur intentio
At prophanus dacianus quod con-
sumi nequit humi vult abscōdi sub
profundi gurgitis silentio Nec tene
tur a molari nec celari potest mari
quem nunc laude singulari venera
ri voto pari satagit ecclesia. Postula
tum corpus igne terra mari fit in-
signe nobis iesu da benigne vt cū
sanctis te condigne laudemus in pa
tria Amen Euāge. Nisi granū fru-
menti In cōmuni folio. iiii. Offer.
Gloria et honore coronasti eū et cōstitui
sti eū super opera manuum tuarum do-
mine. Secreta.

Muneribus nostris quesumus
domine precibusqȝ susceptis
et celestibus nos munda mysteriis
et clementer exaudi. Per dominum
Cōmunio Qui vult venire post me
abneget semetipsum et tollat crucē
suam et sequatur me. Postcōio

Quesumus omnipotens deus
vt qui celestia alimenta per-
cepimus: intercedente beato vincen
tio martyre tuo: per hec contra oīa
aduersa muniamur. Per dominū.

Emerentiane vir. et mar. Officiū

Vultum tuum deprecabun-
tur omēs diuites plebis ad-
ducētur tibi in leticia et ex-
ultatione Ps. Eructauit cor meum
verbum bonū: dico ego opera mea
regi. Gloria patri. Oratio

Maiestati tue nos domine bea
te emerētiane virginis ꝛ mar
tyris tue supplicatio sancta conci-
liet: vt qui incessanter actib⁹ nostris
offendimus / iustorum precibus ex-
piemur. Per dñm. Epistola. Qui
gloriatur. In coī fo. xiiii. R. Diffusa
est grā in labiis tuis ꝑpterea benedi
xit te de⁹ in eternū V. Propter verita
tem et mansuetudinē et iusticiam
ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua
Alla V. Specie tua et pulcritudi-
ne tua intende prospere procede et
regna. Nisi alleluia. includatur.
Et nota ꝙ in festis trium lectionū
non dicitur. Tractus. Euangeliū.
Simile est regnum celoꝝ decē vir-
ginibus. In coī fol. xv. Offertoriū.
Offerentur regi virgines proxime
eius offerentur tibi in leticia et ex-
ultatione adducentur in templum
regi domino. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacra
te plebis oblatio pro beate eme
rentiane virginis et martyris tue
honore cuius se meritis in tribula-
tione percepisse cognoscit auxiliū.
Per dominum. Coīo Simile est re
gnum celorum homini negotiato-
ri querenti bonas margaritas in-
uenta vna preciosa margarita de-
dit oīa sua et cōparauit eā Postcō.

Iugiter nos domīe sancte eme
rentiane virginis et martyris
tue votiua solennia letificet: et pa-
trocinia nobis eius festiuitas exhi-
beat. Per dñm.

De sc̄to thimotheo ap̄lo. Officiū.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ps. Dn̄e pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meam. Gl'a pa. Nota q̄ in festis vnius apostoli triū lectionū nō dicitur. Gloria in excelsis. nec. Credo nec. Prefatio. Oratio

Quesumus oīpotens deus: vt beatus thimotheus apostol⁹ tuus tuū pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluti a cūctis etiā periculis exuamur. Per. Epistola. Jam non estis. In coī fol. i. R. In oēm terrā exiuit sonus eorū et in fines orbis terre verba eorū. V. Celi enarrāt gloriā dei et opera manuū eius annūciat firmamentum. Alla V. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eoꝝ. Euāgeliū. Hoc est preceptū. In coī fo. ii. Credo. Offerto. Michi aūt nimis honorificati sūt amici tui deus nimis confortatus ē pricipatus eorum. Secreta.

Sacrandū tibi dn̄e munus offerimus: quo beati thimothei solennia recolētes: purificationē quoq3 nostris mētib⁹ iploremꝰ. P. Coīo. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.

Percepta domine Postcoīo sacramētis suppliciter exorāmus: vt intercedente beato thimotheo apostolo tuo que pro illius veneranda gerimus passione: nobis proficiant ad medelā. Per.

In conuersione sancti pauli apostoli. Ad missam. Introitus

Letemur omnes in domino hodiernum diem solenniter celebrantes quo beatus paulus conuersione sua presentem mūdum decorauit. V. De illustratiōe sancte predicationis: et de conuersione beati pauli. Gloria patri. Oratio

Deus qui vniuersum mūdum beati pauli predicatione docuisti da nobis quesumus: vt qui hodierna die eius conuersionē colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum. Eodem die sc̄ti preiecti martyris. Oratio

Beati pꝛiecti martyris tui nos interuentio gloriosa commendet: vt quod nostris actibus nō meremur eius precibus consequamur Per dominum.

Lectio actuum apostolorum. ix.

In diebus illis. Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: accessit ad principem sacerdotum: ꝛ petiit ab eo epistolas in damascum ad synagogas vt si quos inuenisset huius vie viros ac mulieres / vinctos perduceret in hierusalem. Et cum iter faceret: cōtigit vt appropinquaret damasco: Et subito circūfulsit eum lux de celo. et cadens in terram: audiuit vocem dicentem sibi. Saule saule: q̄d me persequeris? Qui dixit Quis es domine? Et ille Ego sum iesus: quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare Et tremens ac stupens dixit Domine quid me vis facere Et dominus ad eum Surge et ingredere ciuitatem

et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri aūt illi q̄ comitabātur cū eo stabant stupefacti: audiētes quidē vocē: nemīnē aūt vidētes. Surrexit aūt saul⁹ de terra: apertisq; oculis nichil videbat. Ad man⁹ aūt illū trahētes introduxerūt damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns: et non manducauit neq; bibit. Erat autem quidam discipulus damasci nomine ananias. Et dixit ad illū i visu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego domine. Et dominus ad eum. Surgens vade in vicum qui vocatur rect⁹ et quere in domo iude saulū nōie tharsensē. Ecce eni orat Et vidit virū ananiā nomine introeuntem: et imponentē sibi manum vt visum recipiat. Respondit autē ananias Domine audiui a multis de viro hoc: quanta mala sanctis tuis fecerit in hierusalem. Et hic habet potestatē a principibus sacerdotū: alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem dominus ad eum. Vade: quoniā vas electionis est michi iste: vt portet nomen meū coram gētibus et regibus et filiis israel. Ego enim ostendam illi: quanta oporteat eum pro nōie meo pati. Et abiit ananias: et introiuit in domum. Et imponēs ei manus/dixit. Saule frater. Dominus misit me iesus: qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas et impVearis spiritu sancto Et confestim ceciderunt ab oculis eius tāq̄ squame: et visum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibū confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas: predicabat iesum: quoniam hic est filius dei. Stupebant autē oēs qui audiebant eū: et dicebant. Nōne hic est qui expugnabat in hierusalem eos qui inuocabant nomen istud, Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad p̄ncipes sacerdotum. Saulus autem multomagis conualescebat: et confundebat iudeos: qui habitabāt damasci. Affirmans: quoniā hic est christ⁹

℟. Dn̄e preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Vitā petiit a te et tribuisti ei longitudinem dierū in seculum seculi. Alleluia. ℣. Tu es vas electionis beate paule apostole ora pro nobis deum.

Prosa

Corde voce pulsa celos triumphale pange melos gentium ecclesia. Paulus doctor gentium cōsummauit stadium triumphās in gloria. Hic beniamin adolescens lupus rapax predam velcēs hostis est fidelium. Mane lupus sed ouis vespere post tenebras lucente sydere docet euāgelium. Hic mortis viam arripit quem vite via corripit dum damascum graditur. Spirat minas sed iam cedit sed prostratus iā obedit sed iam vinctus ducitur Ad ananiam mittitur lupus ad ouem trahitur mēs resedit effera. Fōtis subit sacramentum mutat virus in pigmentum vnda salutifera. Vas sacratum vas diuinum vas p̄pinās dulce vinū doctrinalis gratie. Synagogas circuit christi fidem astru

it prophetarum serie. Verbum crucis protestatur causa crucis cruciatur mille modis moritur. Sed perstat vivax hostia et inuicta constantia omnis pena vincitur. Segregatus docet gentes mundi vincit sapientes dei sapientia. Raptus ad celū tercium videt patrem et filium in vna substantia. Roma potens et docta grecia prebet colla discit mysteria fides christi proficit. Crux triūphat nero seuit quo docēte fides creuit paulum ense conficit. Sic exutus carnis molem paulus videt verum solū patris vnigenitum lumē videt in lumine cuius vitemus numie gehēnalē gemitū Amen

Si fuerit lxx Tractus

Tu es vas electionis sācte paule apostole vere digne es glorificandus. V. Predicator veritatis et doctor gentium in fide et veritate. versus. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam dei. V. Intercede pro nobis ad deum qui te elegit. V. Ideoq3 celestis lauream regni accipere dignus es quā meruisti. V. In quo semper sine fine gaudes et perfrueris gloria perēni q2 fideliter certasti in cōspectu dei.

Secundum Matheū. xix

In illo tp̄e: Dixit simon petrus ad iesū. Ecce nos reliquimus oīa/et secuti sum9 te: quid ergo erit nobis: Jesus autem dixit illis. Amē dico vobis: q2 vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum / vel fratres/aut sorores/aut patrem aut matrem/aut vxorem/ aut filios aut agros/propter nomen meum: centuplum accipiet: et vitam eternam possidebit. Credo Offertoriū

Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso vitam petiit a te et tribuisti ei.

Secreta.

Apostoli tui pauli precibus domine plebis tue dona sanctifica: vt que tibi grata sunt instituto mysterio: gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per dn̄m.

Preiecti. Secreta

Suscipe domine propicius orationem nostram cum oblationibus hostiarum altari tuo superpositis: et martyris tui preiecti deprecatione: pietatis tue perfice benignus acceptas: et illam que in eo flagrauit fortem dilectionem in nobis aspira benignus. Per dominū.

Prefatio. Te domine. Communio

Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum

Postcōio

Saciasti nos domie salutari mysterio quesumus: vt pro nobis eius non desit oratio: cuius nos dedisti patrocinio gubernari. Per dominum.

Preiecti. Postcōio.

Votiua domie pro beati martyris tui preiecti passione dona percepimus: quesumus: vt eius precib9 et presētis vite nobis pariter et eterne/tribuas conferre presidiū Per dominum.

Juliani episcopi. Introitus

Statuit ei dominꝰ testamentum pacis et principem fecit eum ut sit illi sacerdotii dignitas in eternum. ℣. Ora pro nobis beate iuliane: ut digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

Deus q̃ ecclesie tue beatissimũ iulianum confessorem tuum atq̃ pontificem mirabilem tribuisti doctorem concede propicius: ut hunc apud te pium mereamur semper habere intercessorem. Per. Epistola. Ecce sacerdos magnus. In cõmuni folio xi. ℟. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petiit a te et tribuisti ei longitudinem dierum in seculũ seculi. Alla. ℣. O iuliane presulũ decus vocibus tecum traxisti populũ ad veritatem christi nos iuua tuis precibꝰ q̃ seculis miraculis clarus apparuisti. Prosa

Plaudat urbs cenomanica honore tanti presulis per quem tanta miracula fiunt diebus singulis. Ignis mors demon cetera cedũt ab egrotantibus ac dantur eis munera eterna eius precibus. Letetur ecclesia deuotione pia celebrãs solennia cũ gaudio. Juliani presulis fulgentis miraculis psallat nouis modulis hec cõcio. Hunc morum nobilitas bone vite sanctitas ornat atq̃ claritas sue gentis. Defensor et ciuitas fontis clari nouitas et puelle sanitas resurgentis Juliani precibꝰ dat deus ardentibus ceterisq̃ omnibus remedium. Ad te suspirãtibus festum celebrantibus deuotis visceribus da gaudiũ. Vas mĩe et doctor egregie preces nostras hodie fer i celis. Da ut frui gratia pace et honore dia valeat ecclesia presul felix. Bone pastor ouium salutis fideliũ subuenias omnium ante deum. Sancte presul nobilis nobis inuisibilis custos amabilis sis in euum. Amen

Et si allã includatur. Tractus

Aue iuliane xp̃i confessor presul egregie et pastor bone. ℣. Lucifer ut radiat celũ sic tu quoq̃ fulges in mũdo. ℣. Inter pphetas vates nõ minor apostolis põtificũ gẽma. ℣. Martyriũ voto accipes carnẽ excrucians si lictor adesset. ℣. Tu degens terris ter cõfracta necis fauce tria de morte leuasti cadauera. ℣. O vere beate ineffabilis pietate succurre tuis famulis. ℣. Nosq̃ post obitũ suscipias in regnũ tuũ. Euãg. Sint lũbi. In coĩ fo Offer. Posuisti dñe in capite eius coronã de lapide precioso vitã petiit a te et tribuisti ei allã. Secreta

Omnipotens sempiterne deus munera tue maiestati oblata per intercessionẽ beati iuliani cõfessoris tui atq̃ põtificis cuiꝰ solennia colimus: ad perpetuã fac nobis proficere salutem. P dñm. Coĩo. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ amẽ dico vobis sup oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcõ

Sacramenta salutis nostre suscipientes q̃s misericors deus: ut beati iuliani confessoris tui atq̃ pontificis cuius natalicia celebramꝰ nos ubiq̃ orõ adiuuet i cuiꝰ veneratiõe hec tue obtulimꝰ maiestati. P

Missa de sto Gildasio Introitus ... Justi Oratio Deus qui beatum gildasium confessorem tuum atque abbatem in terris vita laudabili decorasti et in celis eterna gloria sublimasti eius suffragantibus meritis vita nostra apud te commendetur. Per dominum nostrum ... Epistola Dilectus deo ℟ Os justi Evangelium Nemo lucernam ... Offer. Veritas ... fidelis servus ...

Agnetis vir. secũdo. Officium

ME expectauerũt peccatores vt perderent me testimonia tua domine intellexi: omis cõsummationis vidi finem latum mandatum tuum nimis. ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria pa. Oratio.

DEus qui nos ãnua beate agnetis martyris tue solennitate letificas: da q̃s vt quã veneramur officio etiã pie cõuersationis sequamur exemplo. Per dominũ. Epla. Qui gloriatur. In coi fo. xii. R. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. V. Propter veritatem et mansuetudinẽ et iusticiã et deducet te mirabiliter dextra tua. Alla. V. Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. Euangeliũ. Simile est regnũ celorũ decẽ. In coi folio xiii. Offer. Offerentur regi virgines proxie eius offerẽtur tibi in leticia et exultatione adducentur in templum regi domino. Secreta.

SUper has quesumus dñe hostias benedictio copiosa descẽdat que et sanctificationem nobis clementer operetur: et de martyrũ nos solennitate letificet. P dñm. Coio. Quinqz prudẽtes virgines acceperũt oleũ i vasis suis cũ lãpadibus media autẽ nocte clamor factus est ecce spõsus venit exite obuiam christo dño. Postcoio.

SUmpsim⁹ dñe celebritatis annue votiua sacramẽta: p̃sta q̃s intercedente beata agnete martyre tua vt et tẽporalis nobis vite remedia prebeãt et eterne. P dñm

Brigide virginis. Officium.

DIlexisti iusticiã et odisti iniquitatem ppterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opera mea regi. Gl'a pa. Oratio

EXaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de btẽ brigide virginis festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. P. Epistola Qui gloriat. In coi fo. iiii R. Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatem. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alla. V. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Si alleluia includatur. Tractus

QUi seminant in lachrymis in gaudio metẽt. V. Eũtes ibãt et flebãt mittentes semina sua. V. Venientes aũt venient cũ exultatione portãtes manipulos suos. Euãgeliũ Simile est reg. ce. decẽ. In coi fo. xv Offer. Offerentur regi virgines post eã proxime eius offerentur tibi. Secreta.

SUscipe munera dñe que in beate brigide virginis tue solennitate deferimus: cui⁹ nos confidim⁹ patrocinio liberari. P. Coio. Diffusa est gratia i labiis tuis ppterea benedixit te deus in eternũ. Postcõ.

SAciasti domie familiã tuam muneribus sacris: eius quesumus interuẽtione nos refoue cuius solennia celebramus. P dñm

Ignatii martyris. Officium

LEtabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabũtur omẽs recti corde. ps. Ex-

audi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aiam meam. Gloria patri. Oratio.

Deus q̄ nos ānua beati ignatii martyris tui atq̧ pōtificis festiuitate letificas: da nobis eius interuenientibus meritis perpetua ꝓtectione muniri: et saluare ac gaudere ꝑfectu. P. Ep̄la. Justus cor suū In coī folio iii R. Posuisti dn̄e super caput eius coronam de lapide precioso V Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei et voluntate labiorum eius non fraudasti eū. Alla V Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde.

Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorū eius non fraudasti eum V. Qm̄ preuenisti eū in benedictionibus dulcedis. V Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Euāg. Nisi granum frumenti. In coī fo. iiii Offr. Gloria et honore coronasti eū et constituisti eū super opera manuū tuarū dn̄e.

Secreta

Munera tibi dn̄e dicata sanctifica: et intercedente beato ignatio martyre tuo atq̧ pontifice per eadem nos placatus intende. Per Coio. Quiuult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Postcoio

Sancti ignatii martyris tui atq̧ pontificis q̄s dn̄e natalicia nobis votiua resplendeāt: vt quod illi cōtulit excellētia sempiterna fructibus nostre deuotionis accrescat. P dn̄m. In purificatione beate marie benedictio luminum Adiutoriū nostrum in noīe domini. etcet. Sit nomen dn̄i bene. Oremus.

Deus cuius vnigenitus hodierna die cum substantia nostre carnis secundum legem cū hostiis debitis a parentibus in templo est presentatus: et a iusto symeone in vlnis susceptus: cōcede quesumus: vt sicut ille mortem non vidit quousq̧ videre meruit christum domini ita nobis tribue per intercessionem sancte ac beatissime virginis marie vt absq̧ cōtagione peccati in tēplo celesti tua mereamur ꝑfrui visione luminaria quoq̧ que populus tuus in hoc sacro tēplo tuo tibi deuote offert tua benedictione sanctifices: vt quicunq̧ ex eis acceperit tam anime q̄ corporis consequantur medelam atq̧ eorū habitacula/ tua protectione conserues: quatin⁹ tue gratie dono accensi/et per spiritum sāctum illumiati / purificatis mentibus in templo sancto glorie tue tibi valeant apparere. Per eundem. Alia collecta

Deus auctor luminis conditor claritatis qui submouisti oīa opera tenebrarū: vt ī nobis lucis plenitudo regnaret super hoc lumē accensū respice: et hāc gratiā benedictionis tue nobis omnib⁹ exoratus infunde: vt sicut hec flāma ad altaris tui honorē beate marie obsequium constituta vicit vniuersas tenebras et repellit: ita illumiatio tua in sensibus nostris super oēm nostrorū fomitē vicioꝝ. P. Benedictio ignis.

Domine scte pat oṗs eterne de⁹ ī nomie tuo ⁊ filii tui dei ac dn̄i nostri iesu xp̄i et spiritus sācti: et ī ho

nore genitricis eius marie benedi-
cimus et sanctificamus ignē hunc
benedictū ab ipso. Qui viuit et reg
nat deus. Hic accendunt cereos. an.
Lumen ad reuelationem gentium et glo
riam plebis tue israel. ps. Nunc dimit
tis. An. Lumen. ℣. Quia viderunt. An.
Lumen ℣. Quod parasti. An. Lumē. ℣.
Gloria patri et filio. An. Lumē. ℣. Si-
cut erat. An. Lumen. ℣. Post partum vir
go inuiolata permāsisti. Oratio.

Exaudi quesum⁹ dn̄e plebem
tuam: et que extrinsec⁹ tribu-
is annua deuotione venerari, iteri⁹
assequi gratie tue luce cōcede. Per.

In die purificationis beate ma-
rie. Officium.

Suscepimus deus mi-
sericordiā tuam ī me
dio templi tui secūdū
nomen tuum de⁹ ita
et laus tua ī fines ter-
re iusticia plena est dextera tua. ps.
Magnus dn̄s et laudabilis nimis in ciui
tate dei nostri in monte sancto eius. Su
scepimus. Gliā pa. Susce. Colla.

Omnipotēs sēpiterne de⁹ ma-
iestatē tuā supplices exoram⁹
vt sicut vnigenitus filius tuus ho-
dierna die cū nostre carnis substan
tia in tēplo es presētat⁹: ita nos fa-
cias purificatis tibi mētib⁹ p̄sētari
Per eundem dominum nostrum
iesum christum filium tuum, qui
tecum viuit et regnat ī vnitate spi-
ritus. Lectō malachie p̄phē. iii.

Hec dicit dominus deus Ecce
ego mitto angelum meū: et
preparabit viā ante faciē meā. Et
statim veniet ad templū sanctū su-
um dominator quem vos queritis
et angelus testamenti quē vos vul-
tis. Ecce venit dicit domin⁹ exerci-
tuum. Et quis poterit cogitare diē
aduentus eius? Et quis stabit ad vi
dendum eum? Ipse enī quasi ignis
conflans: et quasi herba fullonum
Et sedebit conflans et emundans
argentum: et purgabit filios leui.
Et colabit eos quasi aurum et ar-
gentum: et erunt domino offeren-
tes sacrificia ī iusticia. Et placebit
domino sacrificium iuda et hieru-
salem sicut dies seculi: et sicut anni
antiqui. Dicit dominus: omnipo-
tens. ℟. Suscepimus deus misericordi-
am tuam in medio templi tui secundum
nomen tuum domine ita et laus tua in fi
nes terre. ℣. Sicut audiuimus ita et vi-
vidimus in ciuitate dei nostri in mōte sā
cto eius. Alleluia. ℣. Adorabo ad tem-
plum sanctum tuum et confitebor nomi
ni tuo. Si alleluia includatur.

In septuagesima. Tractus.

Diffusa est gratia in labiis tuis p̄-
pterea benedixit te deus in eter-
num. ℣. Specie tua et pulchritudine tua
intēde prospere procede et regna. ℣. Pro
pter veritatem et mansuetudinem et iu-
sticiam et deducet te mirabiliter dextera
tua. ℣. Dilexisti iusticiā et odisti iniquita
tem ppterea vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo leti
cie. ℣. Audi filia et vide et iclina aurē tuā
et obliuiscere populum tuum et domum
patris tui. ℣. Et concupiscet rex decorem
tuum quia ipse est dominus deus tuus et
adorabunt eum. ℣. Adducentur regi vir-
gines post eam proxime eius offerentur ti
bi. ℣. Adducentur in leticia et exultatiōe
in templum regi domino.

Ante lxx. Sequentia.

HAc clara die turma festiua dat solēnia. Mariā concrepā da symphonia nectarea Mūdi dn̄a que est sola castissima virginū regina Saluti causa vite porta atq3 celi referta grā. Nā ad illam sic nuncia olim facta āgelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina intra sēper benedicta. Uirgo et grauida mater intacta p̄le gloriosa Cui cōtra maria hec reddit famia. In me quomodo tua iā fient nuncia. Uiri noui nullam certe copulam. Ex quo atq3 nata sum incorrupta Diua missus ita reddit affata Flatu sacro plena fies maria Noua efferēs gaudia celo t̄re nati p exordia Intra tui vteri claustra portas qui gubernat eterna. Uia qui dat tempora pacifica. Se. Lucā. ii.

IN illo tempore. Postq̄ impleti sunt dies purgationis marie secundū legē moysi: tulerunt iesum in hierusalē vt sisterēt eū dn̄o sicut scriptum est in lege dn̄i Quia omne masculinum adaperiēs vuluā: sanctū dn̄o vocabitur. Et vt darent hostiā secūdū qd̄ dictū est in lege dn̄i: par turturū aut duos pullos columbarū Et ecce homo erat ī hierusalem cui nomen simeon. Et homo iste iustus et timoratus: expectans consolationē israel et spirit9 sanct9 erat in eo. Et responsū acceperat a spiritu sācto non visurū se mortem: nisi prius videret xp̄m dn̄i Et venit ī spiritu in templū. Et cū inducerēt puerū iesū parētes ei9 vt facerēt secūdū cōsuetudinē legis p eo: et ipse accepit eū in vlnas suas et benedixit deum et dixit. Nūc dimittis seruum tuum dn̄e: secundū verbum tuum in pace Quia viderunt oculi mei salutare tuum Quod parasti āte faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tue israel. Credo. Offerto. Diffusa est gratia i labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secreta.

EXaudi domie preces nostras et vt digna sint mūera q̄ oculis tue maiestatis offerimus: subsidium nobis tue pietatis impende. Per dominū. Prefatio. Quia per incarnati. Cōmunio. Responsum accepit simeon a spiritu sancto non visurū se mortem nisi videret christum domini.

Postcōmunio.

QUesumus domine deus noster: vt sacrosancta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: intercedente beata semper virgine dei genitrice maria et presens nobis remedium esse faciat et futurum. Per eundem.

Blasii epi̅ et martyris. Introit9

LEtabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabūtur omēs recti corde. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor a timore inimici eripe animam meā. Gloria patri. Oratio.

DEus qui hunc diē nobis beati blasii martyris tui atq3 pōtificis martyrio consecrasti: concede propicius: vt omnes qui martyrii eius merita veneramur: ītercessionib9 ei9 ab eternis gehēne incēdiis

liberemur. P. Epla. Justus cor suū In coī. fo. ℞. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius nō fraudasti eū Alla. ℣. Letabitur iust⁹ in dño et sperabit i eo et laudabūtur omnes recti corde. Vacante alla. Tractus.

Laudes crucis attollam9 nos qui crucis exultamus speciali gloria. Dulce melos tāgat celos dulce lignum dulci dignum credimus melodia. Voci vita non discordet cum vox vitam non remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucem laudent qui per crucem sibi gaudent vite dari munera. Dicant omnes et dicāt singuli aue salus totius seculi arbor salutifera. O q̄ felix q̄ preclara fuit hec salutis ara rubens agni sāguine. Agn9 sine macula qui mundauit secula ab antiquo crimīe. Hec est scala peccatorum per quā christus rex celorū ad se traxit omia. Forma cuius hoc ostendit que terrarū comprehendit quattuor confinia. Non sunt noua sacramēta nec recenter est inuenta crucis hec religio. Ista dulces aquas fecit per hanc silex aquas iecit moysi officio. Nulla salus est ī domo nisi cruce munit homo super limina

ria. Neqꝫ sensit gladiũ nec amisit filium quisqꝫ egit talia. Ligna legẽs in sarepta spẽ salutis est adepta pau per muliercula. Sine lignis fidei nec lechytus olei valet nec farinula In scripturis sub figuris ista latent sed iam patent crucis beneficia. Reges credunt hostes cedunt sola cruce christo duce hostis fugat milia. Ista suos fortiores sẽper facit et victores morbos sanat et languores reprimit demonia. Dat captiuis libertatẽ vite confert nouitatẽ ad antiquã dignitatem crux reducit oĩa. O crux lignum triumphale mũdi vera salus vale inter ligna nullum tale fronde flore germine. Medicina christiana salua sanos egros sana quod non valet vis humane fit ĩ tuo noĩe. Assistentes crucis laudi cõsecrator crucis audi atqꝫ seruos tue crucis post hanc vitã vere lucis trãsfer ad palacia. Quos tormento vis seruire fac tormenta nõ sentire sed cum dies erit ire nobis confer et largire sempiterna gaudia. Amen.

Secundum Johannem. iii.

In illo tẽpore: Dixit iesus turbis. Nunc iudicium est mũdi: nunc princeps huius mundi eiicietforas. Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: omnia traham ad meipsũ. Hoc autem dicebat significãs qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: qr xp̃s manet in eternũ. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiũ hoĩs. Quis est iste filius hoĩs? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem: vt filii lucis sitis. Credo. Offer. Veniens vir splendidissimus ad constantinũ regem nobilem excitauit eum dicens aspice in celũ et vide signũ crucis domini: viso autem signo rex fecit similitudinẽ crucis quã viderat in celum et glorificauit deũ all'a. Secre

Sacrificiũ domine quod immolamus placatus intende: vt et ab omni nos exuat bellorꝫ periculo et per vexillum sãcte crucis filii tui ad conterendas potestates aduersariorum qꝫ insidias nos in tue protectionis securitate cõstituat. Per eũdem Prefatio Qui salutem. Coĩo. Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi all'a. Postcoĩo

Repleti alimonia celesti et spiritali poculo recreati q̃s omnipotens deus: vt nos ab hoste maligno defendas: quos per lignum sãcte crucis filii tui per arma iusticie pro salute mundi triumphare iussisti. Per eundẽ Eodem die alexandri euẽcii ⁊ theodoli martyꝝ. Coll'a.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum alexandri euencii et theodoli natalicia colimus: a cũctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. P dõ Secre

Super has quesumus hostias benedictio copiosa descẽdat que et sanctificationem nobis clemẽter operetur: ⁊ de tuorum martyrũ nos solennitate letificet. Per dominũ nostrum. Postcoĩo

Refecti participatione mune-
ris sacri q̄s domine deus no-
ster: vt quorum exequimur cultū / sen
tiamus effectum. P.

Johānis ante portā latinā. Introitꝰ

In medio ecclesie aperuit os
eius: et impleuit eū dn̄s spi-
ritu sapientie et intellectus
stola glorie induit eum. ps. Jocundi-
tatem et exultationē thesaurizauit super
eum Gloria pa. Collecta.

Deus qui cōspicis quia nos vn-
diqꝫ mala nostra perturbant:
presta quesumus. vt beati iohannis
apostoli tui et euangeliste interces-
sio gloriosa nos protegat. Per dn̄m

Lectio libri sapiētie. ecclastici. xv

Qui timet deum: faciet bona.
Et qui continens est iusticie
apprehendet illam: et obuiabit illi
quasi mater honorificata. Cibauit
illum pane vite et itellectus: et aqua
sapientie salutaris potabit illū. Et
firmabitur in illo: et non flectetur
et continebit illum: et non confūde
tur: et exaltabit illum apud proxi-
mos suos. In medio ecclesie aperu-
it os eius: et impleuit eum dominꝰ
spiritu sapientie / et intellectꝰ: et sto-
la glorie īduit eū. Jocūditatē et exulta
tionē: thesaurizauit sup eū. Et noīe
eterno hereditabit illū: dn̄s deꝰ noster
Alla. V. Justꝰ vt palma florebit sicut ce
drus libani multiplicabitur. Alla. V.
Hic est discipulus ille qui testimoniū per-
hibuit de his et scimus quia verū est testi-
monium eius. Alla.

Secundum Johannem. vltimo

In illo tempore: Dixit iesus pe
tro. Sequere me. Conuersus
petrus: vidit illum discipulū quem
diligebat iesus sequentem / qui et
recubuit in cena supra pectus eius /
et dixit Domine quis est qui tradet
te: Hūc ergo cum vidisset petrus: di-
xit iesu. Domine hic autem quid?
Dixit ei iesus. Si eum volo mane
re donec veniā. Quid ad te. Tu me
sequere. Exiit ergo sermo iste inter
fratres: q̄ discipulus ille non mori-
tur. Et non dixit ei iesus quia non
moritur: sed si eū volo manere do-
nec veniam: quid ad te? Hic est disci-
pulus ille qui testimonium perhi-
bet de his: et scripsit hec et scimꝰ quia
verum est testimoniū eius. Credo.
Offer. Posuisti domine in capite eius
coronam de lapide precioso vitam petiit
a te et tribuisti ei alla. Secreta.

Muneribus nostris q̄s dn̄e pre-
cibusqꝫ susceptis: et celestibus
nos munda mysteriis: et clementer
exaudi. Per dn̄m. Prefatio. Te dn̄e
suppliciter. Coīo. Letabitur iustus in
domino et sperabit in eo et laudabūtur
omnes recti corde allā allā. Postcoīo

Refecti domine pane celesti in
tercedente beato iohanne apo
stolo tuo et euangelista: ad vitā que
sumus nutriamur eternā. Per do-
minū.

Sereni cōfessoris. Officiū

Os iusti meditabitur sapiē-
tiam et lingua eius loquet̄
iudicium lex dei eius in cor
de ipsius. ps. Noli emulari in malignā
tibus neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē
Gloria patri. Oratio

Omnipotens sempiterne deus
cuius imperio elemēta famu
lantur intercedente beato serenico

confessore tuo exaudi orationē nostram: vt et quecunqꝫ precipis fideliter agamus/et ipsius suffragiis petitiōis nostre effectum salutarem consequamur. Per. Epla. Iustū deduxit. In coī fo. xi. Alla. V. Posui adiutoriū super potentem et exaltaui electū de plebe mea. Alla. V. Gloria et honore coronasti eum domie. Sequētia. Victime. vts in pascha vel. Supne matris. In coī fo. xii. Euang. Nemo lucernā accendit. In coī fo. xii. Offr. Veritas mea et mia mea cum ipso et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Se.

Munera nostra q̄s dn̄e propiciatus assume: vt et digne tuis famulemur altaribus/et sancti tui confessoris serenici custodiamur intercessionibus. Per. Coio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dn̄s sup familiā suam vt det illi in tempore tritici mensuram. Postcoio.

Sancti serenici cōfessoris tui q̄s dn̄e nos tuere presidiis et eius semper intercessionibus adiuua. P

In translatiōe scti nicolai. Introit⁹

Statuit ei domin⁹ testamentum pacis et principem fecit eū vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum alleluia alla. Ps Mias dn̄i in eternū cantabo. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui barrenses apulosqꝫ omēs per beatissimi confessoris tui nicolai gloriosam translationem clemēter illustrare dignatus es/ presta q̄s vt eius apud te interueniētibus meritis ab omnibus eruamur angustiis. Per dn̄m. Epistola. Ecce sacerdos magnus. In coī fo. xi. R. Domine preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso V. Vitā petiit et tribuisti ei longitudinem dierū in seculum seculi. Alla. V. Iustus germinabit sicut liliū ꝛ florebit i eternū āte dn̄m. vel. Alla. V. Aue presul clericalis clericorum conseruator ante thronū trinitatis sis pro nobis aduocator pie pastor nicolae preces nostras sustine vt possimus te piissime corā deo colere. Prosa.

Congaudentes exultemus vocali concordia. Ad beati nicolai festiua solēnia. Qui in cunis adhuc iacens seruando ieiunia. A papilla cepit summa promereri gaudia. Adolescens amplexatur litterarū studia. Alienus et imunis ab oī lasciuia. Felix cōfessor cuius fuit dignitatis vox de celis nūcia. Per quā prouectus presulatus sublimatur ad sūma fatigia. Erat in eius animo pietas eximia ꝛ oppressis impēdebat multa beneficia. Auro per eū virginum tollitur infamia atqꝫ patris earūdem leuatur inopia. Quidam naute nauigantes et cōtra fluctuum seuiciam luctantes naui pene dissoluta. Jam de vita desperantes in tanto positi periculo clamantes voce dicunt omnes vna. O beate nicolae nos ad portum maris trahe de mortis āgustia. Trahe nos ad portum maris tu qui tot auxiliaris pietatis gratia. Dum clamarēt nec incassum ecce quidam dicens adsū ad vestra presidia. Statim aura datur grata et tēpestas fit sedata quierunt maria. Ex ipsius tūba manat vnctionis copia. Que infirmos

omēs sanat per eius suffragia. Nos
qui sumus in hoc mūdo viciorum
in profundo iam passi naufragia.
Gloriose nicolae ad salutis portum
trahe vbi pax et gloria. Ipsam nobis
vnctionem impetres a domino pre
ce pia. Que sanauit lesionem mul-
torum peccaminum in maria. Hu-
ius festum celebrātes gaudeant per
secula. Et coronet eos christus post
vite curricula. Amen. Euāg. Sint
lumbi. In coī fol. xii. Offr. Posuisti
dñe in capite eius coronam de lapide pre
ciosovitam petiit a te et tribuisti ei allelu
ia.

Secreta

Concede familie tue qs omni
potens deus/beati nicolai cu-
ius translationem salutiferam di-
gne veneratur intercessione in omi
bus que iuste postulat adiuuari p.
Coio. Beatus seruus quem cum venerit
dominus inuenerit vigilantem amen di-
co vobis super omnia bona sua constituet
eum.

Postcoio

Refecti salutifero cibo potuqz
de⁹ noster: tuā clementiā sup
pliciter flagitamus: vt beato nico-
lao confessore tuo atqz pontifice in-
teruenente in cuius cōmemoratio
ne suscepimus/tuum sentiamus au
xilium. Per dñm.

Maturini confessoris. Officium

Os iusti meditabitur sapien
tiam: et lingua eius loquetur
iudicium: lex dei eius in cor
de ipsius. Ps. Noli emulari in malignā
tibus neqz zelaueris facientes iniquitatē
Gloria patri.

Oratio

Deus qui fidelem seruum tuū
beatum maturinum inter ele
ctos concives tuos gloria et honore
coronasti: presta quesumus: vt eius
meritis et precibus sanctitatem ip-
sius sacris semper satagamus ope-
ribus imitari: vt cum ipso possim⁹
gloriosa claritatis tue perennitate
perfrui/et eterna visione tua peren-
niter gloriari. Per. Epistola. Iustū
deduxit domin⁹. In coī fo. xi. R. Os
iusti meditabitur sapientiam et lingua
eius loquetur iudiciū. V. Lex dei ei⁹ in cor
de ipsius et non supplantabūtur gressus
eius. Alleluia. V. Posui adiutorium su
per potentem et exaltaui electum de ple-
be mea. Alla. V. Inueni dauid seruum
meum oleo sancto meo vnxi eū. Sequē-
tia. Victime vts in tempore pascha
li vel Sup. Euā. In coī fo. xii. Offr.
Veritas mea et mia mea cum ipso et ī no
mie meo exaltabit cornu eius.

Secreta.

Apud tuam clementiam omni-
potens deus nos comendet be-
atus confessor tuus maturinus: vt
ipso intercedente presentia sanctifi
ces oblata munera quatinus te mi
sericorditer agente efficiātur corpo-
ris et anime salus et eterna vita Per
Coio. Fidelis seruus et prudens quē cō-
stituit dominus super familiam suam vt
det illi in tēpore tritici mēsurā

Postcō.

Deus qui fideli famulo tuo be
ato maturino desiderium aīe
eius tribuisti/fac eius intercessione
felici nos per hec sacrosācta que sū-
psimus sacrificia a cūctis malis vi
sibilibus et inuisibilibus liberari: et
in tua sanctorum beatitudine cum
electis tuis perpetua cōtemplatiōis
tue ea recreatione sociari. Per

Gordiani et epimachi mar. Officiū.

Sancti tui domĩe benedicēt te gloriã regni tui dicent alleluia. ps. Exaltabo te domie deus meus rex: et benedicam nomini tuo in seculum et in seculũ seculi. Gloria patri et filio. Oratio

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beatorum martyrũ tuorum gordiani et epimachi solennia colimus: eorum apud te itercessionibus adiuuemur. Per dominũ. Epistola. Stabunt iusti. In cõmuni folio vii. Alleluia. V. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Euangeliũ. Ego sum vitis. In cõmuni folio. ii. Offer. Mirabilis deus in sãctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebis sue benedictus deus alla. Secreta.

Hostias tibi domine beatorũ martyrum tuorum gordiani et epymachi dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per dñm. Coio. Gaudete iusti in dño alla rectos decet collaudatio allã. Postcoio

Quesumus omnipotens deus vt qui celestia alimenta pcepimus: intercedentibus sanctis tuis gordiano et epymacho per hec cõtra omnia aduersa muniamur. P.

Nerei et achilei et pãcratii. Introitus

Ecce oculi domini super timentes eum sperãtes in misericordia eius alleluia: vt eripiat a morte animas eorum quoniam adiutor et protector noster est alleluia alleluia. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Orõ

Semper nos domine martyrũ tuorum nerei achilei et pãcratii foueat quesumus beata solennitas: et tuo dignos reddas obsequio. P do. Epistola. Expectatio iustorum leticia. In cõmuni folio vi. Alleluia. V. Te martyrum candida tus laudat exercitus domine. Euangeliũ. Cum audieritis. In coi fo. viii. Offer. Confitebuntur celi mirabilia tuã domine et veritatẽ tuã in ecclesia sanctorũ allã allã. Secre.

Sanctorum tuorum domĩe nerei achilei et pancratii tibi grata confessio: et munera nostra commendet: et tuam nobis indulgentiam semper imploret. Per dominũ. Coio. Gaudete iusti in domio allã rectos decet collaudatio allã. Postcoio

Quesumus domine vt beatorum martyrum nerei achilei et pancratii deprecationibus sacramenta que sumpsimus: ad tue nobis proficiant placationis augmentum. P dñm.

Iuonis confessoris. Introitus

Oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum vnde emittit angelum suũ in circuitu inuocantium eum/ et liberauit eos. ps. Benedicam dñm i omi tempore sẽper laus eius in ore meo. Gloria pa. Collecta.

Deus qui beatum iuonem confessorem tuum piis operibus/ signis et virtutibus/ in ecclesia tua clarere fecisti: presta quesumus: vt eius meritis et precibus/ tua beneficia capiamus. Per dominum nostrum. Epistola. Iustum deduxit. In cõmuni folio xi. R. Exquisiui dominum et exaudiuit me et ex omibus tri-

bulationibus meis liberauit me. ℣. Accedite ad eū ⁊ illūinamini et preces vestre exaudientur. Alleluia. ℣. Gaude patria britānie q̄ te altissim⁹ mirifice decorauit hodie propter beati iuonis merita cui⁹ miraculis incole letantur summe fideles ecclesie catholice. Alleluia. ℣. Orationes tue et elemosyne tue ascendunt in memoria in conspectu dei. Prosa.

Celum sacrum ecclesie emisit nouum radium iuonē eius filium fontem lucis britannie. Hic speculum scientie sacrum dilexit studium quo venit ad fastigium diuitie sapientie. Viam latam lasciuie mūdanam iter deuiū despexit et ad brauium peruenit castimonie. Apicem penitentie precipue ieiunium seruauit et sic prelium vicit carnis discordie. Compatiens miserie pauperū mendicantium nil volens transitorium succurrit indigentie. Hic amator concordie iunxit corda discordiū agēs rectum iudicium reformator iusticie. Vis diuine potentie miraculorum omnium dedit illi preconium pregrādis efficacie. Sibi aues et bestie mors morbi fluctus mariū obediunt insignium possidens innocentie. Signo crucis eximie hic bis diuisit fluuium et extinguit incendiū efficacis seuicie. Celestis pastu gratie nullum sumēs eduliū septem dierum spacium transit gustator glorie. Morbum curat demētie. Et expellit demoniū et cetui viuentium iunxit defūctos varie. Fons fuit patientie et exemplar humiliū contēnens vituperium tetragonus constantie pauperum amicicie intētus patrocinium dat eis et consiliū gratis spretor pecunie. Sincere conscientie sitit salutem plebiū ⁊ per sacrum eloquium dat viam indulgētie. Hic sacre eucharistie salutis sacrificium cibum sanctarum mentiū offerebat quotidie. Virginalis mūdicie cordis et carnis lilium deferebat ciliciū asperitatis nimie. Spreta vestis molicie tunicam epithogium induit et capucium de pāno rudi patrie. Gētibus regis francie presulis equum iurium zelator spiritalium hic abstulit egregie. Hic in anno leticie celi possedit solium tali christi imperium rose tenent clemētie. Cuius celestis curie sācte iuo solacium diuinum stillicidiū nobis pcura gratie. Amen.

Secundum Matheum. xix

In illo tempore: Dixit simō petrus ad iesum. Ecce nos reliqmus omnia et secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis: q vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum/vel fratres/aut sorores/aut patrem/aut matrem/aut vxorē aut filios/aut agros/propter nomē meum: centuplum accipiet: et vitā eternam possidebit. Offer. Iste beat⁹ confessor cuius commemorationem hodie celebramus ad dominum clamauit et ipse exaudiuit et ex omnibus tribulationibus liberauit eum. Secreta

Offerimus hoc sacrificium do-

mine et deprecamur clemētiam tuam: ut interuentu beati iuonis confessoris tui cuius officium celebramus: a cunctis liberemur āgustiis et eius subueniamur auxiliis. Per

Cōmunio Uenite filii audite me et docebo vos quanta fecit dominus anime mee quia non est inopia timentibus eum. Postcōio

Hec sacramenta que sumpsimus domine ad tui gloriam et honorem beatissimi confessoris tui iuonis nos adiuuent/et letificēt et a cunctis malis imminentibus/ eius intercessione liberemur Per dominum nostrum.

Donatiani et rogatiani mar. Intro

Salus autem iustorum a domino et protector eorum est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantib9 neq3 zelaueris facientes iniquitatē. Gloria patri. Oratio

Da nobis quesumus domine deus noster sanctorū martyrum tuorum donatiani et rogatiani palmas incessabili veneratione honorare: ut quos digna non possumus mēte celebrare: humilimis saltē frequētemus obsequiis. Per dominū.

Epistola. Iustorum anime. In cōi folio vi. R. Uidica domie sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. V. Posuerunt mortalia seruorū tuorum escas volatilibus celi carnes sāctorum tuorum bestiis terre. Alleluia. V. Uenite benedicti patris mei percipite regnum cum gaudio magno. Euangelium. Descendens iesus de monte. In cōmuni folio viii.

Offertorium Mirabilis deus in sāctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebis sue benedictus deus alla. Secreta.

Intende domine munera quesumus altaribus tuis pro sanctorum tuorum donatiani et rogatiani commemoratione proposita vt sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti: ita nobis indulgentiam largiaris et pacē. Per dominum Cōmunio Posuerūt mortalia seruorū tuorū dñe escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortipunitorum. Postcōio

Presta nobis domie quesum9 intercedentibus sanctis tuis donatiano et rogatiano: vt que ore percepimus pura mente capiamus P dñm.

Urbani pape et mar. Officium.

Sacerdotes tui domine induant iusticiam et sācti tui exultēt ppter dauid seruū tuū non auertas faciem christi tui. Ps. Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius. Gloria. Orō.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beati urbani martyris tui atq3 pontificis solennia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominū nostrum

Epistola. Beatus homo qui inuenit sapientiam. In cōmuni folio iii

R. Inueni dauid seruum meum oleo sācto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortauit eum. V. Nichil proficiet inimicus in

eo et filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. ℣. Posui adiutorium super potentem et exaltaui electũ de plebe mea Euangeliũ. Qui vos audit. In cōi folio v. Offertoriũ. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Hec hostia domie quesumus emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mētesq; sāctificet. Per dominū. Coio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam vt det illi in tempore tritici mensuram. Postcoio.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domie deus noster: vt cuius exequimur cultū sentiamus effectum. Per dñm.

Nichomedis martyris Officiū.

Letabitur iust⁹ in dño et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orationē meam cū deprecor a timore inimici eripe animam meam. Gloria patri. Oratio

Deus qui nos beati nichomedis martyris tui meritis et intercessione letificas/concede propicius vt qui eius beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. Per dominum. Epistola. Justus cor suum. In cōmuni folio iii R. Dñe preuenisti eum ī benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierū ī seculum seculi. Alleluia. ℣. Justus non conturbabitur quia dominus firmat manum eius. Euāgelium. Si quis vult. In cōmuni folio. iiii. Offertorium. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuū tuarū dñe. Secre

Munera domine oblata sanctifica: et intercedente beato nichomede martyre tuo / nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominum nostrum Coio Posuisti domie in capite eius coronam de lapide precioso. Postcō

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis intercedente beato nichomede martyre tuo/tibi etiā placitis morib⁹ dignāter tribuas deseruire. Per dominum

Marcellini et petri. Officium.

Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omibus tribulationibus eorum liberauit eos. Ps. Benedicam dñm in omni tēpore semper laus eius in ore meo. Gloria. Collecta

Deus qui nos annua beatorū martyrum tuorum marcellini et petri solennitate letificas: presta quesumus vt quorum gaudem⁹ meritis/prouocemur exemplis. P. Epistola. Respondens vnus In cōi folio vii. R. Clamauerūt iusti et dominus exaudiuit eos et ex oībus tribulationib⁹ eorū liberauit eos. ℣. Juxta est dominus his qui tribulato sunt corde et humiles spiritu saluabit. Alleluia. ℣. Multe tribulationes iustorum et de omnibus his liberauit eos dominus. Euangeliū Cum audieritis prelia In cōmuni folio. viii. Offertorium. Letamini in

domio et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostia hec quesumus domine quam in sanctorum natalicijs recensentes offerimus et vincula nostre prauitatis absoluat & tue nobis misericordie dona conciliet. P.

Coio. Iustorum anime in manu dei sũt et non tanget illos tormentum malicie vi si sunt oculis insipientium mori illi autẽ sunt in pace. Postcõmunio

Sacro munere saciati supplices te domine deprecamur: vt quod debite seruitutis celebram⁹ officio: saluationis tue sentiamus augmẽtum. Per dominum.

Claudii cõfessoris et epi. Officiũ

Statuit ei domin⁹ testamẽtum pacis et principem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. ps. Misericordias domini in eternum cãtabo. Gloria patri et filio. Oratio.

Omñps sempiterne deus qui es sanctorũ tuorũ splendor mirabilis quiq3 beatũ claudiũ confessorẽ tuũ atq3 pontificẽ eterne beatitudĩs gloria sublimasti cõcede propicius: vt cuius cõmemorationem celebramus intercessionis eius auxilio / et lucis tue splendore illustrari: et de omni pressura mali incolumes respirare celerius impetremus. P do.

Epla. Ecce sacerdos magn⁹ q̃ in di. In coi fo. xi. R. Dñe preuenisti eũ in benedictiõibus dulcedinis posuisti i capite eius coronã [de l]apide precioso. V. Vitam petiit e[t tri]buisti ei lõgitudinẽ dierũ i seculũ seculi. Alla. V. Iustus germinabit sicut liliũ et florebit in eternum ãte dñm.

Sequentia Christo inclita: In coi folio viii. Euangeliũ. Homo quidã peregre. In cõmuni folio. iiii. Offer. Inueni dauid seruum meum et i oleo sãcto vnxi eum manus ei mea auxiliabitur ei et brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secreta

Sacris altaribus tuis munera oblata misericors deus tibi sint accepta: et intercedente beato claudio confessore tuo atq3 põtifice tua nos gratia dignos efficiant: vt et a presentis seculi calamitatib⁹ liberari: et donis celestibus aptari mereamur. Per dominũ. Cõmunio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum

Postcõmunio

Sumptis sacramentis quesumus domine vicia nostra curentur et interueniente beato claudio confessore tuo atq3 pontifice optata tue miserationis subsidia consecuti: debitas gratiarum actiones sincera mente tibi semper exhibere valeamus. Per.

Medardi et gildardi. Officium

Sacerdotes dei benedicite dominũ scti et hũiles corde laudate deũ. ps. Bñdicite oĩa opera dñi dño: laudate et superexalte eũ in secula. Gloria patri. Oratio

Deus qui sãctã nobis hui⁹ diei solẽnitatẽ i honore beatorum confessorum tuorum atq3 pontificum medardi atq3 gildardi consecrasti adesto familie tue precibus et da vt quorum festa celebramus / eorum meritis et auxiliis subleuemur. Per dominũ nostrũ. Epistola

Plures facti sunt. In cōmuni fo. xi ℟. Iustorū anime in manu sūt dei et nō tanget illos tormentum malicie. ℣. Visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Alleluia ℣. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent in eternum. Euangelium. Sint lumbi vestri precincti. In cōmuni folio xii. Offr. Gloriabuntur in te oēs qui diligunt nomen tuum quoniā tu benedices iusto domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta

Respice domine quesumus populum tuum ad tua sacramēta recurrentem: et presentem festiuitatem sanctorum confessorum tuorum atq̄ pontificum medardi et gildardi celebrantem: et quod in honore tui nominis detulerunt cūctis proficiat ad veniam. Per dnm.

Coīo. Ego elegi vos de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Postcoīo.

Gratias agimus domine deus noster: qui nos celesti medela reparare dignatus es: da quesumus peccatis nostris veniam, sicut beatis confessoribus tuis medardo atq̄ gildardo dedisti sedem pontificatus. Per dominum.

Primi et feliciani mar. Officium.

Sapientiam sanctorum narrant populi: et laudem eorum nunciat ecclesia nomina autem eorum viuent in seculū seculi. Ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Oratio

Fac nos quesumus domine sanctorum martyrum tuorū primi et feliciani semper festa sectari: quorum suffragiis protectionis tue dona sentiamus. Per dominum

Epistola. Iusti autem in perpetuū. In cōmuni folio. vi. ℟. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate domino canticum laus eius in ecclesia sanctorum. Alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicent te gloriā regni tui dicent. Euangelium. Hoc est preceptum meum. In cōmuni folio. ii. Offertorium. Mirabilis deus in sāctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus.

Secreta.

Fiat domine quesumus hostia hec sacranda tibi placabilis p̄ciosi celebritate mysterii: que et peccata nostra purificet, et tuorum tibi vota conciliet famulorum. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum. Cōmunio. Ego elegi vos de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.

Postcōmunio.

Quesumus omnipotens deus vt sanctorum tuorum celestibus mysteriis celebrata solennitas indulgentiam nobis tue propiciationis semper acquirat. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū

Barnabe apostoli. Officium

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Oratio

Exaudi domine populum tuū cum sancti apostoli tui barnabe patrocinio supplicantem: vt tuo semper auxilio secura tibi possit devotione seruire. Per dominum nostrū iesū christū filiū tuū. Epla. Jā non estis. In communi folio. i. R. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. V. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentū. Alleluia. V. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Euangeliū. Hoc est preceptum meum. In communi folio. ii. Credo. Offertoriū. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Munus populi tui domine q̄s apostolica intercessione sanctifica: nosq₃ a pctōꝝ nrōꝝ maculis emūda. Per dn̄m. Prefatio. Te domine suppliciter. Coīo. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. Postcoīo

Supplicationes plebis tue quesumus domine beati barnabe apostoli tui fiant grate suffragiis: vt pro cuius triūphis tuo noī deferuntur: ipsius digne perficiantur ꝛ meritis. Per dn̄m.

Sctōꝝ basilidis cyrini naboris nazarii et celsi martyrum. Officium

Intret in conspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplum ī sinu eorū: vindica sanguinē sanctorū tuoꝝ qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatē tuā polluerunt templum sanctū tuū posuerunt hierusalē in pomorū custodiā. Gl̄a. Orō.

Sanctorū tuorum basilidis cyrini naboris et nazarii atq₃ celsi: q̄s dn̄e natalicia nobis votiua resplēdeant: et quod illis contulit excellentia sempiterna: fructibus nostre devotionis accrescat. Per. Epistola. Lingua sapientiū. In cōmuni fo. vi R. Vindica domine sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. V. Posuerunt mortalia seruorum tuorū escas volatilibus celi carnes sanctorū tuorū bestiis terre. Alleluia. V. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Euangeliū Nolite arbitrari. In cōmuni fo. viii Offꝫ. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum. Secreta

Pro sanctorum tuorum basilidis cyrini naboris et nazarii atq₃ celsi: quesumus domine sāguine venerando hostias tibi domīe solenniter immolamus: tua mirabilia pertractātes: per quem talis est perfecta victoria. Per dn̄m. Coīo. Posuerūt mortalia seruorū tuoꝝ domīe escas volatilibus celi carnes sāctorum tuorum bestiis terre secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortipunitorum. Postcoīo.

Sanctorum tuorum domīe basilidis cirini naboris et nazarii solennia celebrantes presta quesumus: vt eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per dominum nostrū iesum christum filium tuum.

Viti et modesti martyꝝ. Officiū

Iustus non conturbabitur quia dn̄s firmat manū eius tota die miseretꝛ ꝛ cōmodat

et semen eius in benedictione erit in eternum conseruabitur. ps. Noli emulari in malignantibus: neqȝ zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri et filio et spiritui sanco. Oratio

DA ecclesie tue domie quesumꝰ intercedentibus sanctis martyribus tuis vito et modesto et crescentia superbe non sapere sed tibi placita humilitate proficere: vt proterua despiciēs quecūqȝ matura sūt libera exerceat charitate. Per dñm

Epistola. Justus cor suū. In coī fo. iii. R. Justus vt palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. V. Ad annunciandum mane misericordiam tuam et veritatem tuā per noctem. Alleluia. V. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. Euāgeliū. Si quis vult post me venire. In cōmuni folio. iiii. Offr. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuū tuarum domine. Secreta

SIcut gloriam diuine potentie tue munera pro sanctis tuis vito modesto et crescentia oblata testantur: sic nobis effectum diuine tue saluationis impendant. Per dominum. Coio. Beatus seruus quē cū venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omīa bona sua cōstituet eum. Postcoio

REpleti domine benedictione solenni quesumus: vt intercessione sanctorum viti modesti et crescenciani medicina huius sacramēti: et corporibus nostris prosit et mētibus. Per dñm.

Cirici et iulite matris eiꝰ. Officiū

TImete dominum omnes sācti eius quoniam nichil deest timentibus eum diuites eguerunt et esurierunt inquirentes autem dominum non deficient oī bono. ps. Benedicam dominum in omi tempore: sēper laus eius in ore meo. Glori patri. Oratio

BEatorū martyrū tuoꝝ cirici ⁊ iulite matris eius vna cum sociis eorum interuentione placatus tribue nobis domine quesumus: vt quod frequenti veneramur officio / pio iugiter experiamur auxilio. P.

Epistola. Expectatio iustorum. In cōmuni folio vi. R. Timete dominū omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. V. Inquirentes autem dominum non deficicient omi bono. Alleluia. V. Te martyrum candidatus laudat exercitus. Euangelium. Cum audieritis. In coī folio. viii. Offerto. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

DA nobis domine tue pietatis effectum et intercedentibus sānctis tuis cirico et iulita matre eius cum sociis eorum etiam nostra munera propicius intuere. Per dñm

Cōmunio. Signa eos qui in me credūt hec sequētur demonia eiiciēt super egros manus imponent et bene habebunt

Postcommunio

SAnctis tuis cirico et iulita matre eius cum sociis eorum quesumus domine deus noster interuenientibus: sancta mysteria frequentemꝰ actu / et subsequamur effectu. Per dominum.

Marci et marcelliani mar. Offi[illegible]ū

S Alus autem iustorum a domino et protector eorum est in tempore tribulationis. ps Noli emulari in malignantibus neqz zelaueris facie̅tes iniq̅tate̅. Gl'a. Collc̅a

P Resta quesumus omnipote̅s deus: vt qui sa̅ctorum martyrum tuorum marci et marcelliani natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus/eorum intercessionibus liberemur. per dominum.

Epistola. Reddet deus mercedem. In coi̅ fo. vi. R. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormetu̅ malicie. V. Uisi sunt oculi insipientium mori illi autem su̅t in pace. Alleluia V. Uenite benedicti patris mei percipite regnum cu̅ gaudio magno. Euang. Hoc est preceptum meum. In coi folio. ii Offr. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta

M Unera domine tibi dicata sa̅ctifica et intercedentibus sanctis martyribus tuis/ marco et marcelliano per eadem nos placare intende. Per dominu̅. Coio. Amen dico vobis q̄ vos qui reliquistis omnia et secuti estis me centuplum accipietis et vita̅ eterna̅ possidebitis. Postcoio

S Alutaris tui domi̅e munere saciati supplices exoram⁹ vt quorum letamur gustu renouemur effectu. Per dominu̅.

Geruasii et prothasii Introitus.

L Oquetur dominus pacem in plebem suam et super sa̅ctos suos et in eos qui conuertuntur ad ipsum. ps. Benedixisti d̄ne terram tuam auertisti captiuitatem iacob. Gloria patri. Collecta.

D Eus qui nos annua sanctoru̅ martyrum tuorum geruasii et prothasii sole̅nitate letificas: concede propici⁹: vt quorum gaudemus meritis/acceda̅mur exemplis. Per dominum:

Ad Romanos. viii.

F Ratres: Scimus quoniam diligentibus deum/omnia cooperantur in bonum: his qui secu̅du̅ propositum vocati sunt sancti. Na̅ quos presciuit et predestinauit conformes fieri imaginis filii sui vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aute̅ predestinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autem iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis: quis co̅tra nos? Qui etia̅ p̄prio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. R. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua d̄ne glorificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia. V. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent in eternum. Euangel. Egrediente iesu. In co̅muni folio. ix. Offertoriu̅. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

O Blatis quesumus domi̅e placare muneribus: et intercedentibus sanctis martyribus tuis geruasio et prothasio/a cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum iesu̅. Co̅munio. Posuerunt mortalia seruoru̅ tuoru̅ d̄ne escas volatilib⁹ celi

carnes sanctorum tuorũ bestiis terre secũdum magnitudinem brachii tui posside filios mortipunitorum. Postcoio

Hec nos cõmunio domie purget a crimine: et intercedentib⁹ sãctis martyrib⁹ tuis gervasio et pthasio celestis remedii faciat esse cõsortes. Per.

Invigilia sancti iohannis baptiste ad missam. Introitus

Ne timeas zacharia exaudita est oratio tua et elizabeth vxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen eius iohannem: et erit magnus coram domino: et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue/et multi in natiuitate eius gaudebunt. Ps. Domine in virtute tua letabitur rex et super salutare tuũ exultabit vehementer. Gl'a. Orõ

Presta quesumus omnipotẽs deus vt familia tua per viam salutis incedat: et beati iohannis precursoris christi hortamẽta sectando: ad eum quem predixit secura perueniat dominum nostrum iesum christum filium tuũ Qui tecũ

Lectio hieremie prophete. i.

In diebus illis: Factum est verbum domini ad me dicẽs. Priusq̃ te formarem in vtero noui te: et anteq̃ exires de vulua sanctificaui te: et prophetam in gentibus dedi te Et dixi. A/a/a/domine deus: ecce nescio loqui: quia puer ego sum Et dixit domin⁹ ad me. Noli dicere quia puer ego sum: quoniam ad omnia que mittam te ibis: et vniuersa que cunq̃ mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum quia tecũ ego sum: vt eruam te dicit dominus Et misit dominus manum suam: et tetigit os meum. Et dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cõstitui te hodie sup gẽtes et sup regna vt euellas/et destruas/et disperdas/et dissipes/et edifices/et plantes Dicit dominus: omnipotens. R. Fuit homo missus a deo cui nomen iohannes erat hic venit. V. Vt testimonium perhiberet de lumine et parare domino plebẽ perfectam. Initium sancti euangelii Secundum Lucam. i.

Fuit in diebus herodis regis iudee sacerdos quidam nomine zacharias: de vice abia: et vxor illi de filiabus aaron: et nomen eius elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum: incedentes in omibus mãdatis/et iustificationibus domini sine querela. Et non erat illis filius: eo q̃ esset elizabeth sterilis: et ambo processissent in diebus suis. Factũ est autem cum sacerdotio fungeret zacharias in ordine vicis sue ãte deum: secundum consuetudinem sacerdotii: sorte exiit vt incensum poneret/ingressus in templum domini. Et omis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini: stans a dextris altaris incensi. Et zacharias turbatus est videns: et timor irruit super eum. Ait autem ad illũ angelus. Ne timeas zacharia/quoniam exaudita est deprecatio tua: et vxor tua elizabeth pariet tibi filium: et vocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi et exultatio: et multi in natiuitate ei⁹ gau

debūt. Erit enī magnus corā dño: et vinū et sicerā non bibet. Et spūsā cto replebit adhuc ex vtero mřis sue et multos filioꝝ israel cōuertet ad dñm deū ipsorū. Et ipse p̄cedet ante illum in spiritu et virtute helye: vt conuertat corda patrū in filios: et incredulos ad prudentiā iustorū. Parare dño: plebē perfectā. Offer. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarū domine. Secreta.

Munera domine oblata sāctifica et intercedente beato iohāne baptista: nos q̄s per hec a peccatorum nostrorum maculis emūda. Per. Coio Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnū decorē impones super eum domine. Postcoio.

Beati iohānis baptiste nos domine preclara comitetur oratio: et quem venturū esse predixit: poscat nobis fauere placatum: do. no. iesū xp̄m. In die. Ad missā. Introit⁹

De ventre matris mee vocauit me dñs noīe meo et posuit os meū vt gladiū acutū sub tegumēto manus sue protexit me posuit me quasi sagittā electā. P̄s. Bonū est cōfiteri dño: et psallere noī tuo altissime. Gloria pa. Collecta.

Deus qui presentē diē honorabilē nobis in beati iohānis baptiste natiuitate fecisti: da pp̄lis tuis spūaliū gratiā gaudiorū: et oīm fidelium mentes dirige in viam salutis eterne. P. Lcō isaie pphete. xlix

Hec dicit dñs deus: Audite insule: et attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me: de ventre matris mee recordatus est nois mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum: in vmbra manus sue protexit me. Et posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me/ et dixit michi. Seru⁹ meus es tu israel: quia in te gloriabor. Et nūc hec dicit dñs: formans me ex vtero seruū sibi. Dedi te in lucem gentiū vt sis salus mea vsq; ad extremum terre. Reges videbūt ꝛ cōsurgent principes: et adorabunt dominū deū tuum et sanctū israel qui elegit te. R. Priusq̄ te formarē in vtero noui te et anteq̄ exires de ventre sāctificaui te. V. Misit dñs manū suā et tetigit os meū et dixit michi. Alla. V. Inter natos mulierū non surrexit maior iohanne baptista alla. Prosa.

Gaude caterua presentis diei celebrās annuatim festum per quod totius mundi gaudent clima ta. Honore preclaro et digno mēs exultet pia digna concētus modulās et organa. Angelorum letantur archangelorum et agmina. Sanctorum chorus omnis mira triūphat leticia. Cum quibus ololampas iohannes micat. Superans solis iubar luce chorusca. O quanta dei pietas nam zachariam senio labentē celestis affatur nūci⁹ proferēs talia Oratio deo tua est exaudita grauida manebit elizabeth vxor filiū tibi paritura. Quā felix q̄ digna q̄ sancta promissio voce prolata angelica Quā clar⁹ in mūdo p̄cessit flos hodie diuina ferēs aromata fulgore perenni ecce rutilat dies ista seculo do-

nans gaudia. Lucerna iohannes celi perlustrat rem publicā splendid⁹ christi gratia. Precellit patriarchas necnon et prophetas. Angelis consimilis conscius dignitate sūma. O plusq̄ propheta gemma sāctorum clara paradisi diadema mundi stella et lampas splendidissima. Victrici palma sublimatus exultans iter choros āgelorū cernēs altā deitatis visyam. Tu seculi dn̄m iordanis in fluenta. Meruisti tingere o iohānes baptista Tā benigna tam gloriosa meritorū obtines insignia Quis sāctorum hac ꝓmeruit sublimari honoris potentia. Fideles iam psallite laudibus dātes clara gaudia Deuotis obsequiis colite modo hec solennia. Precursoris inclita rex regū deus semper tibi summa potestas. Sit virtus laus et gloria. Qui gubernas omnia. Jam nostra clemēs vota fac tibi dignissima. Johannis per merita. Amore flagrāti nostras mentes irradia. Cōcedēs beata nobis indignis gaudia. Vt tibi melos supernum laude perpetua. Cantemus tecum regnantes cūcta per secula. Amen vox sonet nostra.

Secundum Lucam. .i.

In illo tempore: Elizabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius: quia magnificauit dominus misericordiam suam cū illa: et cōgratulabātur ei. Et factū est in die octauo: venerunt circumcidere puerum: et vocabant eum nōie patris sui zachariam. Et respōdēs mater eius dixit. Nequaq̄: sed vocabitur iohannes. Et dixerunt ad illā Quia nemo est in cognatione tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebāt autem patri eius quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarē: scripsit dicens. Johannes est nomen ei⁹ Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem ilico os eius/ et lingua ei⁹ et loquebatur benedicens deum Et factus est timor super omnes vicinos eorum et super omīa montana iudee: diuulgabantur omnia verba hec. Et posuerūt omēs qui audierant in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit Etenim manus domini: erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto: et prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israel: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue. Non dicitur. Credo. nisi dn̄ica euenerit. Offr. Justus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur.

Secreta

Tua nos domine muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatē honore debito celebrantes: qui saluatorē mūdi et cecinit affuturum/ et adesse monstrauit dominum nostrum iesū christū filiū tuū Qui tecum. Coīo Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis preibis enim ante faciē domini parare vias eius.

Postcoīo

Sumat ecclesia tua deus beati iohannis baptiste generatione leticiam: per quem sue regenerationis cognouit auctorem dominum nostrum. Per octabas natiuitatis beati iohannis baptiste dicitur qualibet die ad missā. Oratio

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui beati iohānis baptiste solēnia colim⁹: eius apud te itercessionibus adiuuemur. Per

Deus cuius misericordia Sec
pcurrente saluamur: respice ppicius ad tanti solēnia precursoris vt sacrificium quod natalicio eius munere gratulātes offerimus: et indulgeutiā nobis obtineat/et fauorem. Per. Postcoio

Presta q̄sumus oīpotens deus: vt qui celestia alimenta pcepim⁹ itercedēte beato iohāne baptista: p hec cōtra oia aduersa muniamur. P. Cetera vt supra in die

Eligii confessoris. Officium.

Statuit ei domin⁹ testamētum pacis et principē fecit eū vt sit illi sacerdocii dignitas in eternum. V. Ora pro nobis beate eligi: vt digni efficiamur promissionib⁹ christi. Gloria. Oratio.

Misericordiā tuam domine q̄sumus iteruenīēte beato eligio cōfessore tuo atq₃ pontifice clementer impēde: et nobis peccatoribus ipsius ppiciare suffragiis. P.

Epla. Ecce sacerdos magnus qui i

In cōmuni. Fol. xi. R. Domine preuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso V. Vitam peciit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluia. V. Justus germinabit sicut lilium ꝛ florebit in eternū ante dominū

Euangeliū. Sint lumbi vestri In coi fo. xii. Offer. Posuisti dn̄e in capite eius coronam de lapide precioso vitā peciit a te et tribuisti ei alleluia: Secreta

Sancti confessoris tui atq₃ pontificis eligii nos q̄s dn̄e tueri presidiis: vt eius semper intercessionibus adiuuemur. Per. Coio Beatus seruus quem cum venerit dominus iuenerit vigilantem amen dico vobis super oia bona sua cōstituet eū. Postcoio

Plebs tua domine beati cōfessoris tui atq₃ pontificis eligii te glorificāte magnificet/et eodem semper precāte mereamur habere rectorem. Per dn̄m.

Johannis et pauli. Introitus.

Multe tribulationes iustorū et de his omnibus liberauit eos dominus dn̄s custodit omnia ossa eorū vnū ex his non conteretur. Ps. Benedicam dominum omni tēpore semper laus eius i ore meo Gloria patri. Oratio

Quesumus oīpotens deus vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorū iohannis ꝛ pauli glorificatiōe procedit: quos eadē fides et passio vere fecit esse germanos. Per dn̄m

Epla. Quis nos sepabit a charitate. In coi folio. vi. R. Ecce q̄ bonū et q̄ iocundū habitare fratres in vnū V. Sicut vnguentū in capite quod descēdit in barbam barbam aaron Alleluia. V. Gaudete iusti i dn̄o rectos decet collaudatio. Euāge. Attēdite a fermēto. In coi fo. ix. Offer. Gloriabūtur in te oēs qui diligunt nomē tuū quoniā tu benedices iusto dn̄e vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos: Secreta.

Hostias tibi domine sanctorū martyrum tuorum iohānis ꝛ

pauli dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuũ nobis tribue puenire subsidiũ. Per dñm: Coio. Et si coram hominibus tormenta passi sunt deus temptauit illos tanq̃ aurum in fornace probauit illos et quasi olocausta accepit illos Postcoio.

Sumpsimus dñe sctõꝝ martyrũ tuorũ iohãnis et pauli solénia celebrantes sacraméta celestia: pſta quesumus: vt quod temporaliter gerimus eternis gaudiis cõsequamur. P

In crastino iohãnis et pauli. Etiã si dñica euenerit. Ad missã. Offici.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus i domo dñi in atriis domus dei nostri. Ps. Bonum est confiteri dño: et psallere noi tuo altissime. Gloria. Oratio:

Concede quesumus oĩpotẽs deus: vt qui beati iohannis baptiste solennia colimus: eius apud te intercessione muniamur. Per dñm.

Lectio. Isaie prophete. xlii

Hec dicit dñs deus. Primus ad syon dicet: ecce assum: et hierusalem euãgelistã dabo. Ecce seruus meus suscipiam eum: electus meus conplacuit tibi in illo anima mea. Dedi spiritũ meum super eũ iudicium gentibus proferet. Non clamabit neq̃ accipiet personã: nec audietur foris vox eius. Calamum quassatũ nõ cõteret: et lignũ fumigãs nõ extinguet in veritate educet iudicium. Nõ erit tristis neq̃ turbulentus: donec ponat in terra iudicium et legem eius insule expectabũt Hec dicit dñs deus creans celos et extendens eos: firmãs terram et que germinant ex ea. Dans flatum populo qui est super terram et spiritũ calcantibus eam. Ego dominus vocaui te in iusticia: et apphendi manũ tuam et seruaui te. Et dedi te in fedus populi in lucem gentium: vt aperires oculos cecoꝝ et educeres de cõclusione vinctũ: de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dñs: hoc ẽ nomen meũ. R. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur: i domo dñi. V. Ad annunciãdũ mane miam tuam et veritatem tuam per noctem. Alleluia. V. ~~Fuit~~ homo missus a deo cui nomẽ erat iohẽs. Secũdum lucam. i. c

In illo tpe. Dixit zacharias ad angelum. Unde hoc sciã. Ego sum senex: et vxor processit in diebus suis. Et respondẽs angelus dixit ei Ego sum gabriel qui asto ante deũ et missus sum loqui ad te et hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens/et non poteris loqui vsq̃ in diem quo hec fiant: pro eo q̃ nõ credidisti verbis meis que implebũt i tẽpore suo Et erat plebs expectãs zachariã: et mirabãt q̃ tardaret in tẽplo. Egressus aũt non poterat loqui ad illos Et cognouerat q̃ visionẽ vidisset i tẽplo. et ipse erat innuẽs illis/et permãsit mutus. Et factum est vt impleti sunt dies officii eius: abiit i domũ suã. Post hos aũt dies concepit elizabeth vxor eius: et occultabat se mẽsibus quinq̃ dicẽs. Quia sic fecit michi dñs in diebus quibus respexit auferre opprobriũ meũ: inter hoĩes. Offer. In virtute tua dñe letabitur iustus et super salutare tuum exultabit vehe

menter desideriũ anime eius tribu isti ei. **Secreta.**

Deus cuius misericordia p̄curꝛēte te saluamur respice ꝓpicius ad tanti solēnia p̄cursoris: vt sacrificiũ quod natalitio eius munere gratulātes offerimus et īdulgentiā nobis obtineat et fauorem. per: **Coio.** Posuisti dn̄e ī capite ei⁹ coronam de lapide p̄cioso. **Postcoio:**

Presta quesum⁹ oīpotēs deus vt qui celestia alimēta percepim⁹ intercedente beato iohāne baptista per hec contra omnia aduersa muniamur. P. **In vigilia apostolo℞ petri et pauli. Introitus**

Dixit dominus petro cum esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas: cum aũt senueris extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu non vis. hoc aũt dixit significās qua morte clarificatur⁹ esset deum. **ps.** Celi enarrāt gloriam dei: et opera manuũ eius ānunciat firmamētum: Gloria patri. **Oratio.**

Presta quesumus omp̄s deus vt nullis nos permittas ꝑturbationibus concuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti. **Alia orō de sancto iohanne ad vnū** per dn̄m. **Orō** Concede q̄s omp̄s. **vts. in officio p̄cedēti.**

Lectio actuũ apostolo℞. iii:

In diebus illis. Petrus et iohānes ascendebant in templum ad horam orationis nonā. Et quidā vir qui erat claud⁹ ex vtero matris sue baiulabatur: quē ponebant quotidie ad portam tēpli que dicit speciosa: vt peteret elemosynā ab itroeuntibus in templũ. Is cum vidisset petrum et iohannē incipiētes introire in tēplũ: rogabat vt elemosynam acciperet: Intuēs autē in eũ petrus cum iohanne dixit. Respice in nos. At ille intēdebat in eos: sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autē dixit. Argentũ ⁊ aurũ non est michi: quod autē habeo hoc tibi do. In nomine iesu christi nazareni: surge et ambula. Et apprehensa manu eius dextera alleuauit eũ: et protinus cōsolidate sũt bases ei⁹ et plante Et exiliēs stetit et ambulabat et intrauit cũ illis in templum ambulans et exiliēs et laudās deũ. Et vidit omnis populus eũ āmbulātem et laudātē deũ. Cognoscebant aũt illũ ꝙ ipse erat: qui ad elemosynam sedebat ad speciosam portam tēpli. Et impleti sunt stupore et extasi: in eo quod contigerat illi. **℟** In omnē terrā exiuit sonus eo℞ ⁊ in fines orbis terre verba eorum. **℣** Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annũtiat firmamentũ

Non dicitur allā propter ieiunium

Secundum Johannem. xxi. c

In illō tp̄e. Dixit iesus simoni petro. Simō iohānis diligis me plus his. Dicit ei. Etiam domine tu scis q̄r amo te. Dicit ei iesus. Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ. Simon iohānis diligis me Ait illi Etiam domine: tu scis quia amo te Dicit ei iterũ Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Simō iohīs amas me: Cōtristatus est petrus: q̄r dixit ei tercio: amas me: ⁊ dixit ei. Domi

ne tu omnia nosti tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cum esses iunior cingebas te: et ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris: extendes manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit. significans qua morte clarificaturus esset deum. Offertorium Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

Secreta.

Munera populi tui domine quesumus apostolica intercessione sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. De scto iohanne. Secreta et dicitur ad vnum Per dominum. Deus cuius misericordia vts. Communio Simon iohannis diligis me plus his domine tu omnia nosti tu scis domine quia amo te

Postcommunio.

Sumptis domine remediis sempiternis tuorum mundentur corda fidelium: vt apostolorum petri et pauli natalitia insignia que corporalibus officiis exequuntur pia cordis intelligentia conprehendant Alia Postcoio de sancto iohanne ad vnum. Per dominum. Presta quesumus omnipotens deus vt supra.

In die aplorum petri et pauli. Officium

Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de oi expectatione plebis iudeorum. Ps. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc Gloria patri. Nunc scio. Oratio.

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martyrio consecrasti da ecclesie tue eorum in oibs sequi preceptum per quos religionis sumpsit exordium Per dnm

Alia oratio de sancto iohanne. O cede quesumus. vt supra.

Lectio actuum apostolorum. xii.

In diebus illis. Misit herodes rex manus vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio. Videns autem quia placeret iudeis apposuit apprehendere et petrum. Erat autem dies azimorum. Quem cum apprehendisset misit in carcerem tradensque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum: volens post pascha producere eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine itermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites: vinctus cathenis duabus et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo percussoque latere petri: excitauit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius Dixit autem angelus ad eum. Precingere: et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuum et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum Existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam et secundam custodiam: venerunt ad portam ferream: que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta est eis.

Et exeuntes processerunt vicum vnū. Et continuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum: et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum ℟ Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati sūt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia ℣. Tu es symon bariona cui caro et sanguis non reuelauit verbum patris sed ipse pater qui est in celis. Prosa.

Gaude iocunda melos turma persona. Jungēdo verba symphonie rithmica. Concrepans inclita armonia vera secli lumina. Luce qui aurea illustrarūt regna mundi omnia. Vernant fortia iam quorum trophea in celis regia. Quorū merita dissoluūt crimina hac die fulgida. Nā alter crucis supplicio triūphans: alter ensis iugulo vterqꝫ nitet laurea. Et super sublimia sydera insignes victoria celica ꝑlati sūt in curia. Hinc beate petre qui maxima reseras clausis verbo celi lumina. Sume pi⁹ vota fidelia peccati cuncta resoluenda vincula. Diuisio Sacra paule ingredere dogmata illustrans plebis pectora. Et quousqꝫ det deus perfecta vltra feruentes sydera. Dulcis qua resultet musica virtutum fidibus atqꝫ melis concina. In qua symphonia miscet et illa que ve diatesseron prima. Cōstans virtute et iustitia. Temperātia et prudentia. Quibus super agmina rite decussata cristo cantica psallant en armonica. Nostra sint quorum socia illa dent lumina q̄s preconia damus hypertirica. Sublime dicant nūc oīa. Amen redēpta

Secundum Matheum. xvi.

In illo tpe. Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quē dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerunt. Alii iohānem baptistam. alii autem helyam: alii vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit eis iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens simon petrus dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus: dixit ei. Beatus es simon bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebūt aduersus eam Et tibi dabo claues regni celorum Et quodcūqꝫ ligaueris super terrā erit ligatum et in celis. Et quodcūqꝫ solueris super terram: erit solutū et in celis. Credo. Offertorium. Constitues eos principes super omnem terram memores erūt nominis tui in omni progenie et generatione. Secreta.

Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus: apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuis et defendi. Per dominum. Prefatio: Te domine Communio. Tu es petrus et super hanc petrā edificabo ecclesiā meā. Postcōio.

Quos celesti domine alimento saciasti: apostoli

cis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominū. In commemoratione sancti pauli. Officiū

Scio cui credidi et certus sū quia potens est depositum meum seruare in illum diē Ps De reliquo reposita est mihi corona iusticie. Gloria patri. Oratio

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli predicatione docuisti: da nobis quesum⁹ vt cui⁹ natalicia colim⁹: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dñm. Item oratio de sancto iohane. Concede quesumus. vts. Alia oratio de sancto petro apostolo. Oratio

Deus qui beato petro aplo tuo collatis clauib⁹ regni celestis ligandi atq₃ soluendi pontificium tradidisti: concede propicius: vt intercessionis eius auxilio a peccatorū nostrorū nexibus liberemur. Qui.

Ad Galathas. primo.

Fratres. Notum vobis facio euangelium quod euāgelizatum est a me quia non est secundū hominem. Neq₃ enim ego ab homine accepi illud neq₃ didici: sed per reuelationem iesu christi. Audistis eī conuersationem meam aliquādo in iudaismo quoniā supra modū persequebar ecclesiam dei: et expugnabam illam. Et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregauit: ex vtero matris mee ⁊ vocauit per gratiā suam: vt reuelaret filium suum in me: vt euangelizarem illum in gētibus: continuo non acquieui carni et sāgui ni neq₃ veni hierosolimam ad antecessores meos apostolos sed abii in arabiam: et iterū reuersus sū damascū Deīde post annos tres veni hierosolymam videre petrum et mansi apud eum diebus quindecim: Alium autem apostolorū neminem vidi: nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo vobis ecce coram deo: quia nō mentior ℟

Qui operatus ē petro in apostolatū operatus est et mihi inter gentes et cognouerunt gratiam dei que data est mihi ℣. Gratia dei in me vacua non fuit sed gratia eius semper in me manet. Alleluia ℣. Tu es vas electiōis beate paule ora pro nobis deum. Sequētia

Nero plange roma gaude que nunc pauli dignum laude recolis martyrium. Qui vt fuit baptizatus mox potenter est mutatus in virum contrariū. Nam qui pri⁹ impugnauit christi fidem predicauit illam palā gentibus. Affirmās ꝙ legis zelo fideles penarū prelo dabat et tortoribus. De beniamin tribu natus: lupus rapax est conatus predam mane rapere. Sicut iacob disposuit escas spolia studuit vespere diuidere. Propter que sepe vinclam naufragia periclā plura passus est grauiter. Tandem ense consummatus nostros excuset reatus apud dominum dulciter. Amen.

Secundum Matheum. xix. ca

In illo tpe. Dixit simō petrus ad iesum. Ecce nos reliquim⁹ omnia ⁊ secuti sumus te: quid ergo

erit nobis. Jesus autem dixit eis. Amen dico vobis: quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodeci trib9 israel. Et omnis qui reliquerit domum / vel fratres / aut sorores / aut patrem / aut matrem / aut vxorem aut filios / aut agros / ppter nomen meum: centuplum accipiet: et vitā eternam possidebit. Credo. Offr. Michi autem nimis honorati sūt amici tui deus nimis confortatus est pricipat9 eorum. Secreta

Ecclesie tue quesumus domine preces et hostias apostolica cōmendet oratio: vt quod pro illorum gloria celebramus: prosit nobis ad veniā. Per De sancto iohanne. Secreta. Deus cuius vts. De sācto petro. Secreta

Sacrandum tibi domine munus offerimus quo beati petri apostoli tui solennia recolentes: purificationē quoque nostris mentib9 iplorem9. P Prefatio. Te dn̄e sup. Coio. Amen dico vobis quod vos qui reliquistis omnia et secuti estis me centuplū accipietis et vitam eternam possidebitis

Perceptis dn̄e sacra Postcō mētis btis apostolis tuis interuenientibus depcamur: vt que pro illorum celebrata sūt gloria: nobis proficiant ad medelam. Per dn̄m. De sancto iohanne. postcoio. Presta quesumus omnipotēs deus vts De sancto petro. postcoio

Letificet nos domine quesumus munus oblatum: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per illū tue sumamus indulgentie largitatem:

Marcialis apostoli Officium

Mihi aūt nimis honorati sūt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorū. Ps. Domine pbasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionē meam et resurrectionē meā. Glia Orō.

Omnipotens sempiterne deus qui beatum martialem apostolum tuū ecclesie tue scē preesse voluisti q̄s nobis eius suffragātibus meritis pietatis tue gratiam largiaris. Per dn̄m Epistola: Jam non estis hospites et adue. Jn cōi fo. i. R. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorū. V. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Alleluia. V Non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructum afferatis et fruct9 vester maneat. Sequentia O alma trinitas. Jn communi folio. ii. Euangelium. Designauit dominus. Jn cōmuni folio secundo. Credo. Offer Jn omnem terram exiuit sonus eorum et i fines orbis terre verba eorum. Secre.

Ecclesiam tuam quesum9 domine per beatissimum martialem apostolum tuum continua protectione custodi: et quem eo docente recte credere contulisti: ipsius ad te meritis facias subleuari. Per dominum nostrum iesum christū filium tuū qui tecum viuit et re. Coio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel postcōmunio.

Pretende domine cunctis fidelib⁹ tuis beati marcialis apostoli tui interuentu: dexteram celestis auxilii. vt cuius sumus eruditi doctrinis eius simus cõtinua prece defensi. Per dominum nostrum

In octabis sancti iohannis baptiste. Officium. De ventre matris. totum sicut in die. Oratio. Concede q̃sumus vts. Alia oratio de apostolis. Oratio.

Deus cuius dextera beatum petrum apostolum ambulantẽ in fluctibus ne mergeretur: erexit/ & coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propicius & concede. vt amborum meritis eternitatis gloriam cõsequamur. Qui viuis et regnas deus. P. Epistola: Audite insule vts in die R. Priusq̃ te formarẽ ĩ vtero noui te & añq̃ exires de vẽtre sanctificaui te. V. Misit dominus manũ suam et tetigit os meũ et dixit michi. Alleluia V. Nazarenus vocabitur puer iste vinum et siceram non bibet. Euangelium Elizabeth impletum est vts in die. Offertoriũ. Iustus vt palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabitur. Nota q̃ si octabe beati iohannis die dominica euenerit dicatur: sequentia Gaude caterua vts in die et. Credo et. Prefatio de apostolis Secreta.

Offerimus tibi domine preces et munera q̃ vt tuo sint digna conspectui: apostolorũ tuorũ petri et pauli precibus adiuuemur. P Postcõio et. Prefatio. Te domine suppliciter. Postcõio.

Pignus vite eterne capientes humiliter te domine imploramus: vt apostolicis fulti patrociniis: quod in mysterio egimus sacramenti: manifesta perceptione sumamus. Per dominum nostrum.

Ipso die festum sancti theobaldi qđ celebrabitur in crastinum sancti martini. Officium

Os iusti meditabitur sapiẽtiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. Ps Noli emulari in malignantibus neq̃ zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloria patri Oratio

Deus qui nobis egregii confessoris tui theobaldi memoriã celebrare concedis: fac nos quesumus eius semper meritis et precib⁹ muniri: cuius deuote vite agonia tribuis gloriari. per dñm nostrum iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Memoria de apostolis. Oratio.

Deus cui⁹ dextera beatum petrum apostolum ambulantẽ in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propicius et concede: vt amborum meritis eternitatis gloriam consequamur Qui viuis et regnas deus.

Epistola. Iustum deduxit. In cõi confessori. R. Os iusti meditabitur sapiẽtiam et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabũtur gressus eius. Alleluia. V. Posui adiu

torium super potentem et exaltaui ele-
ctum de plebe mea. Euangelium. Ne-
mo accendit lucernã. In coi fo. xii:
Offertorium. Ueritas mea et mise-
ricordia mea cum ipso et in nomine meo
exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hoc domine quesumus futu-
ri sacramenti munus inter-
ueniente beatissimo confessore tuo
theobaldo tue maiestatis sãctifice-
tur obtuitu: et eterne conciliet nos
vite. Per dominum nostrũ. Coio.
Fidelis seruus et prudens quem constitu
it dominus super familiam suam vt det
illi in tempore tritici mensuram. Postc.

Diuini nos quesumus domine
sacramenti susceptio intueni-
ente sacratissimo confessore tuo the
obaldo: et a peccatorum vetustate
emundet et ad celestis conuiuii mẽ
sam confidenter inuitet. Per dñm.

In visitatione beate marie virgi-
nis. Officium.

Gaudeamus omnes in do
mino diem festum cele-
brantes sub honore ma-
rie virginis de cuius visitatione
gaudent angeli et collaudant filiũ
dei. Ps. Eructauit cor meum verbum
bonũ dico ego opera mea regi. Gloria
patri et filio. Oratio.

Deus qui nos presentem festi-
uitatem in iesu christi filii
tui et marie matris eius laudibus
venerari fecisti: presta quesum⁹ vt
qui eiusdem virginis humiliter et
gaudiorum quibus elizabeth visi-
tauit solennitatem celebramus in
eorum memoria et gaudiis iugiter
maneamus. Per eundẽ dominũ

Lectio isaie prophete. lx.c

Gaudens gaudebo in domino
et exultabit anima mea i deo
meo. Quia induit me vestimento
salutis et indumento letitie circun
dedit me quasi sponsum decoratũ
corona et quasi sponsã ornatã mo
nilibus suis: Sicut enim terra pro
fert germen suum/et sicut ortus se
mẽ suũ germinat: sic dominus de⁹
germinabit iustitiã et laudẽ coram
vniuersis gentibus. Habitabit eni
iuuenis cum virgine et habitabũt
in te filii tui. Et gaudebit sponsus
sup sponsã et gaudebit sup te deus
tu⁹ dicit dñs oĩpotẽs. R. Ego effudi
flumina ego quasi trames aque immen
se ego quasi fluuius dorex et sicut aque-
ductus exiui a paradiso. V. Rigaui or
tum meum plantationum et inebriabo
partus mei fructum Alleluia V. Ut facta
est vox salutationis tue in auribus me-
is: exultauit in gaudio infans in vtero
meo Sequentia.

Ueni virgo virginũ veni lumẽ
luminũ veni vena venie. Ue-
ni sal⁹ hominũ veni splẽdor ordinũ
celestis militie. Cõsolatrix iclyta ve
ni vide visita certãtes in acie Nos re
ge nos excita nos foue nos suscita:
de lacu miserie. Uẽi iesse virgula ve
ni rosa primula rosa carens carie.
Pctõꝝ vicula rũpe pce sedula pñsen
tis familie. O lux beatissima reple
cordis intima celesti tẽperie. Mag-
na maior maxima esto nobis proxi
ma rogans regẽ glie. Ut nos iũgat
superis dãs nobis i dextris: post spẽ
frui specie. Que regia diceris mise-
rere miseris ergo mat gratie. Amen

Secundum Lucam.

In illo tempore. Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie et salutauit elizabeth. Et factum est vt audiuit salutationem marie elizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth: et exclamauit voce magna et dixit Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi vt veniat mater domini mei ad me. Ecce enim vt facta e vox salutationis tue i auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominũ. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Credo Offertoriũ.

Unde mihi hoc vt veniat mater domini mei ad me beata que credidisti quoniam perficientur in te que dicta sunt tibi a domino et ait maria magnificat aĩa mea dominum et exultauit spirit⁹ meus i deo salutari meo. Secreta.

Suscipe quesumus domine fidelibus populi vota: vt qui te ab vtero inuiolate virginis precursorem in vtero santificasse congaudet: ipse quoqȝ a te in vtero matris ecclesie sanctificari mereatur. Qui viuis. Prefatio. Et te in visita Cõ.

Mansit autem maria cum illa quasi mẽsibus tribus et reuersa est in domum suã alleluia alleluia. Postcoĩo.

Sacra libantes mysteria te domine suppliciter depcamur vt ecclesia tua visitationis sue mysteria recolẽs visitanti et visitate meritis subleuata ab istantibus malis ꝛ periculis eruamur. Per dominum

Per octabas visitatiõis btẽ marie virginis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui ex abundantia charitatis tue: beatam mariam virginẽ tuo filio impregnatam ad visitationẽ elizabeth inspirasti. presta q̃sumus, vt per eius visitationem donis celestibus repleamur et ab omnib⁹ aduersitatib⁹ eruamr. p eũdẽ. Secre.

His sacrificiis quesumus domine benignus intende: et iteruẽtu beate dei genitricis marie maculas peccatorum nostrorũ absterge: qui ad visitationem eius precursorem adhuc in vtero cũ baiulat spiritali munere letificasti. Per eũdem. Postcoĩo.

Sacramenta tua domine que sumptimus nobis dent salutem et peccatorum nostrorũ emundationem: vt intercessione dei genitricis marie leticia spiritali repleamur. per eundem dominum:

In die visitationis. Processi et martiniani suffragia. Oratio.

Deus q̃ nos scõꝝ martyꝝ tuoꝝ processi ꝛ martiniãi ɔfessiõib⁹ gloriosis circũdas ꝛ ptegis da nobis ex eoꝝ imitatõe pficere ꝛ intcessiõe gaudẽ Suscipe dñe p̃ces et mũera q̃ Se. ut tuo digna sint cõspectui scõꝝ tuoꝝ q̃s p̃cib⁹ adiuuemur. p. Postcõ Corpis sacri et p̃ciosi sãguĩs repleti libaĩne q̃s dñe de⁹ nr̃: vt qd pia deuotõe gerim⁹ certa redẽptõe capiã⁹

Nota q per octabas apostolorum petri et pauli non dicitur Gloria in excelsis nisi dominica euenerit vel festum ix. L. In translatiõe sancti martini. Officium.

Statuit ei domin9 testamẽtum pacis et principẽ fecit eũ vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Ora pro nobis beate martine vt digni efficiamur pmissionib9 christi. Oratio.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum martinũ ministrum tribuisti: presta quesumus vt quem doctorem vite habuimus in terris: intercessorẽ semp habere mereamur in celis. Per dominum Memoria de apostolis. Deus cui9 dextera. vt in officio sequenti. Epla Ecce sacerdos magnus. In coi fo. xi R. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculũ seculi. Alleluia V. posuisti domine super caput eius coronã de lapide precioso. Prosa.

Gaude syon que diem recolis qua martinus compar apostolis mundum vincens iunctus celicolis coronatur. Hic martinus pauper et modicus seruus prudens fidelis villicus celo diues ciuis angelicus sublimatur. Hic martinus qui cathecumin9 mundum vestit et nocte ptin9 in sequẽti hac veste dñs est indut9. Hic martinus spernens militiam inimicis inermis obuiã ire parat baptismi gratiam assecutus Hic martinus dum offert hostiam intus ardet per dei gratiam superse dens apparet etiam globus ignis. Hic martinus qui celũ reserat mari preest et terris imperat morbos sanat et monstra superat vir insignis Hic martinus nec mori timuit nec viuendi laborem respuit sicq dei se tutũ tribuit voluntati. Hic martinus qui nulli nocuit tres defũctos vite restituit. Hic martin9 qui cũctis profuit. Hic martinus qui trine placuit maiestati. Hic martinus cuius est obitus seuerino per visum cognitus dum celestis canit exercitus dulce melos. Hic martinus cui9 sulpici9 vitã scripsit astat ãbrosi9 sepulture nil sibi consci9 intrat celos. O martine pastor egregie o celestis cõsors militie nos a lupi defendas rabie seuitatis. O martine fac nunc quod gesseras deo preces pro nobis offeras esto memor q nũq deseras tue gentis. Amen. Euãgeliũ. Sint lumbi. In coi foli. xii. Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronã de lapide precioso vitam petiit a te et tribuisti ei alleluia. Secreta

Omnipotens sempiterne deus munera tue maiestati oblata per intercessionẽ beati martini confessoris tui atq pontificis/ ad perpetuam nobis fac proficere salutẽ. Per dominum. Secreta de apostolis. Offerimus vt i officio sequẽti Coio Beatus seruus quem cũ venerit dominus inuenerit vigilantẽ amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum Postcoio

Sacramẽta salutis nr̃e suscipiẽtes: cõcede q̃s ops deus vt be

ati martini confessoris tui atque pontificis nos ubique oratio adiuuet in cuius ueneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dominum. Postcommunio de apostolis. Pignus ut in officio sequenti. In crastino sancti martini Missa de apostolis. Officium.

Salus autem iustorum a domino et protector eorum est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

Deus cuius dextera beatum petrum apostolum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolum eius paulum tercio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propicius et concede: ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Qui viuis et.

Epistola. Reddet deus mercedem. In communi folio. vi. R. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. V. Visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Alleluia. V. Fulgebunt iusti et tanquam scintille in arundineto discurrent in eternum. Euangelium. Hoc est preceptum. In communi folio. ii. Offertorium. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium laqueus contritus est et nos liberati sumus. Secreta

Offerimus tibi domine preces et munera que ut tuo sint digna conspectui: apostolorum tuorum petri et pauli precibus adiuuemur. Per. Communio. Amen dico vobis quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis venite benedicti patris mei possidete preparatum vobis regnum ab inicio mundi. Postcommunio

Pignus vite eterne capientes humiliter te domine imploremus: ut apostolicis fulti patrociniis, quod in mysterio egimus sacramenti manifesta perceptione sumamus. Per. In octava apostolorum. Introitus.

Sapientiam sanctorum narrant populi et laudem eorum nunciat ecclesia. nomina autem eorum viuent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio. Deus cuius dextera. ut supra in officio precedenti. Lectio libri sapientie Ecclesiastici. xliiii.

Hi sunt viri misericordie: quorum iusticie obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona: hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum: et filii eorum propter eos usque in eternum manent. Generatio eorum: et gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: et nomen eorum viuet in secula. Sapientiam eorum narrabunt omnes populi: et laudem eorum pronunciabit omnis ecclesia sanctorum. R. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. V. Visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Alleluia. V. Sancti et iusti in domino gaudete vos elegit deus in hereditatem sibi. Prosa.

Roma petro glorietur roma paulum veneretur pari reuerentia. Immo tota iocundetur et iocundis occupetur laudibus ecclesia. Hi sunt eius fundamenta fundatores fulcimenta bases epistilia. Idem saga

qui cortine pelles templi iacinctine
ciphi spere lilia. Hic sunt nubes co=
ruscantes terram cordis irrigantes
nunc rore nunc pluuia. Hi precones
noue legis ⁊ ductores noui regis ad
christi presepia Laborum socii tritu
rant aream in spe denarii colentes
vineam. His ventilantibus secedit
palea nouisqꝫ frugibus iplētur hor=
rea Ipsi montes appellātur ipsi pri
us illustrantur veri solis lumie Mi
ra virtus est eoꝝ firmamēti vel ce=
lorū designantur nomine. Fugam
morbis iperāt leges mortis superāt
effugāt demonia Delēt idolatriam
reis donant veniā miseris solacia.
Laus cōmunis est amborū cū sint
tamen singulorū dignitates ꝓprie
Petrus preit pricipatu paulus pol=
let magistratu totius ecclesie. Pri=
cipatus vni datur vnitasqꝫ cōmen
datur fidei catholice. Vnꝰ cortex est
granorū sed ⁊ vna vis multorū sub
eodē cortice. Romā conuenerāt sa=
lutis nuncii vbi plus nouerant in=
esse vicii nichil discipline Insistunt
viciis fideles medici vite remediis
obstant frenetici fatui doctrine. Fa
cta christi mentione simon magus
cum nerone cōturbatur hoc sermo
ne nec cedunt apostolis Lāguor ce=
dit mors obedit magꝰ crepat roma
credit et ad vitam mūdus redit re=
probatis idolis: Nero fremit scele=
ratꝰ magi morte desolatꝰ cuiꝰ error
ei gratus graue precipitiū Bellato
res preelecti non a fide possunt fle=
cti sed in pugna stant erecti nec for=
midant gladiū. Petrus heres vere
lucis fert īuersus penā crucis paulꝰ
ictum pugionis nec diuerse passio
nis sunt diuersa premia. Patres sū
me dignitatis summo regi conre=
gnatis vīcula nostre prauitatis sol=
uat vestre potestatis efficax senten
tia. Amen. Scdm Matheū. xiiii

In illo tempore. Iussit iesus di
scipulos suos ascendere in na
uiculam: et precedere eum trans fre
tum donec dimitteret turbas. Et di
missa turba: ascendit in montē solꝰ
orare. Vespere autē facto: solus erat
ibi. Nauicula autē in medio mari:
iactabatur fluctibus. Erat enim cō
trarius ventus. Quarta autē vigi=
lia noctis venit ad eos ambulās su
pra mare. Et videntes eū supra ma
re ambulantē turbati sunt dicētes:
quia fantasma ē. Et pre timore cla=
mauerunt. Statimqꝫ iesus locutꝰ
est eis: dicens. Habete fiduciā. Ego
sum: nolite tīere. Rn̄dens autem pe
trus: dixit Domine si tu es iube me
ad te venire sup aquas. At ipse ait.
Veni Et descēdēs petrus de nauicu
la: ambulabat super aquam vt ve=
niret ad iesum. Videns vero ventū
validum timuit. Et cū cepisset mer
gi: clamauit dicens Domine saluū
me fac. Et continuo iesus extendēs
manum apprehendit eum: et ait il=
li. Modice fidei quare dubitasti: Et
cū ascendisset in nauiculā: cessauit
ventus. Qui autē in nauicula erāt
venerunt/et adorauerūt eum dicen
tes: vere filius dei es. Credo. Offr.
Gloriabuntur in te omnes qui diligunt
nomē tuum quoniam tu benedices iusto
domine vt scuto bone voluntatis tue co
ronasti nos. Secr Offerimꝰ tibi vts.

Prefatio. Te dñe supplicit. Coio.
Iustorꝫ anime in manu dei sunt et non tanget illos tormẽtũ malicie visi sunt oculis insipiẽtiũ mori illi aũt sunt in pace Postcoio.
Dignus vite vts.

In inentiõe corporis sacti quintini martyris. Officiũ.

Letabitur iustus in dño et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. ps:
Exaudi deus oratione meã cũ depcor:a timore inimici eripe animam mean. Glia. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt omnes qui ad festa beati quintini conueniunt/celesti benedictione sanctificentur et p̃sentem sanctorꝫ festiuitatem celebrare et eternis angelorũ gaudiis feliciter valeant interesse. Per Epistola. Beatus vir qui. In coi fo.iiii. R. Posuisti domine sup caput eius coronam de lapide precioso. V. Desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei et volũtate labiorũ eius non fraudasti eum Alleluia. V. Beatus vir qui suffert tentatione qm̃ cũ probatus fuerit accipiet coronã vite. Euãgeliũ. Si q̃s vult venire. In coi fo.iiii. Offerto.
Gloria et honore coronasti eũ et cõstituisti eum sup opera manuũ tuarum domine. Secreta.

Presentia munera quesumus domine:ita serena pietate intuere vt sancti spiritus perfundantur benedictione et in nostris cordibus illam dilectionẽ validius infũdant per quã sanctus martyr quintinus omnia tormẽta corpore deuicit. P. eiusd Coio. Qui vult venire post me abneget semetipsũ ꝛ tollat crucẽ suam et sequat me. Postcoio.

Tibi domine perceptione sacramẽti et a nostris mundemur occultis et ab hostiũ liberemur insidiis. P. In receptiõe coste sacti. Iuonis confessoris. Officiũ:

Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquet iudicium lex dei eius ĩ corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Gloria. Oratio.

Deus qui beatum iuonem confessorem tuum innumeris decorasti miraculis te suppliciter depcamur: vt qui hodierna die ipsi⁹ cõmemorationem celebramus: eius meritis et precibus apud te patrocinia sentiamus P Epistola. Iustũ deduxit. In coio foli.xi. R. Os iusti meditabitur sapientiã ꝛ lingua ei⁹ loquetur iudiciũ V. Lex dei eius in corde ipsi⁹ Alleluia. V. Posui adiutoriũ sup potẽtẽ ꝛ exaltaui electũ de plebe mee. Euãgeli. Nemo lucernã. In cõmui fo.xii. Offer. Veritas mea et mĩa mea cũ ipo.et in nomine meo exaltabit cornu ei⁹. Secreta

Offerim⁹ hoc sacrificiũ dñe et deprecamur clemẽtiã tuã: vt iteruẽtu beati iuonis cõfessoris tui cui⁹ officiũ celebram⁹ a cunctis liberemur angustiis et ei⁹ subleuemur auxiliis. P Coio. Fidelis seru⁹ ꝛ prudẽs quẽ cõstituit dñs super familiã suã vt det illi in tp̃e tritici mensurã Postcõ

Hec sacramẽta q̃ sũpsimus domine ad tui gloriam

et honorem beati confessoris tui iuonis nos adiuuent et letificent: et a cunctis malis eius intercessionibus liberemur. p. dn̄m.

Septem fratrum Introitus.

Laudate pueri dn̄m laudate nomen dn̄i qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorꝫ letantem. ps. Sit nomen dn̄i bn̄dictū ex hoc nūc ⁊ vsqꝫ i sclm. Orō

Presta q̄sum⁹ oīpotens deus: vt qui gloriosos martyres ianuariū felicem philippū alexādrū vitalem siluanū et martialē fortes in sua cōfessione cognouim⁹: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. p dn̄m. Epistola: Stabūt iusti. In coī fo. vii. R. Vindica dn̄e sāguinē scōꝝ tuorū qui effusus est V. Posuerūt mortalia seruorū tuorū escas volatilibus celi carnes sāctorū tuorū bestiis terre Alleluia. V. Laudate pueri dn̄m laudate nomen dn̄i sit nomē dn̄i benedictū ex hoc nunc et vsqꝫ in seculū Allā. Euāge Loqnte iesu ad turbas. In coī fo: ix· Offꝫ. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū laqueus cōtrit⁹ est et nos liberati sumus. Secreta.

Sacrificiis presentibus dn̄e q̄sumus intende placatus: et intercedētibus sanctis martyribus tuis ianuario felice philippo alexandro vitale siluano et martiale deuotiōi nostre pficiant et saluti. per. Coīo. Quicūqꝫ fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est dicit dominus. Postcoīo.

Quesum⁹ omnipotēs deus vt illius salutaris capiamus effectum: cuius per hec mysteria pignus accepimus. p. dn̄m.

In trāslatiōe scti bn̄dicti. Officiū

Os iusti meditabit sapiētiā et lingua eius loquetur iudiciū lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignātibus neqꝫ zelaueris faciētes iniquitatē. Orō

Intercessio nos quesumus domine beati benedicti abbatis cōmendet vt quod nostris meritis non valemus/eius patrocinio assequamur. Per dn̄m. Epistola. Rigabo ortū. In coī fo. xii. R. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loqtur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius Alleluia. V. Posui adiutoriū super potē et exaltaui electum de plebe mea. Euangelium. Nemo lucernā accendit In coī folio. xii. Offꝫ. Veritas mea et misericordia mea cū ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacris altaribus domine hostias superpositas sanctus benedictus abbas in salutem nobis puenire deposcat. Per. Coīo. Fidelis seruus et prudens quem constituit domin⁹ super familiam suam vt det illi in tēpore tritici mensuram. Postcoīo.

Protegat nos cū tui perceptione sacramenti sanctus benedictus abbas pro nobis intercedēdo. vt conuersationis eius experiamur insignia/et intercessiōis eius percipiamus suffragia. Per dn̄m.

Sple apostoli. Officium.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorꝫ. ps. Dn̄e probasti me ⁊

cognouisti me: tu cognouisti sessio nē meā + resurrectionē meā. Orō

Quesum⁹ omnipotēs deus vt beatus syla apostolus tuus: tuum pro nobis imploret auxiliū: vt a nostris reatib⁹ absoluti: a cunctis etiam periculis expiamur. Per

Epistola Jam non estis. In coī fo. i

℟. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrāt gloriā dei et opera manuū eius ānūciat firmamētū. Alleluia: ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorum. Euāgeliū Hoc est preceptū meū In coī fo ii

Offr. Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eorum. Secreta

Sacrandū tibi domine munus offerim⁹: quo beati syle solennia colētes: purificationē quoq₃ nostris mentibus imploramus. Per.

Coio. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. Postcoio.

Perceptis domine sacramētis suppliciter exoramus: vt itercedēte beato syla apostolo tuo que pro illius veneranda gerim⁹ passione: nobis proficiant ad medelā. P.

Benedicti epi andegauēsis. Offici

Statuit ei domin⁹ testamētum pacis et principem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternū. ps Ora pro nobis beate benedicte: vt digni efficiamur pmissionib⁹ xpi. Gliā. Orō

Da quesum⁹ omnipotēs deus: vt beati benedicti confessoris tui atq₃ pontificis veneranda solennitas: et deuotionē nobis augeat et salutem. P. Epistola Ecce sacerdos In coī fo. i ℟. Domine pūenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinē dierum in seculū sclī. Alleluia. ℣. Justus germinabit sicut lilium et florebit in eternū ante dominū. Seqntia. Superne matris. In coī folio. xii. Euangeliū Sint lumbi. In coī fo. xii. Offr. Posuisti domine ī capite eius coronam de lapide precioso vitā petiit a te et tribuisti ei alleluia. Secreta.

Sancti tui nos quesum⁹ domine vbiq₃ letificēt: vt dū eorum merita recolimus intercedente beato benedicto confessore tuo tuo atq₃ pontifice patrocinia senciam⁹ per.

Coio. Beatus seruus quem cū venerit dominus inuenerit vigilantē amen dico vobis super omnia bona constituet eum. Postcoio.

Presta quesum⁹ omnipotens deus: vt de pceptis munerib⁹ gratias exhibentes: beneficia potiora sumamus. P. dnm.

De sancto arnulpho. Officium

Sacerdotes tui dne induant iustitiam et sancti tui exultēt pp ter dauid seruum tuū non auertas faciem christi tui. ps Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Da quesum⁹ omnipotēs deus: vt beati arnulphi confessoris tui atq₃ pontificis veneranda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et

salutem. Per dñm. Epistola Plures facti sunt sacerdotes. In coi fo. xi. R. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Alleluia. V. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eū. Euāgeliū Vigilate quia nescitis. In coi fo. xii Offertoriū. Inueni dauid seruū meū et in oleo sancto vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meū cōfortabit eum. Secreta.

Sancti tui nos quesumus dñe vbiq̃ letificēt: vt dum eorum merita recolimus: intercedente beato arnulpho confessore tuo atq̃ pōtifice patrocinia sentiamus. Per d Coio. Beatus seru⁹ quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē amen dico vobis sup oia bona sua cōstituet eū. Postcoio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. Per dominum.

Margarete virginis. Officiū.

Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatem propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Oro.

Deus qui beatam margaretā virginē per martyrii palmaȝ hodierna die ad celos venire tribuisti: concede nobis quesum⁹: vt eius exempla sequentes / ad te peruenire mereamur. Per dñm. Epistola. Qui gloriatur. In coi folio. xiiii. R. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. Alleluia. V. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū. Prosa extraordinaria

Laudes dignas attollam⁹ cuius festum celebramus margarete virginis. Presens cetus let⁹ esto multa crepēt in hoc festo organa cum tympanis. Docta manus liram tangat et conflictum lingua pangat gloriose virginis. Non est victa dum punitur imo vicit et potitur laurea certaminis. Cum nutricis hanc videns ouibus dū transiret formam olibrius concupiuit. virginis. Ad se ergo accersitur et de fide cōuenitur et cuius sit generis. Postq̃ fides patuit hanc seductor statuit vincere blandiciis. Qua dū via nō pcedit superare seuis credit saltem cruciatibus. Iubet ergo vt cedatur et ni cedat accendatur fluidis lampadibus. Virgo vere fidei nec virgis nec olei feruore conuincitur. Sed cum magis āgustatur sicut aurū dum probatur clarior efficitur. Vngue seuo lacerata in vas aque plenū strata post se victa sed relicta est a fundo libera. Deuorata a serpente que constanti erat mēte dat agnosci dum repēte rumpit imis viscera. Insignita cruce sācta tormentorū tot et tāta passa demū hostem planta seuū calcat tenera. Huius minas tormentorū non formidat cor odorū licet duplet diuersorum tormētorum genera. Hac in die christo duce presignita xp̄i cruce vite vane ꝛ caduce ensis ictu ab hac luce migrauit ad supera. Assistentes tue laudi virgo sācta seruos au

di atqz nobis deprecare post hanc vitam exultare in sanctorum gloria. Amē. Euāgeliū. Sile est regnū ce. decē vir. In coi fo. xv. Offr. Offeren tur regi virgines post eā proxime eius offerent tibi. Secreta. Hec victima dñe q̄s pro beate virginis et martyris tue margarete martyrio oblata / et mentiū nobis sanctitatē / et corporū obtineat sanitatē. Per. Coio. Diffusa ē gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Postcoio. Huius dñe perceptione sacramēti et beate margarete virginis itercessione / tu in nobis manere dignare: et nos in te vicissim manere concede. Per dñm.

Serenedi cōfessoris. Officiū.

Os iusti meditabitur sapiētiam et lingua eius loquet iudiciū lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignantibus neqz zelaueris facientes iniquitatē. Gloria patri. Oratio. Adesto dñe precibus nr̄is quas in sancti serenedi ɔfessoris tui solēnitate deferimus: vt q̄ nostre iustitie fiduciā nō habemus: eius qui tibi placuit meritis adiuuemur. P. Epl'a. Iustū deduxit dñs. In coi fo. xi. R. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Alleluia. V. Posui adiutorium super potentem et exaltaui electum de plebe mea. Alleluia. V. Illa se renate confessor domini preciose que quondam pestis famis ac belli flagella tuis meritis deus quiescere precepit a nobis hic tuis famulis nunc et imperpetuum auferri clementer digneris impetra. Sequentia.

Spoleti claro sāguine natus serenedus rome tandē diaconus cardinalis ordinat. Illic per lustrū deo seruiēs a plurimis īpensā gloriam egre ptulit. Quā calcare sēp desiderans monitu angelico vrbē celeriter dereliquit. At italia alpiūqz niuosis collib⁹ puiceatis gallie fines citus ingredit. Cuius sāctorū locis pluriū visitatis inde vico saluie cenomānico christo duce morā traxit Vbi sūma discretione bonis vacās operibus diuinis colloquiis et āgelicis fruebatur. Quo quādoqz supse raptus clam facta multorum ac etiā cogitatus agnoscebat. Edoct⁹ veritatis spū nullatenus falli aut in eius cōspectu quisq̄ mētiri poterat. A populo suscepta dona charitatis egētibus statim largiens philargerie statim dānauit viciū. Peccatores erroribus atqz viciis irretitos eternū deuitare docuit supplicium In litteris doctissimus idiotas et ignaros erudiuit. Discordes pacis amator in pace perpetua reformauit. Sed quod grādis approbatur meriti cenomānos liberauit peste fame gladio. Leprosū restituit sanitati cecis lumē acquisiuit crucis ministerio. Et cū tātis laboribus īsudasset vir beatus a christo coronādus in proximo sētiit mortē. Quā predicēs discipulis mox doctrine salutaris protexit documenta. Et deniqz dñico premunitus sacramēto beatum in celestibus tradidit spiri

tum. Cum in eius transitu de sublimi melodie suauitas auditur angelorum. Ac odoris insoliti vapor suauissimus replet nares spectantium. O quam tibi christe charus confessor iste creditur. Quo poscente ac merente multis beneficia per te conferuntur. Ad quorum consortium quesumus nos adiunge et concede quod prostrati flagitamus. Ut nil ergo nobis et patrie bellum fames et pestis noceant serenedi meritis impetrantibus gratis annuas mitissime iesu. Et de lacu fecis et miserie demum nos transferas et perducas ad regnum glorie. Amen. Euange. Nemo lucernam accendit. In com fo. xii. Offertorium. Veritas mea et mia mea cum ipso et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti confessoris tui serenedi nobis dne pia non desit oratio: que et munera nostra conciliet: et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per dnm. Coio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dns super familiam suam vt det illis in tpe tritici mensuram. Postcoio.

Ut nobis dne tua sacrificia dent salutem: beatus serenedus confessor tuus quesumus precator accedat. Per dnm. In ipso die praxedis virginis. Officium.

Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et non confundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dni. Gloria patri. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beate praxedis virginis tue natalicia colimus: et annua solennitate letemur: et tante fidei proficiamus exemplo. Per dominum. Epistola. Sapientia vincit malitiam. In com fo. xiiii. R. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. V. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Euangelium. Simile est regnum celorum thesauro. In com fo. xv. Offertorium. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Hostia dne quesumus quam sancte tue praxedis natalicia recensentes offerimus: et vincula nostre prauitatis absoluat/ et tue nobis mie dona conciliet. Per dnm. Coio. Feci iudicium et iustitiam dne non calumnientur michi superbi ad omia mandata tua dirigebar omnem viam iniquitatis odio habui. Postcoio.

Refecti dne salutaribus repleti mysteriis: vt cuius solennia celebramus: eius orationibus adiuuemur. Per dominum nostrum.

Marie magdalene. Officium.

Gaudeamus omnes in dno diem festum celebrantes sub honore marie magdalene: de cuius solennitate gaudent angeli: et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Gloria patri. Glia in ex. Collecta.

Largire nobis clementissime pater quod sicut beata maria magdalene dnm nostrum iesum christum super omnia diligen

do suorū obtinuit veniam peccami
nū: ita nobis apud tuā miam sēpi-
ternā ipetret beatitudinē. P e. Le-
ctio libri sapiētie. puerbiorꝫ vltio.
Mulierem fortē quis inueniet.
Procul et de vltimis finibus
precium eius. Confidit in ea cor vi-
ri sui: et spoliis non indigebit. Red-
dit ei bonū et non malū/omibus di
ebus vite sue. Quesiuit lanam et li
num: et operata est consilio manu-
um suarū. Facta est quasi nauis in
stitoris: de longe portans panē suū.
De nocte surrexit: deditqꝫ predam
domesticis suis/et cibaria ācillis su
is. Considerauit agrū/et emit eum
de fructu manuū suarū plātauit vi
neā. Accinxit fortitudine lūbos su-
os: et roborauit brachiū suum. Gu
stauit et vidit: quia bona est negoci
atio eius: non extinguet in nocte lu
cerna eius. Manū suā misit ad for-
tia: et digiti ei⁹ apprehenderūt fusū
Manum suam aperuit inopi: ⁊ pal
mas suas extendit ad pauperē. Nō
timebit domui sue a frigoribus ni-
uis omēs enī domestici eius vestiti
sunt duplicibus. Stragulatā vestē
fecit sibi: byssus et purpura īdumē-
tum eius. Nobilis in portis vir eius
quādo sederit cum senatoribus ter
re. Sindonem fecit et vendidit: et
cingulum tradidit chananeo. For-
titudo et decor indumentum eius ⁊
ridebit in die nouissimo Os suum
aperuit sapientie: et lex clemētie in
lingua eius. Considerauit semitas
domus sue: et panem ociosa nō co-
medit. Surrexerunt filii eius/et be
atissimā predicauerunt: et vir eius
laudauit eam. Multe filie congre-
gauerūt diuitias: tu supergressa es
vniuersas. Fallax gratia: et vana
est pulcritudo. Mulier timens do-
minū: ipsa laudabitur. Date ei de
fructu manuum suarū: et laudent
eam in portis opera eius. R. Diffu-
sa est gratia in labiis tuis propterea be-
nedixit te deus in eternum. V. Propter
veritatem et mansuetudinem et iustitiā
et deducet te mirabiliter dextera tua.
Alleluia. V. Surrexit domin⁹ et occur-
rens mulieribus ait auete tunc accesserūt
et adorauerunt eum. Sequentia.
Mane prima sabbati surgens
dei filius nostra spes ⁊ gloria
Victo rege sceleris rediit ab inferis
cum summa victoria. Cuius resur
rectio omni plena gaudio consola-
tur omnia. Resurgentis itaqꝫ ma-
rie magdalene facta est prenuntia.
Ferens christi fratribus eius mor-
te tristibus expectata gaudia. O be
ati oculi quibus regem seculi mor-
te iam deposita prima est intuita.
Hec est illa femina cuius cuncta cri
mina ad xp̄i vestigia eius lauit gra
tia. Que dum plorat et mens orat
facto clamat quod cor amat iesum
super omnia. Non ignorat quē ado
rat quod precetur sed deletur quod
mens timet conscia. O maria ma
ter pia stella maris appellaris ope-
rum per merita. Matri christi coe-
quata dum fuisti sic vocata sed ho-
nore subdita. Illa mundi impera-
trix ista beata peccatrix letitie pri-
mordia fuderūt in ecclesia. Illa enī
fuit porta per quam fuit lux exorta
Hec resurgentis nuncia mundum

replet letitia. O maria magdalena audi vota laude plena apud christum chorum istum clementer concilia. Ut fons summe pietatis qui te lauit a peccatis seruos suos atque tuos mundet data venia. Hoc dat eis gratia qui regnat per omnia. Amen

Secundum Lucam. vii.

In illo tempore. Rogabat iesum quidam phariseus: vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit quod iesus accubuit in domo pharisei: attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidens autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset propheta: sciret vtique que et qualis est mulier que tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens iesus: dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille dixit. Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori. Unus debebat denarios quingentos/et alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit: Respondens simon: dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et quersus ad mulierem: dixit simoni. Uides hanc mulierem. Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti: hec autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic: qui etiam peccata dimittit: Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Credo dicatur.

Offertorium. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluia. Secreta.

Hanc igitur oblationis hostiam terribilis et piissime deus beata maria magdalene suarum precum cumulet incrementis: et ad remedium nobis prouenire deposcat. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Coio. Feci iudicium et iustitiam domine non calumnientur michi superbi ad omnia mandata tua dirigebar omnem viam iniquitatis odio habui. Postcoio.

Sanctificet nos quesumus domine et muniat intercedente beata maria magdalene diuini muneris sacra libatio: et celestium virtutum coheredes efficiat. Per dominum

Apolinaris martyris. Introitus

Sacerdotes dei benedicite dominum sancti et humiles corde laudate deum. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.

Gloria patri. **Collecta.**
SAncti apolinaris domine confessio recensita conferat nobis pie deuotionis augmētum: qui in tuo nomine perseuerās meruit coronari. Per dñm. **Epla.** Beat⁹ hō qui inuenit sapientiā. **In coi fo. iii.** **R.** Inueni dauid seruum meum oleo sācto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. **V.** Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit eum. Alleluia. **V.** Disposui testamentum electis meis et iuraui dauid seruo meo. **Euangelium.** Facta est contentio inter discipulos. **In coi fo. ii. Offertorium.** Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in noie meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**
MUnera domine oblata sanctifica: et intercedente beato apolinare martyre tuo nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. **Coio.** Semel iuraui in sancto meo semen eius in eternū manebit et sedes ei⁹ sicut sol in cōspectu meo et sicut luna pfecta in eternū et testis in celo fidelis. **Postcoio.**
SAcramentorum tuorum perceptio quesumus domine interueniente beato appolinare martyre tuo salutem mentis et corporis nobis operetur. Per dominum

Christine virginis. Officiū.
LOquebar de testioniis tuis in cōspectu regum et nō confundebar/ et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. **Ps.** Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Gloria patri. **Oratio.**
EXaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate virginis tue christine festiuitate gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur effectu. Per dominum nostrum iesū. **Epistola.** Domine deus meus. **In cōmuni folio. xiiii. R.** Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. **V.** Propter veritatē et mansuetudinem et iustitiā et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. **V.** Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. **Euangelium.** Simile est regnum celorum decem virginibus. **In cōmuni folio xv. Offertorium.** Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.
Secreta.
ACcipe domine munera que in beate virginis tue christine solennitate deferimus: cuius nos scimus patrocinio liberari. Per dñm. **Coio.** Feci iudicium et iustitiam domine non calumnientur michi superbi ad omnia mandata tua dirigebar omnem viam iniquitatis odio habui.
Postcoio.
HEc in nobis domine quesumus gratia tua semper exerceat: et diuinis instauret corda nostra mysteriis: et sācte virginis tue christine commemoratione letificet. Per dominum nostrum.

Jacobi apostoli. Introitus.
MIchi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. **Ps.** Domine probasti

me et cognouisti me tu cognouisti sessio-nē meā et resurrectionē meā. Gl'a. Orō

Esto domine plebi tue sanctificator et custos: vt beati apostoli tui iacobi munita presidiis: et conuersatiōe tibi placeat/ et secura deseruiat. Per dn̄m. Epistola. Jam non estis. In coī folio. i. R. In oēm terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorū. V. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius ānunciat firmamentū. Alleluia. V. Jacobi christi cognate supplantator viciorum peregrinis aduocate et decus apostolorum audi clamores seruorum delendo nostrum reatum apudqz regem celorū nos perduc ad finem beatum. Prosa.

Ut leonis testat' littera. Postq̄ christus transcendit ethera. Victor patris sedens in dextera. In eadem carne non altera. Qua passus est ob nostra scelera opprobria sputa et verbera mortem crucis que sic est aspera vt transcendat tormenta cetera. Postq̄ misit spiritus munera discipulis linguarum genera qui docuit et pati aspera. Apostolus christi egregius zebedei iacobus filius et iohannis frater et socius fortis pugil et veri nuncius. Hierusalem atqz exterius obsequiū quod putat gratius impugnabat rebelles acrius quanto christo herebat artius. Judaica nephanda natio quam non christi conuertit passio id herodis herodi filio intimauit prece et precio. Vt iacobum occidat gladio ne de christo et euangelio predicantis eius officio impuletur eius successio. Sanctitatis illius emuli duo eius fideles famuli a cōspectu regis et populi iopem trahunt corpus discipuli. Nauem intrant sanctus et baiuli que secura omnis periculi transit alta equoris seculi id diuini est amminiculi. In extremis magne hyspanie iuxta portum veteris irie tangunt terram sancte reliquie. Per quattuor leucas galicie locus distat ab hac planicie. Illuc sine mora et requie fert hec turba sanctum et alie ibi sistunt vbi est hodie. Voluntatis dei indicia instrumenta hic sementaria. Inuenta sunt sine custodia quibus super pignora dulcia. Componitur cum festinantia prius arcus et post ecclesia. Ad quam mittunt orandi gratia peregrinos climata omnia. Antiquorum vsus et veterum dixit locum hunc donum liberum hic idolum stabat horriferum sed iacobo cessit imposterum. Seruientes vnus post alterum dormientes ordine funerum quod nō fas sit regum nec procerum loca tenēt duorum laterum. Hic redditur infirmis sanitas. Merentibus redit hylaritas. Visus reddit et fugit cecitas: Lepra partes relinquit obsitas non est dolor nō est aduersitas. Quem non pellat iacobi sanctitas vt credimus et vt est veritas nos pducat ad celi semitas alleluia.

Secundum Matheum. xx.

In illo tempore. Accessit ad iesum mater filiorum zebedei cum filiis suis adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi. Dic vt sedeant hi duo

filii mei: vnus ad dexteram tuā: et
vnus ad ſiniſtrā: in regno tuo. Re-
ſpondens autē ieſus dixit. Neſcitis
quid petatis. Poteſtis bibere calicē
quem ego bibiturus ſū? Dicunt ei:
poſſumus. Ait illis. Calicē quidem
meū bibetis: ſedere autem ad dexte
ram meā/ vel ad ſiniſtram non eſt
meum dare vobis: ſed quibus pa-
ratū eſt a patre meo. Et audientes
decē indignati ſunt de duobus fra-
tribus. Jeſus autem vocauit eos ad
ſe: et ait. Scitis quia principes gen
tium dominātur eorum: et qui ma
iores ſunt poteſtatē exercent in eos
Non ita erit inter vos. Sed quicū-
qʒ voluerit inter vos maior fieri: ſit
ſicut miniſter veſter. Et qui volue-
rit inter vos primus eſſe: erit veſter
ſeruus. Sicut filius hominis non
venit miniſtrari: ſed miniſtrare: et
dare animam ſuam redemptionē
pro multis. C redo. **Offertorium.**
Michi autem nimis honorificati ſunt a
mici tui deus nimis confortatus eſt prin
cipatus eorum.

Secreta.

O Blationes populi tui domiē
queſumus beati apoſtoli tui
iacobi paſſio beata conciliet vt que
noſtris non ſunt apta meritis: fiāt
tibi placita eius deprecatione. Per
dominum. **Prefatio.** Te domine
ſuppliciter. **Coīo.** Vos qui ſecuti eſtis
me ſedebitis ſup ſedes duodeci iudicātes
duodecim tribus iſrael.

Poſtcoīo.

B Eati apoſtoli tui iacobi cuiꝰ
hodie feſtiuitate corpore et ſā
guine tuo nos refeciſti queſumus
domine interceſſiōe nos adiuua ꝑ
cuius ſolennitate percepimus tua
ſancta letantes. Per dominum.

Eodem die chriſtofori et cucufati.

T Jmete domi **Officium**
nū omnes ſancti eius quo
niam nichil deeſt timenti-
bus eum diuites eguerunt et eſuri-
erunt inquirentes autem dominū
non deficient omni bono. **Ps.** Bene-
dicam dominum in omni tempore ſem-
per laus eius in ore meo. Gloria patri.

Collecta.

D Eus per quē fides ignem non
ſentit et infidelitas ſine igne
exuritur: qui beatis chriſtoforo ⁊ cu
cufato martyribus tuis flāma ſan
cti ſpiritus ſuccenſis ſuperare tri-
buiſti ſuorum incendia tormento-
rum: concede propitius per eorum
interceſſionem vt nos famulos tu
os non exurat flamma viciorum:
ſed dilectionis tue amor ingenitus
noſtrorum excoquat rubiginē pec-
catorum. Per dominum noſtrum
Epiſtola. Expectatio iuſtorum. **Jn
coī folio. vi. R.** Timete dominū omēs
ſancti eius quoniam nichil deeſt timenti
bus eum. **V.** Jnquirentes autem domi
num non deficiēt omni bono. **A**lleluia
V. Te martyrum candidatus laudat ex
ercitus. **Euangelium.** Cum audie-
ritis. **Jn cōmuni folio. viii. Offer-
torium.** Letamini in domino et exulta
te iuſti et gloriamini omnes recti corde.

Secreta.

H Oſtias tibi domine pro com
memoratione ſanctorū mar-
tyrum tuorum offerimus: quos a
tui corporis vnitate/ nulla tentatio
ſuperauit. Per dominum noſtrū.
Coīo. Signa eos qui in me credunt hec

sequentur demonia eiicient super egros manus imponent et bene habebunt.

Postcōio.

Repleti cibo potuq; celesti deus noster te suppliciter exoramus: vt in quorum hec cōmemoratione percepimus: eorum muniamur et precibus. Per do.

Sācte anne mr̃is marie. Introitus.

Gaudeamus omnes in dn̄o diem festum celebrātes sub honore beate anne de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. **ps.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri.

Oratio.

Deus qui hodiernam diem beate anne natalicio venerabilē nobis fecisti concede propitius: vt nos qui eam genitricem tue matris cognoscimus/ et fatemur: ipsius apud te intercessionibus adiuuemur. Qui viuis et regnas deus.

Epistola. Mulierem fortem quis inueniet. **vt supra in festo beate marie magdalene. ℞.** Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. **℣.** Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. **A**lleluia. **℣.** Veni electa mea et ponam in te thronū meum quia concupiuit rex speciem tuā.

Sequentia.

Mater matris domini felix felicissimi ioachī cōsorcia Singulari studio pauperum solatio cōferens suffragia. Anna diu sterilis apud deum humilis propter virum anxia. Qui turbatus nimium triste per eloquium datum ad altaria Propter verba presulis iuxta dicem exulis fugit ad ouilia. Quem celestis nūcius pucher et propitius blāda p eloquia soluit a miseria. Per exempla veterum cor fouens et miserum reducens ad gaudia veraci prophetia. Confortauit et monstrauit q̄ mariam egregiam gigneret ex te pia. O parentes q̄ gaudentes q̄ laudantes q̄ laudatos q̄ beatos facit vos hec filia. Hec est rosa gratiosa que de spinis et ruinis et traci inuidia. Antiquorum iudeorum fuit data nobis nata iuxta vaticinia. O q̄ bene genuistis et q̄ mundo profuistis ⁊ q̄ sublimi gloria nobis plaudent celestia. Celi arcem obtinetis qua iam mortem non timetis sed habetis omnia desiderabilia. Quo trahatis nos laudantes et nos vobis famulantes licet rei simus dei confisi clementia. Vt sit nobis coadiutrix nostra data dei nutrix que nos ponat et coronet in celesti curia. In qua simus coronati cum christo in gloria. Amen.

Euangelium. Liber generationis iesu christi filii dauid. **Quere post in natiuitate beate marie. Offertorium.** Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.

Secreta.

Anne beatissime meritis et p̄cibus a deo quoq; sctificet sacrificii presentis oblatio: et fiat peccatoꝝ nostroꝝ remissio: ⁊ sit nobis celestis regni preparatio: et contra inimicos carnales et spirituales defēsio. Per dominum: **Cōmunio:** Diffusa est gratia in labiis tuis propterea be

nedixit te deus in eternũ: **Postcoio:**
Sumpta sacramẽta domine ꝑ-
cibus nos quesumus anne sã-
cte sanctificent: et a periculis presẽ-
tibus et futuris tueatur. Per dñm

Sancti sãsonis. Officium:

Statuit ei dominus testa-
mentum pacis et principẽ
fecit eum vt sit illi sacerdo-
tii dignitas in eternum: **ps.** Miseri-
cordias dñi: in eternum cãtabo. Gloria
patri et filio. **Oratio.**
Omnipotens sempiterne deus
qui in sanctis tuis ꝑcipue lau
daris et mirabiliter predicaris, tri-
bue nobis quesumus hodiernã diẽ
in honore sancti sãsonis cõfessoris
tui atq; pontificis digne celebrare:
qua membris exutus corporeis cele
stibus meruit exultare sacramen-
tis: Per dominum nostrum iesũ:
Epistola. Plures facti sunt sacer-
dotes. **In cõmuni folio. xi. R.** Inue-
ni dauid seruum meum oleo sancto meo
vnxi eum manus enim mea auxiliabitur
ei et brachium meum confortauit eum.
V. Nichil proficiet inimicus in eo et filiꝰ
iniquitatis non nocebit eum. **A**lleluia.
V Gloria et honore coronasti eum domi
ne et constituisti eum super opera manu
um tuarum. **Euangeliũ.** Homo qui-
dam peregre. **In cõi fo. iiii. Offerto
rium.** Veritas mea et mĩa mea cum ip-
so et in nomĩe meo exaltabitur cornu eiꝰ

Secreta.

Concede quesumus omnipo
tens deus: vt hec sacratissima
hostia quã in memoriã et laudem
electi tui sansonis offerimus ante
conspectũ diuine maiestatis tue sit
accepta: vt tam ad corporũ sanita-
tem q̃ ad animarũ proficiat salutẽ
Per dominum nostrum. **Coio.** Do
mine quinq; talenta tradidisti michi ec-
ce alia quinq; superlucratus sũ euge ser-
ue bone et fidelis q̃a in pauca fuisti fide
lis supra multa te constituã intra in gau
dium domini tui. **Postcoio.**
Saciasti domine familiam tu-
am sacratissimis muneribus
que in hac festiua solennitate san-
cti confessoris tui sãsonis atq; pon
tificis offerimus te quesumus: vt
multiplices ecclesie tue pacẽ spem
et charitatem per quas intrare me-
reamur in tuã beatitudinẽ. Per do.

**Sãctorum felicis simplicii fau
stini et beatricis. Officium:**

Sacerdotes eius induant iu
stitiam: et sancti eius exul-
tatione exultabunt. **ps.** Me
mento domine dauid et omnis mansue-
tudinis eius. Gloria patri. **Oratio.**
Presta quesumus domine vt
sicut populus christianꝰ mar
tyrum tuorum felicis simplicii fau
stini et beatricis temporali solenni
tate congaudet ita perfruatur eter
na: et quod votis amantissime cele
brat pio comprehendat effectu. Per
Epistola. Plures facti sunt sacer-
dotes. **In coĩ fo. xi. R.** Sacerdotes eius
induãt salutari et sãcti eius exultatione
exultabunt. **V.** Illuc producam cornu da
uid paraui lucernam christo meo. **A**lle
luia. **V.** Sancti tui domine benedicẽt te
gloriam regni tui dicẽt. **Euangelium**
Sint lumbi vestri precincti. **In coĩ
fo. xii. Offertorium.** Letami
ni in domino et exultate iusti et glori-

amini omnes recti corde. **Secreta.**

Hostias tibi domine pro sanctorum martyrum tuorũ felicis simplicii faustini et beatricis cõmemoratione deferimus: suppliciter deprecantes: vt et indulgẽtiam nobis pariter conferant et salutem Per dominum nostrum. **Cõio:** Iustorum anime in manu dei sunt et nõ tanget illos tormentum malitie visi sũt oculi insipientium mori illi autem sunt in pace. **Postcõio.**

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt sanctorum martyrũ tuorum felicis simplicii faustini et beatricis celestibus mysteriis celebrata solennitas: indulgẽtiam nobis tue propitiationis acquirat. P.

Abdon et sennes. Officium.

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sanguinem sãctorum tuorum qui effusus est. **ps** Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templũ sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomorum custodiã. Gloria patri. **Orõ**

Deus qui sanctis tuis abdon et sẽnem ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratie contulisti: da famulis tuis suorum veniam peccatorum: vt sãctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per dominum nostrũ **Epistola.** Iustorum anime. **In cõi fo. vi. R.** Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. **V.** Dextera tua domie glorificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicos. **Alleluia. V.** Te martyrum candidatus laudat exercitus. **Euangelium.** Videte ne quis vos seducat. **In cõi folio. x. Offertorium** Exultabunt sãcti in gloria letabuntur in cubilibus suis exultatiões dei in faucibus eorũ. **Secre**

Hec hostia quesumus domine quam in sanctorum tuorum nataliciis recensentes offerimus: vt vincula nostre prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona conciliet. Per dominum nostrum. **Cõio.** Iustorum anime in manu dei sũt et non tanget illos tormentum malitie visi sunt oculi insipientium mori illi autem snnt in pace. **Postcõio.**

Per huius dñe operationẽ mysterii et vicia nostra purgent et intercedẽtibus sanctis tuis iusta desideria cõpleãtur. P. **Sãcti germani epi antissiodorẽsis. Introit⁹.**

Statuit ei dñs testamẽtum pacis et principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternũ. **ps.** Ora pro nobis beate germane: vt digni efficiamur promissionibus christi. Gloria patri. **Orõ.**

Presta q̃s omps deus: vt beatissimi germani antistitis et cõfessoris tui: cuius exempla miramur et colimus / et si equari sãctis eius non possumus: saltẽ vestigia sequi / et fidẽ nobis cõtingat imitari. Per dñm. **Epl'a.** Dilectus deo et homini. **In cõi fo. xi. R.** Dñe preuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. **V.** Vitã petiit a te et tribuisti ei longitudinẽ dierum in seculũ sclí. **Alla. V** Dñe

in virtute tua letabitur rex et super salu
tare tuum exultabit vehementer.

Prosa extraordinaria.

Felix germen o germane no-
men geris nõ inane nam vir-
tutis saluifice germen profers ma
gnifice. Antissiodori natus paren-
tibus procreat⁹ fuisti nobilissimis
cultuqȝ preclarissimis. Tu primi-
tus oberrasti cum iuuentam incli-
nasti ad caduca et mundana illa se
quens mente vana. Euestigio adul
tus omni scibili suffultus suscepi-
sti gubernandam burgundiam ac
ducãdam. Regis interim maxime
autritum quam tenerrime pre cete
ris diligebas et presentia ditabas.
Sanctus huic erat amator presul
fidei zelator qui te sibi successurum
dixit et pie victurũ. Inde ad deum
conuersus et a mundanis reuersus
presbyter ab eo factus viam es per-
fectam nactus. Mirum immodũ
vxorem commutasti in sororem bo
na spargis in pauperes deo vt di-
ues fieres. O quis quibit recensere
et que carta continere assiduas vi-
gilias et tuas abstinentias. Nullũ
vnq̃ cõdimentum non vinum nõ
salsamentum sumpsisti neqȝ legu-
men non vel corporis tegumẽ. Bre
ui somno indulgebas sed tunc mẽ-
te vigilabas superiacens cilicio et
stratu cinericio. En sepi⁹ in lachry-
mas resoluebaris maximas cruci-
fixum corde ferens reliquias collo
gerens. Referre virtutees q̃ro quas
maior effectus clero episcopus per-
fecisti imitator factus christi. Trã-
sis nempe in angliam ad pessimã
pelagiam heresim perabolendam
et fidem doces tenendam. Hospici-
um parisius habens semper men-
te pius genouefam sanctam nosti
virginem christo sacrasti. Infirma
tus hospicio ignis flagrat colluuio
domus per tua merita qua stabas
est custodita. Et ecce cum transfre-
tasti pictos anglia fugasti et saxo-
nes vt signifer crucis quoqȝ vexil-
lifer. Repente iubes clamare christi
anos et cantare sic hostes sine san
guine vincuntur mersi flumine.
Ortum item pestiferum dogma i
ibi heresum denuo illuc profectus
omẽs corrigis defectus. Regis chri-
sti te famulum monstras vocans
discipulum tumulo cum te affatur
esse bene se testatur. Dũ ad anglos
predicares ad bonumqȝ prouoca-
res regis vaffri duriciam cõcrepas
et ignauiam. Illum deiicis e thro-
no subulcum nutu diuino pro illo
regem statuis qui te pauit de pa-
scuis. Nam vitulum saginatum
pro te neci destinatũ prece fusa de-
stinasti matri sue redonasti. Illud
quoqȝ q̃ mirandum q̃ magnuȝ q̃
predicandum recolens quis nõ stu
pescat et mente sua dulcescat. Sã-
ctum vocas cassianum de tumulo
eduanũ dicit se fruens quiete cum
christo iesu perpete. Placida regi-
na pia te vocauit e galia delectata
sanctitate tua atqȝ pietate. Rusti-
cum ꝓfectus portas cum fasce col-
lo transportas torrentem dum per
transires charitatẽ ne nescires. Ex
pectatum rauenates te suscipe-
re magnates cum regina et popu-

lo obuiauit dei famulo. Delatum tibi mortuum asinū resuscitasti oblatum equū optimū pauper christi refutasti. Instante vite termino finē tuū cognouisti et reuelante dn̄o celū exultans petisti. Cunctis mortē horribilem obis sed venerabilem nam ad deum recte pergis dū vicia sub te mergis. Ad dicendū nō sufficit tēpus quinimo deficit tua facta recitare que nullus quiret narrare Tres mortuos suscitasti viuēs adhuc in corpore egros claudos reuelasti omī depulso torpore. O q̄ magnū te predicat basilica consecrata et beatū notificat gleba tui reportata. Repulsiones demonū sanitates q̄s hoīm referre si decernerē sub onere deficerē. Vnū te precor germane qui pie inuocantibus te subuenis tam humane meis adesto precibus Amen. Euāgeliū. Sint lumbi. In coī fo. xii. Offertoriū. Veritas mea et mia mea cum ipso et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hec hostia q̄s dn̄e deus noster quā tibi ob honorē sancti confessoris tui atq; pontificis germani imolando deferimus: tuorū nobis tribuat societate gaudere. Per. Coio. Beatus seru⁹ quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē amen dico vobis sup oīa bona sua cōstituet eū. Postcoio.

Deus qui bonitatis es auctor, et bonorū oīm dispēsator: cōcede ppitius: vt qui beati cōfessoris tui atq; pōtificis germani festā celebramus: ei⁹ p̄rocinia atq; suffragia diuine maiestatis ppiciationē q̄sequamur. P. Petri ad vincula. Introit⁹

Nunc scio vere quia misit dominus angelum suū et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. Ps. Et petrus ad se reuersus dixit. Gloria patri. Collecta.

Deus qui beatum petrum apostolum a vinculis absolutum illesum abire fecisti: nostrorū quesumus absolue vincula delictorum et omīa mala a nobis propiciatus exclude. Per dominum nostrum.

Eodem die memoria machabeorū martyrum. Collecta.

Fraterna nos domine martyrum tuorum corona letificet: que et fidei nostre prebeat incitamēta virtutum et multiplici nos suffragio consoletur. Per dominum. nostrum iesum christum filiū tuū. Epistola. Misit herodes rex man⁹. vt supra in festo apostolorum petri et pauli. R. Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. V. Solue iubente deo terrarum petre cathenas qui facis vt pateant celestia regna beatis alleluia. Sequentia. O alma trinitas. In cōmuni folio primo. Alia sequentia extraordinaria.

Cor deuotum vox sonora promat laudes sine mora petri summi presulis Memorando quid sit gestum quare fiat istud festum pro ipsius vinculis. Dux quirinus gutturnosam natam habuit formosam que balbina nomine. Sepissime veniebat ad carce

rem et lambebat pro sui saluamie. Alexandri pape dura vincla quibus omni cura vinctus erat carcere. Quã dulciter remouebat et cathenas admonebat sãcti petri querere. Quibus tactis sanitatẽ et integrã sospitatem posset mox recipere Que accurrens nũciauit patri qui mox destinauit nunciũ eis querere hierusalem quas osculans sanitatem recuperans mox cessit morb⁹ ab illa. Postq̃ fuit osculata ipsas hec fuit sanata pulso morbi pondere. Ob hoc festũ celebrari papa iussit et seruari eductus de carcere. Ergo petro supplicemus et deuote flagitemus vt dissoluat vincula. Peccatorũ et purgatos excipiat et mũdatos in celi cenacula. Amen.

Secundum Matheũ. xvi.

In illo tempore: Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogauit discipulos suos dicẽs Quẽ dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerunt. Alii iohannẽ baptistam/alii autẽ helyam/alii vero hieremiã/aut vnum ex prophetis. Dixit illis iesus. Vos autẽ quem me esse dicitis: Respondens simon petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondẽs autẽ iesus dixit ei. Beatus es simon bariona: quia caro et sanguis nõ reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi: quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiã meam. Et porte inferi nõ preualebũt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorũ. Et quodcunq; ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcunq; solueris super terram: erit solutũ et in celis. Credo. Offertorium. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper et muniat. Per dominum.

De machabeis. Secreta.

Iterata mysteria tua domine pro sanctorum martyrum tuorum meritis deuota mente tractemus: quibus nobis et presidiũ crescat et gaudiũ. Per dñm. Prefatio. Te domine suppliciter. Coĩo. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcoĩo.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine q̃sumus dñe deus noster: vt quod pia deuotione gerimus: certa redẽptione capiamus. Per dominum.

De machabeis. Postcoĩo.

Presta q̃s omps deus: vt quorũ memoriam sacramẽti participatiõe recolimus: fidem quoq; proficiendo sectemur. P dominũ.

Stephani pape et mar. Officiũ.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit̃ plãtatus in domo domini in atriis dom⁹ dei nostri. Ps. Bonũ est cõfiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Gloria. Collecta.

Deus q̃ nos bti stephãi martyris tui atq; põtificis: ãnua solẽnitate letificas: cõcede ppitius vt cui⁹ natalicia colim⁹: de eiusdẽ etiã ptectione gaudeamus. P do. Epla.

Doctrinis variis: In coi fo.iii.R. Iustus non conturbabitur quia domin9 firmat manũ eius. V. Tota die miseret et cõmodat et semen eius in benedictione erit. Alleluia V. Gloria et honore coronasti eum dñe et constituisti eum super opera manuũ tuarũ. Euãgeliũ. Hõ quidã nobil. In coi fo.iiii. Offertoriũ. Inueni dauid seruum meum et in oleo sancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei et brachiuum meum confortauit eum. Secreta.

Munera tibi dñe dicata sanctifica: et itercedẽte beato stephano martyre tuo atq põtifice: per eadẽ nos placatus intẽde. Per. Coio. Dñe quinq talenta tradidisti michi ecce alia quinq superlucratus sũ euge serue bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudium domini tui. Postcoio.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: et itercedẽte beato stephano martyre tuo atq pontifice: celestis remedii faciat esse cõsortes. Per dñm. Inuẽtio sancti stephani prothomartyris gamalielis nichodemi et abilon. Introitus

Etenĩ sederunt principes et aduersum me loquebãtur: et iniqui persecuti sunt me adiuua me domine deus meus: qa seruus tuus exercebatur in tuis iustificationibus. Ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Gloria patri. Collecta.

Presta quesumus omĩpotens deus: vt beatus stephanus leuita magnificus: sicut ante alios imitator dominice passionis et pietatis enituit: ita sit fragilitatis nostre promptus adiutor. Per eũdem Alia Oratio.

Deus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis: quiq hodierna die beatorum nichodemi gamalielis atq abilon inuentionem gloriosam reuelasti: da nobis quesumus in eterna letitia de eorũ societate gaudere. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum.

Lectio actuũ apostolorũ. vi.

In diebus illis. Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerũt autem quidam de synagoga que appellatur libertinorum/et cyrenensium/et alexandrinorum. et eorum qui erant a cilicia et asia disputãtes cum stephano. Et non poterant resistere sapientie et spiritui qui loquebatur. Audientes autem hec: dissecabantur cordibus suis: et stridebant dentibus in eum. Cum autem esset stephanus plenus spiritusancto intẽdens in celum / vidit gloriam dei: et iesum stantem a dextris dei: et ait. Ecce video celos apertos: et filium hominis stãtem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas. et impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant. Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis: qui vocabatur saulus. Et lapidabant stephanum inuocantem et dicentem. Domine iesu: suscipe spiritum meum.

Positis autem genibus exclamauit voce magna dicēs. Domine: ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset: obdormiuit in domino. R. Sederunt principes et aduersum me loquebantur et iniqui persecuti sunt me. V. Adiuua me domine deus meus saluū me fac propter misericordiam tuā. Alleluia. V. Video celos apertos et iesum stātem a dextris virtutis dei all'a. Prosa.

Prothomartyr et leuita clarus fide clarus vita clarus et miraculis. Sub hac luce triūphauit et triumphans insultauit stephanus incredulis. Plenus sanctospū penetrat intuitu stephanus celestia. Videns dei gloriam crescit ad victoriam suspirat ad premia. Se cōmendat saluatori p quo dulce duxit mori sub ipsis lapidibus. Saulus seruat omniū vestes lapidantiū lapidās in omibus. Ne peccatum statuatur his a quibus lapidat genu ponit et precatur condolens insanie. In christo sic obdormiuit qui christo sic obediuit et cum christo semp viuit martyrū primitia. Quod sex suscitauerit mortuos in affrica augustinus asserit fama refert publica. Huius dei gratia reuelato corpore mūdo datur pluuia siccitatis tēpore. Solo fugat hic odore morbos et demonia laude dignus et honore iugiqz memoria. Martyr cuius est iocundū nomen in ecclesia languescentem foue mundum celesti fragrantia. Amen.

Secundum Matheum. xxiii.

In illo tēpore. Dixit iesus turbis iudeorum / et principibus sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos prophetas / et sapiētes / et scribas. Et ex illis occidetis et crucifigetis: et ex illis flagellabitis in synagogis vestris. Et persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat sup vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine abel iusti vsqz ad sanguinē zacharie filii barachie: quem occidistis inter tēplū et altare. Amen dico vobis: venient hec omia super generationem istā. Hierusalem hierusalē que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiens volui congregare filios tuos queadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: nō me videbitis amodo donec dicatis. Benedictus q venit: in nomine domini. Offertorium. Elegerunt apostoli stephanum leuitam plenū fide et spiritusancto quem lapidauerunt iudei orantem et dicentem dn̄e iesu accipe spiritū meum all'a. Secreta.

Grata tibi domine sint qs munera nostre deuotionis hodierne: que per beati stephani prothomartyris tui inuentione cōmemoratio gloriosa depromit. Per dn̄m.

Alia. Secreta.

Munera tibi domie dicata nostre deuotionis offerimus: q et pro tuorum tibi grata sint honore sanctorum: et nobis te miserāte salutaria reddantur. Per dominū.

Coio. Video celos apertos et iesum stātem a dextris dei domine iesu accipe spiritum meū et ne statuas illis hoc peccatū

quia nesciunt quid faciunt. Postcõio.

Quesumus oṗs deus: vt sicut diuina laudamus in sācti ste phani prothomartyris gloriosa inuentione magnalia: sic indulgentiam tuam eius precib⁹ cõsequamur.

Alia postcommunio

Quesumus dñe salutaribus repleti mysteriis: vt sanctorum nichodemi gamalielis atq; abibon quorum inuentionis solennia celebramus: eorū orationibus adiuuemur. Per dominū.

Dominici confessoris. Introit⁹.

Os iusti meditabitur sapiētiam et ligua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignātibus neq; zelaueris facientes iniquitatē Gloria pa.

Collecta

Deus qui ecclesiam tuam beati dñici confessoris tui illuminare dignatus es meritis et doctrinis concede: vt eius intercessione tēporalibus nō destituatur auxiliis. et spiritualibus proficiat incrementis. P. Epl'a. Iustū deduxit In coī fo xi. R. Os iusti meditabit' sapientiā et lingua eius loquet' iudiciū. V. Lex dei ei⁹ in corde ipsius et nō supplātabūtur gressus eius. All'a. V. Posui adiutoriū sup potentē et exaltaui electū de plebe mea. Euā. Nemo accēdit lucernā. In coī fo. xii. Offr'. Veritas mea et mīa mea cū ipso et ī noīe meo exaltabit' cornu ei⁹. Secr'.

Munera tibi dñe dicata sctifica et meritis beati dñici cõfessoris tui nobis pficiāt ad medelā. P. Coīo. Fidelis seruus ꝛ prudēs quē cõstituit dñs sup familiā suā vt det illis ī tēpore tritici mēsurā. Postcõ.

Concede q̄s oṗs deus: vt qui peccatorꝫ nostrorꝫ pondere premimur: beati dñici cõfessoris tui ī patrocinia subleuemur. P dñm

In trāsfiguratiōe do. no. ie. xpi. Intr.

Uiderūt ingressus tuos deus ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Ps. Illuxerūt coruscatiões tue orbi terre: cõmota est et cõtremuit terra. Gl'a. Orõ

Deus q̄ fidei sacramēta ī vnigeniti filii tui gloriosa trāsfiguratiōe patrꝫ testionio roborasti ꝛ adoptionē filiorꝫ pfectā voce de celo lapsa ī nube lucida mirabilit' pfignasti cõcede ppicius: vt ipsius regis glorie nos coheredes efficias / et eiusdē glorie tribuas esse consortes. P eūd

Lcõ ep'le beati petri apl'i. ii. i. c

Charissimi: Nō doctas fabulas secuti notā facimus vobis dñi nostri iesu xpi virtutē et presentiā sed speculatores facti illius magnitudis. Accipiens aūt a deo patre honorē ꝛ gloriā: voce ad eū delapsa huiusmodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene cõplacui / ipsū audite. Et hanc vocē nos audiuimus de celo allatā: cū essemus cū ipso in monte sācto. Et habemus firmiorē ppheticū sermonem: cui benefaciatis attendētes quasi lucerne lucēti in caliginoso loco: donec dies lucescat / ꝛ lucifer oriatur in cordibus vestris. Hoc primū intelligētes: ꝙ oīs pphetia scripture propria interpretatiōe non fit Nō enim volūtate humana allata

est aliquando pphetia/sed spũ sctõ i spirati:locuti sunt sancti dei hoïes. ℟. Cãtate dño et benedicite noĩ eius an-nunciate de die in diem salutare eius. ℣. Annũciate inter gentes gloriã eius in oĩbus populis mirabilia eius. Alla. ℣. Cã dor est lucis eterne speculũ sine macula et imago bonitatis illius allã. Prosa.

Adest dies celebris quo pacat⁹ miseris deus demõstrat. Eius vnigenitũ profert nã in mediũ luce trãsformatũ. Mentes vt alliciat in-firmas et prouehat in supernum stratũ. Ubi nexu liberi mõtes facti lucidi sancti gloriãtur. Cõfirmati luminis fontis sacri numinis vino debriati. Obsequuntur laudibus i-tentisqȝ vultibus semper speculan-tes hec pandũtur hodie mõtis in ca cumine christo rutilante. Uocantur patricii vatũ et apostoli ad tantum aspectũ Declarat se dñm mortis et viuentiũ priscis nũciatũ. Animant ceteri morte plecti auidi quã sic for-midarunt. Fiũt testes solidi digni-tatis dñi quẽ nẽpe probarũt. Cohe-redes filios ad grãdes et paruulos patri aggregandũ. Quibus taber-nacula prestãda in gloria sunt iam preparata Quorũ nos efficiat cõsor tes qui premiat in vita beata. Amẽ

Secundũ Matheum. xvii

In illo tpe: Assũpsit iesus petrũ et iacobũ/ et iohannẽ fratrem eius:⁊ duxit illos in mõtẽ excelsũ se-orsum et trãsfiguratus est ante eos Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimẽta autem eius facta sunt al ba sicut nix. Et ecce apparuerũt eis moyses ⁊ helyas:cũ eo loquẽtes Res põdẽs aũt petr⁹ dixit ad iesũ Dñe:bo nũ est nos hic esse Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula: Tibi vnũ/moysi vnũ/et helye vnũ. Adhuc eo loquen-te:ecce nubes lucida obũbrauit eos Et ecce vox de nube dicẽs. Hic est fili us meus dilectus:i quo michi bene cõplacui. Ipsũ audite. Et audiẽtes discipuli:ceciderũt in faciem suam et timuerũt valde. Et accessit iesus et tetigit eos:dixitqȝ eis. Surgite et nolite timere. Leuãtes autẽ oculos suos neminẽ viderũt: nisi solũ iesũ. Et descẽdẽtibus illis de mõte:prece-pit eis iesus dicens. Nemini dixeri-tis visionẽ donec filius hoïs a mor-tuis resurgat. Credo. Offer. Gloria et diuitie i domo eius et iusticia eius ma-net in seculũ seculi allã Secreta

Oblata qs munera dñe glorio sa vnigeniti tui trãsfiguratio ne sãctifica:nosqȝ a peccatoꝝ nostro rũ maculis splẽdoris ipsius illustra tione emũda. Per eũdẽ. Prefatio de trinitate. Infra canonẽ. Intra quo rũ nos cõsortiũ nõ estimator meri-ti sed venie qs largitor admitte. P. christũ dñm nrm. Bñdictio vue. orõ

Benedic dñe et hos fructus no uos vue:quos tu domie de ro-re celi et inundantia pluuiarũ et tẽ poꝝ serenitate atqȝ trãquillitate ad maturitatẽ perducere dignat⁹ es:et dedisti eos in vsus nostros cũ grati-arũ actiõe pcipere. In noïe dñi nri iesu xpi. Per quẽ hec oïa dñe sẽper bona creas. et ce. Coïo. Viderunt oẽs fines terre salutare dei nostri. Postcoïo

Presta qs ops deus vt sacrosã cte transfigurationis myste-

ria/que solenni celebramus officio: purificate mentis intelligentia consequamur. Per dominū.

Sixti pape et martyris. Introit⁹

Sacerdotes tui dñe induant iusticiam et sancti tui exultent: propter dauid seruū tuum non auertas faciē christi tui. ps Memento dñe dauid: et oīs mansuetudinis eius. Gloria. Oratio.

Deus qui cōspicis: quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propicius/ vt intercessione beati sixti martyris tui atq; pontificis contra oīa aduersa muniamur. Per dñm. Epla. Benedictus deus. In coī folio xi. R. Sacerdotes eius induant salutari et sancti eius exultatione exultabunt. V. Illuc producam cornu dauid parauī lucernā christo meo. Allā. V Disposui testamētū electis meis et iuraui dauid seruo meo Euā Ecce ego mitto In coī fo. ii Offr. Inueni dauid seruum meū et in oleo sancto vnxi eū man⁹ eni mea auxiliabit ei et brachiū meū confortauit eū Secreta.

Sacrificiis presentibus q̄s dñe intende placatus: vt et deuotioni nostre proficiāt et saluti. Per dñm. Coīo. Fidelis seruus et prudens quē cōstituit dñs super familiā suā vt det illis in tēpore tritici mensurā. Postcoīo

Presta q̄s dñe de⁹ noster: vt cuius nobis festiuitate votiua sunt sacramenta: eius salutaria nobis intercessione reddātur. Per do.

Eodē die felicissimi et agapiti martyrum Oratio

Deus qui nos concedis sanctorum martyrū tuorū felicissimi et agapiti natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per dñm. Secreta

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerimus que et pro tuorū tibi grata sint honore iustorū: et nobis salutaria te miserāte reddantur. Per dominū. Postcoīo

Presta nobis dñe q̄s intercedētibus sāctis tuis felicissimo et agapito: vt que ore contigim⁹ pura mente capiamus. Per dominū

Donati episcopi et mar. Officiū

Iustus non conturbabit q̄r dñs firmat manū eius: tota die miseretur et cōmodat et semē eius in benedictiōe erit in eternū conseruabitur. ps. Noli emulari in malignantibus neq; zelaueris facientes iniq̄tatē. Gloria patri Oratio

Deus tuorū gloria sacerdotum presta q̄s: vt sancti martyris et epī tui donati cuius festa gerimus/ sentiamus auxiliū. P. Epla. Dedit dñs confessori. In coī folio xi. R. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. V. Ad annūciandū mane miam tuā et veritatē tuam per noctē. Allā. V. Beatus vir qui timet dñm in mandatis eius cupit nimis. Euā Qui amat patrē aut. In coī fo ix. in diuisiōe Offr. Gloria et honore coronāsti eum et constituisti eum super opera manuū tuarū dñe. Secreta

Presta q̄s dñe vt precibus sancti martyris tui episcopi donati quem ad laudē noīs tui dicatis muneribus honoramus: pie nobis deuotionis fruct⁹ accrescat. P. Coīo Beatus seruus quem cum venerit domi-

nus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eū.

Postcommunio

Omnipotens et misericors de⁹ qui nos sacramentorū tuorꝝ ꝛ participes efficis et ministros: pſta q̄s vt intercedēte beato martyre tuo atq; pōtifice donato/eisdē et fidei ꝑficiamus augmēto: et beatitudinis iungamur consortio. p. Ciriaci largi et smaragdi. Introitus.

Timete dn̄m oēs sancti eius quoniā nichil deest timentibus eū: diuites eguerunt et esurierūt inquirētes autē dn̄m non deficient oī bono. ps. Benedicā dn̄m i omi tēpore semper laus eius in ore meo. Gloria patri. Collecta.

Deus qui nos ānua beatorum martyrum tuorū ciriaci largi et smaragdi solēnitate letificas/ cōcede propicius: vt quorꝝ natalicia colimus virtutē quoq; passionis imitemur. Per dn̄m. Epla. Respōdens vnus de senioribus. In coi fo. vii. ℟ Timete dn̄m oēs sācti ei⁹ quoniā nichil deest timētibus eū. ℣. Inquirētes autem dn̄m non deficiēt omi bono. Allā. ℣. Te martyrū cādidatus laudat exercitus. Euāg. Attendite a fermento. In coi folio. viii. Offꝛ. Letamini i dn̄o et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta

Accepta sit in cōspectu tuo dn̄e nostra deuotio: et eorū nobis fiat supplicatione salutaris: pro quorum solennitate defertur. p. Coio. Signa eos qui in me credunt hec sequentur in nomie meo demonia eiicient super egros manus imponent et bene habebūt.

Refecti participatione muneris sacri q̄s dn̄e deus noster: vt quorum exequimur cultū: sētiam⁹ effectum. Per dn̄m. Postcō

In vigilia scti Laurētii. Introit⁹.

Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi cornu eius exaltabitur in gloria. ps. Beatus vir qui timet dn̄m in mandatis eius volet nimis.

Oratio

Adesto domine supplicationibus nostris: et intercessione beati laurentii martyris tui ꝑpetuā nobis misericordiā tuam benignus impende. Per dominum Epla. Confitebor tibi domine rex. In coi folio xiiii. ℟. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculū seculi. ℣. Potens in terra erit semen eius generatio rectorū benedicet. Euā. Si quis vult post me venire. In coi folio iiii. Offꝛ. Orō mea mūda est et ideo peto vt detur locus voci mee i celo quia ibi est iudex meus et conscius meus in excelso ascēdat ad dominum deprecatio mea. Secreta.

Hostias dn̄e quas tibi offerimus propicius suscipe: et intercedente beato laurētio martyre tuo vincula peccatorꝝ nostrorꝝ absolue. Per dn̄m. Coio. Qui vult venire post me abneget semetipsū et tollat crucē suā et sequatur me. Postcoio

Da q̄s dn̄e deus noster: vt sicut beati laurētii martyris tui cōmemoratione tēporali gratulamur officio: ita ꝑpetuo letemur aspectu. P. In die beati Laurentii Introitus

Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctitas et magnificentia in sanctifi-

catione eius. ps. Cantate domino cāticū nouū: cātate dn̄o oīs terra. Glā. Orō

O A nobis q̄s op̄s deus: viciorū nostrorū flāmas extinguere: q̄ beato laurētio tribuisti tormentorū suorū incendia superare. p dn̄m

Ad corinthios. scd̄e ix

F Ratres. Qui parce seminat parce et metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictiōibus et metet. Unusquisq; prout destinauit in corde suo: non ex tristicia/aut necessitate. Hylarem eni datorē diligit deus. Potens est eni deus omnē gratiā abundare facere in vobis: vt in omnibus semper oēm sufficientiā habentes: abūdetis in omē opus bonū: sicut scriptū est. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in eternū. Qui autem administrat semen seminātī: et panē ad manducādū prestabit. Et multiplicabit semen vestrū: et augebit icremēta frugum: iusticie vestre. R. Probasti domine cor meum et visitasti nocte. V. Igne me examinasti et non est inuenta in me iniq̄tas. Alleluia. V. Leuita laurētius bonū opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminauit et thesauros ecclesie dedit pauperibus.

Sequentia

P Runis datū admiremur laureatū veneremur laudib⁹ laurentiū. Veneremur cum tremore deprecemur cum amore martyrē egregiū Accusatus non negauit sed pulsatus resultauit in tubis ductilibus Cum in penis voto plenis exultaret et sonaret in diuinis laudibus. Sicut corda musicorum tandē sonum dat sonorum plectri misterio. Sic i cheli tormentorum melos christi cōfessorū dedit huius tensio Deci vide quia fide stat inuictus iter ictus minas et incendia. Spes interna vox superna consolātur et hortanī virū de cōstantia. Nam thesauros quos exquiris per tormenta non acquiris tibi sed laurentio. Hos in christo coaceruat huius pugnā christ⁹ seruat triumphantis premio. Nescit sācti nos obscurū vt in penis quid ipurū fide tractet dubia. Neq; cecis lumen daret si nō eum radiaret lumis presentia. Fidei confessio lucet in laurētio non ponit sub modio statuit in medio lumē eo₄ oīb⁹. Iuuat dei famulum crucis sue baiulū assū quasi ferculū fieri spectaculū angelis et gentibus. Non abhoret prunis voluī qui de carne cupit solui et cū christo viuere Neq; timet occidentes corpus sed non preualentes aīam occidere. Sic vasa figulorū probat fornax et eorū solidat substantiā. Sic et ignis hunc assatū velut testem solidatum reddit per constantiā. Nā cum vetus corrūpatur alter homo renouatur veteris incendio. Unde nimis confortatus est athlete pricipatus i dei seruicio Hunc ardorē factū foris putat rorem vis amoris et zelus iusticie. Ignis vrens non cōburens vincit prunas quas adunas o minister impie. Parū sapis vim sinapis si non tangis si non frangis et plus fragrat quando flagrat th⁹ iniectum ignibus. Sic artatus et assatus sub labore sub ardore dat odorē pleniorem martyr de virtutibus. O laurenti laute nimis rege victo

rex sublimis regis regum fortis miles qui duxisti penas viles certans pro iusticia. Qui tot mala devicisti cōtēplādo bona christi fac nos malis insultare fac de bonis insultare meritoꝝ gratia. Amē. Euā. Nisi granum frumēti. In coī fol. iiii. Offꝫ. Confessio et pulcritudo in conspectu eiꝰ sanctitas et magnificētia in sanctificatione eius. Secreta.

Accipe q̄s dn̄e mūera dignāter oblata: et beati laurētii suffragātibꝰ meritis ad nostre salutis auxiliū ꝑuenire cōcede. p d. Coīo. Qui michi ministrat me sequatur et vbi ego sū illic et minister meus erit. Postcoīo

Sacro munere saciati supplices te dn̄e depcamur: vt quod debite servitutis celebramus officio: intercedēte btō laurentio martyre tuo salvatiōis tue sētiamus augmētū. p. De scō tyburcio. Officium

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit plātatus in domo dn̄i in atriis domꝰ dei nr̄i. ps. Bonū est cōfiteri dn̄o: et psallere nomi tuo altissime. Gloria patri. Oratio

Beati tyburcii nos dn̄e foveāt cōtinuata presidia: qꝛ nō desinis ꝓpicius intueri quos talibus auxiliis cōcesseris adiuvari. p. Epistola Nemo militās. In coī fo iii ℞. Os iusti meditabit sapiētiā et linguā eius loquitur iudiciū. ꝟ. Lex dei eiꝰ in corde ipsius et non supplantabūtur gressus eius. Allā ꝟ. Gloria et honore coronasti eum dn̄e ⁊ cōstituisti eum super opera manuū tuaꝝ. Euāg. Qui vos audit. In coī fol. v. Offꝫ. In virtute tua dn̄e letabit iustus et sup salutare tuū exultabit vehementer. desideriū aīe eius tribuisti ei. Secreta

Adesto dn̄e precibus populi tui adesto muneribus: vt q̄ sacris sūt oblata mysteriis/ tuoꝝ tibi placeāt itercessione scōꝝ. p dn̄m Coīo Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso. Postcoīo

Sumpsimus dn̄e pignus redēptionis eterne: sit nobis q̄s iter veniēte beato tyburcio martyre tuo vite presētis auxiliū pariter et future. p. In octa. sācti laurētii. Oratio

Excita dn̄e in ecclia tua spm̄ cui btūs laurētius levita servivit vt eodē nos replēte studeamus amare quod amavit ⁊ ope exercere quod docuit. Per dn̄m. Secreta

Sacrificiū nostrū tibi dn̄e q̄s beati laurētii martyris precatio sancta cōciliet: vt cuius honore solēniter exhibet meritis ipsius efficiat acceptū. Per. Postcoīo

Supplices te rogamus omīps deus vt quos donis celestibꝰ saciati intercedēte btō laurētio martyre tuo ꝑpetua ꝓtectione custodias. p

Nota q̄ si festū sācti tyburcii vel sācti ipoliti die dn̄ica vel quacūqꝫ die evenerit missa erit de scō cuiꝰ festū erit. In crastino sci tyburcii erit missa de scō laurētio. Officiū. Confessio ⁊ pulcritudo vts. Oro. Excita q̄s dn̄e. cū Secreta et Postcoīo. sine sequētia. Cetera sicut in die sine. Gloria in ex. nisi fuerit dn̄ica Et sine sequētia etiā si fuerit dn̄ica Ipoliti sociorūqꝫ eius Introitus

Iusti epulētur et exultent in cōspectu dei et delectent in

leticia. Ps. Exurgat deus et dissipent inimici eius: et fugiant qui oderunt eū a facie eius. Gloria patri. Collecta

DA nobis qs ops deus: vt b̄ti ypoliti martyris tui sociorūq̧ eius venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. Per.

Ep̄la. Sancti per fidē. In coī fo. vi

R̄. Iustorū aīe in manu dei sūt et non tāget illos tormētum malicie. V̄. Visi sunt oculi insipientiū mori illi autē sūt i pace

All'a. V̄. Iusti epulētur et exultēt in conspectu dei et delectent̄ in leticia. Euāg.

Attendite a fermēto. In coī folio ix

Offr̄. Aīa nostra sicut passer erepta est de laqueo venātium laque⁹ cōtrit⁹ est et nos liberati sumus. Secreta.

REspice dn̄e ad munera populi tui sctōꝝ tuoꝝ festiuitate votiua: et tue testificatio veritatis nobis proficiat ad salutē. P. Coīo.

Dico aūt vobis amicis meis ne terreamini ab his quibos persequētur. Postcō.

SAcramentoꝝ tuoꝝ dn̄e communio sumpta nos saluet ⁊ in tue veritatis luce cōfirmet. Per.

Eodem die sācte radegūdis. Orō.

DEus qui beatā āncillā tuā radegundē in sexu fragili cōstitutam sanctificasti vocatione misericordie et assūpsisti hodierna die felici cōsūmatiōe per ipsius merita suscipe propicius preces nostras: et presta: vt sicut tecū est illa meritis ita a nobis non recedat exēplis. P.

Secre.

MUnera dn̄e que tibi offerim⁹ in festiuitate beate radegūdis quesumus suscipe et presta: vt sicut illa tecum est meritis ita a nobis nō recedat exemplis per dn̄m. Postcoīo

DEus qui sanctā hui⁹ diei solennitatē venerabilē nobis pro depositione beate radegūdis ecclesie tue cōsecrasti: suscipe propicius ipsa interueniente oratiōnē nostram et tribue nobis: per hec sācta mysteria que sūpsim⁹ misericordiā vt eius suffragantibus meritis: ab omnibus huius vite periculis liberemur. Per dominum.

In vigilia assumptionis beate marie. Ad missam. Introitus.

SAlue sācta parēs enixa puerpera regē qui celum terramq̧ regit i secula seculorum. Ps. Post partum virgo inuiolata permāsisti dei genitrix intercede pro nobis. Gloria patri et. Oratio

DEus qui virginalē aulā beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da quesumus vt sua nos defensione munitos iocūdos faciat sue interesse festiuitati Qui viuis et.

Lcīo libri sapiētie. eccl'iastici. xxiiii.

AB inicio et ante secula creata sū: ⁊ vsq̧ ad futurū seculū nō desinā: et in habitatione sctā coram ipso ministraui. Et sic in syō firmata sum/ ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalem potestas mea. Et radicaui i populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illi⁹. Et in plenitudine sanctorum: detētio mea. R̄.

Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V̄. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera

ra fact⁹ homo. Sine allła. ꝓpter ieiuniū. Secundum Lucam. xi.c

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocem quedam mulier de turba: dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo. Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Offertoriū

Felix nāqȝ es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster allła. Secre.

Magna est domīe apud clemētiā tuā dei genitricis oratio: quam idcirco de p̄sēti seculo trāstulisti vt ꝓ peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per eūdē

Coīo. Beata viscera marie virginis que portauerūt eterni patris filiū. Postcō.

Concede misericors deus fragilitati nostre p̄sidiū: vt qui sācte dei genitricis requiē celebram⁹: intercessiōis eius auxilio a nostris iīquitatib⁹ resurgam⁹. P eūd.

In die assumptionis beate marie. Ad missam. Introitus.

Gaudeamus oēs in domino diē festū celebrātes sub honore marie virginis de cuius assūptione gaudent angeli ꝛ collaudāt filiū dei. ps. Eructauit cor meū verbū bonum dico ego opera mea regi. Gaudeam⁹ oēs in dn̄o Gloria patri. Gaudeam⁹ oēs. Oratio

Famulorū tuorū q̄s dn̄e delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nostris non valem⁹/ genitricis filii tui domini nostri intercessione saluemur. Per eūdē dn̄m nostrum iesum cristum filium tuum qui tecum viuit et regnat ī vnitate spiritus sancti deus. per omia secula seculorum. Amen.

Lect. libri sapiētie ecclasiastici. xxiiii.

In omnibus requiem quesiui: et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Et dixit michi. In iacob inhabita et in israel hereditare: ꝛ ī electis meis mitte radices. Et sic in syō firmata sū: et in ciuitate sanctificata similiter requieui: et in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in libano: et quasi cypressus in monte syon. Quasi palma exaltata sum in cades: et quasi plantatio rose in hierico. Quasi oliua speciosa in campis: et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi myra electa: dedi suauitatem odoris. ℟. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et iclina aurē tuā q̄a cōcupiuit rex speciē tuam. Alleluia. ℣. Hodie maria virgo celos ascendit gaudete quia cū christo regnat in eternum. Prosa

Aue virga prime matris eue florēs rosa processit maria. Oritur vt lucifer inter astra etherea per pulchra vt luna. Flagrescit vltra omnia balsama pigmenta ꝛ

timiamata. Purpurea vt viola rosi dans vt rosa candens vt lilia. Patris summi quam elegit proles deica vt assumeret carnem sacrosanctã ex virginis carne incorrupta. Celsus nunciat gabriel noua gaudia eterni regis exortum in terra matremqꝫ eius ita salutat. Aue maria domini mei mater alma celica plena gratia. Tu benedicta regem in secula paries effecta orbis regina. Fecũda ego inquit quomodo esse queam cum virum non cognoscã ex quo sum nata et semper permanens virgo pudica. Ne timeas respondit ãgelus sanctum pneuma descendet in te casta quo fecunda ta paries deum et hominem vna. O vere sancta atqꝫ amãda ex qua est orta redemptio nostra sal⁹ quoqꝫ mundi vera qꝫ vita. O dei genitrix pia suscipe nostra hac die precata in qua es assũpta ad celi claustra. Tu es enim patri chara tu es iesu mater bona tu sanctispiritus es templum facta. Tu es pulchra dei sponsa tu regem christum enixa domina es in celo et in terra. Hodie namqꝫ curie celestis tibi obuia agmina te assumpserunt ad palatia stellata. Jesus et ipse festinus tibi matri cum angelis occurrens se de paterna secum locauit in secula. Jam cum deo regnas nostra excusa clemens mala poscens cũcta bona. O benigna. Mediatrix nostra que es post deum spes sola tuo filio nos representa. Vt in poli aula leti iubilemus alleluia.

Secundum Lucam. x. ca.

In illo tẽpore. Intrauit iesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. et huic erat soror nomine maria: que etiã sedens secus pedes domini: audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit: et ait. Domine: non est tibi cure: qꝫ soror mea reliqt me solam ministrare: Dic ergo illi: vt me adiuuet. Et respõdens: dixit illi dominus. Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro: vnum est necessarium Maria optimam partẽ elegit: que non auferet ab ea. Credo. Offertoriũ. Felix namqꝫ es sacra virgo maria et omni laude dignissima quia ex te ort⁹ est sol iusticie christ⁹ deus noster alleluia.

Subueniat domĩe Secreta. plebi tue dei genitricis oratio: quam et si pro conditione carnis migrasse cognoscimus: in celesti gloria apud te pro nobis orare sẽtiamus. Per eundẽ dñm nostrum iesum christum filium tuum/ qui tecum viuit et regnat ĩ vnitate spiritus sancti deus. Per oĩa secula. s.

Prefatio. Et te ĩ assũptiõe. Et per octa. Cõ. Btã es virgo maria dei genitrix que credidisti dominum perfecta sũt in te que dicta sũt tibi ecce exaltata es super choros angelorum intercede pro nobis ad dominum deum nostrũ. Postcõ.

Mense celestis participes effecti imploramus clemẽtiam tuam domine deus noster: vt qui festa dei genitricis colimus: a cunctis malis imminentibus eius in-

tercessionibus liberemur. Per dñz.

Per octabas assumptionis beate marie. Oratio.

Presta quesumus omipotēs deus: vt beate marie semper virginis frequētata solennitas: et presentis vite nobis conferat remedia et premia concedat eterna. Per eundem. Secreta

Grata tibi sint domnie munera quib⁹ beate marie semper virginis recolere gaudemus festiuitatem. Per do. Postcoio.

Da nobis quesumus omipotens deus ipsius repetite festiuitatis gaudia venerari: cuius integra virginitate salutis nostre suscepimus auctorē dominum nostrum iesum christum. Qui tecū.

Nota q per octabas btē marie virginis dicendum est ad missam Gloria in excelsis. Sequētia. Credo. Et pfatio siue fuerit festū siue non Item nota q per octabas assūptionis dicat ad missam vicissim vna die Salue sancta parens. Totum sicut est i vigilia. Oratio. Presta q̄s vts. cum. Secreta et postcō.

In crastino assumptionis secūdum vsum ecclesie andegaueñ. celebratur translatio sancti maurilii. Officium Statuit. sicut i festo ipsius. Cōmemoratio de btā maria oratio. Presta q̄s. vts Nisi fuerit dominica. Si fuerit dñica i crastino assumptionis tunc celebrabis secūdum ordinarium andegaueñ. ecclesie translationem sancti renati et facies totum officium sicut i festo eiusdem quia semper celebratur proximiori dominica post assūptionē beate marie. Et tūc die lune sequēti fiet officium de translatione sācti maurilii. Nota q in crastino assumptionis beate marie est dedicatio ecclesie sancti mauricii andegaueñ. Et eadē die armagilli confessoris. Oratio.

Deus qui hodierna die beatū armagillum cōfessorem tuū onere carnis deposito in celi palatio collocasti tribue quesum⁹ vt ipso ductore valeamus ad optatā patriam peruenire. Per. Secreta

Hostias quas offerim⁹ in honore beati armagilli cōfessoris tui acceptare digneris domine de⁹: vt per eas mereamur bona trāsitoria sic transire q possim⁹ ad ea que non transeunt peruenire. Per dominū. Postcoio.

Concede nobis clemētissime pater per virtutē huius sacramenti intercedente beato armagillo cōfessore tuo mūdi pericula carnis desideria et latētis inimici insidias superare. P. In aliis aūt ecclesiis missa fit de octabis btē marie vir. alternatiue de vigilia vna die et alia die sicut in die eiusd assūptionis cū sequētia qualibet die de beata maria quam volueris. In octabis sancti laurentii. Officium.

Probasti dñe cor meū et visitasti nocte igne me examinasti et nō est iuēta i me iniquitas. ps. Exaudi dñe iusticiā meā intende deprecationē meam. Glā. Oratio

Beati laurētii nos faciat dñe passio venerāda letantes: et vt

eā sufficiēter recolam⁹ dignos effici at p̄ꝛōptiores. Per do. Epl'a. Cōfitebor tibi dn̄e. In coī fo. xiiii. R. Probasti dn̄e coꝛ meū et visitasti nocte. V. Igne me examinasti et non est inuēta in me iniquitas. Allā V. Leuita laurenti⁹ bonū opus operatus est qui per signū crucis cecos illuminauit et thesauros ecclesie dedit paupeꝛibus. Euāg. Nisi granum frumenti. In coī folio. viii. Credo. Offer. Orō mea mūda est et ideo peto vt det locus voci mee i celo quia ibi est iudex meus et conscius meus in excelso ascēdat ad dominum depꝛecatio mea. Secreta.

Beati laurētii martyris tui honoꝛabilē passionē muneribus dn̄e gemiātis exeqmur que ꝛ tibi q̄s grata fiāt et nos a nostris emundet flagiciis et mente purificēt. Per do Prefatio Et te in veneratiōe. Coīo Qui vult venire post me abneget semet ipsū et tollat crucē suam et sequatur me.

Solēne nobis inter Postcoīo. cessio btī laurētii martyris tui q̄s dn̄e p̄stet auxiliū: vt celestis mense participatio quā sūpsim⁹ tribuas eccl'e tue recēsitā leticiā. P dn̄m

In crastino octa. scti laurētii. Officiū. Salue sctā. Orō. P̄ta vt̄s Epl'a Ab inicio. R. Benedicta. Allā. V. Assūpta est maria in celū gaudēt angeli et collaudātes benedicunt dn̄m. Sequentia. Quā volueris de beata maria. Euā Loquēte. Credo et pꝛefatio. Offer. Felix. Secreta. Grata Coīo. Beata viscera marie virgi. Postcō. Da nobis

Eodē die agapiti martyris. suffragium. Oratio.

Letetur eccl'a tua de⁹: btī agapiti martyꝛis tui cōfisa suffragiis: atq3 ei⁹ pꝛecibus gloꝛiosis et deuota pmaneat ꝛ secura q̄sistat p Se

Suscipe mūera q̄s dn̄e: q̄ i eius solēnitate tibi deferim⁹: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Per dominū. Postcoīo

Saciasti dn̄e familiā tuā muneribus sacris: eius q̄s semper interuētione nos refoue: cui⁹ solennia celebꝛamus. Per dn̄m Scd'a die nisi sit dn̄ica. Officiū. Gaudeam⁹. Orō. Presta cū. Secreta et postcō. Epl'a. In oīb⁹ re R. Pꝛopt veritatē. vt̄s in die Allā V. Per te dei genitrix nobis est vita gerdita data que de celo suscepisti pꝛolē et mūdo genuisti saluatoꝛē. Seqn̄

Hodierne lux diei celebꝛis in matris dei agitur memoꝛia. Decantemus in hac die semper virginis marie laudes et p̄conia. Ois homo omni hoꝛa ipsam oꝛa et imploꝛa eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto coꝛdis oꝛis voce voto aue plena gratia Aue dn̄a celoꝝ inexpta viri thoꝛū parēs paris nescia. Fecūdata sine viꝛo gēuisti moꝛe miꝛo genitoꝛē filia Floꝛens oꝛtus austꝛo flāte poꝛta clausa post et ante via viris inuia. Fusa celi roꝛe tellus fusum gedeonis vell⁹ deitatis pluuia. Salue splendoꝛ firmamēti tu caliginose menti desuper irradia Placa mare maris stella ne inuoluat nos p̄cella et tempestas obuia. Amen. Cetera sicut in die. Magni mar. Orō.

Adesto domine supplicationibus nostris: et intercedente beato magno martyre tuo: ab hostiū nos defende pꝛopiciatus incursu. Per dominū. Secreta

Presta nobis omnipotēs deus
vt nostre humilitatis oblatio
& pro tuorū tibi sit honore grata sā-
ctorum: et nos corpore pariter et mē
te purificet. Per dñm. Postcōio
Tua sancta sumētes q̄s domie
vt beati magni martyris tui:
nos foueant cōtinuata presidia. P.
Tercia die octa. beate marie. Ni-
si fuerit dñica. Officiū. Salue san
cta pa. Orō. Presta q̄s. cū aliis. R.
Benedicta. vts. Alla. V. Ora pro nobis
pia virgo maria de qua christus natus est
nobis vt peccatorib⁹ sit misert⁹. Seq̄n.
Stella maris o maria expers pa
ris parens pia plebē tuam res-
pice. Vitam portans vite porta nos
supportans nos conforta nosq; for-
tes effice. Tu matrona sancte spei
mater bona mater dei virgo vena ve
nie. Tu suauis delicata celi clauis
fabricata manu sapientie. Spes sa
lutis pacis portus vas virtutis flo-
rens ortus aromatum area. Tu se-
rena sole vero cella plena vino mero
granum sine palea. Tu fecunda tu
fecundans mater munda mundū
mundans exemplar mundicie. Tu
magistra generalis tu ministra spe
cialis dulcoris et gratie. Pietatis fōs
amenus charitatis calix plenus de-
uotos inebrians. In deuotis tu vir-
tutem et egrotis dans salutem re-
os reconcilians. O benigna virgo
gaude sume digna summa laude sū-
me venerabilis. Gaude rosa pura
decens speciosa semper recens flos
immarcescibilis. Stirps beata fac
placatum patrem nata parens na-
tum nobis peccatoribus Vt te duce
serui tui possint luce vera frui cum
choris celestibus. Amē. et cetera. vt supra
In octa. beate marie Officium
Gaudeamus vt supra. Alla. Assum
pta est maria. Totū sicut in die dē-
pta prosa sequenti. Prosa
Virgo gaude speciosa benedi-
cta gloriosa christi mater ele-
cta spiritalis cella facta. Gabriel
emittitur a superna curia tecū virgo
loquitur deferēs hec nuncia. Aue in
q̄t inupta dei plena grā saluatoris
vnica mater es et filia. Hic ignotus
apud patrē nobis fit notus per ma-
trē. Noster ergo factus frater per te
virgo facta mater. De⁹ deū genuit
sine matre. Virgo natū ptulit absq;
patre. O miranda genitura creato
rē creatura pepit cū glā. O stupēda
nutritura nutrit deū virgo pura gu
bernātē oīa Ergo mater o maria tā
tus frater prece pia nos sua clemen
tia Emūdatos a delictis simul iun
gat cū electis in celesti curia. Amen
dicat hec nostra turmula laudās de
um per cūcta secula Timothei
et symphoriani martyrū Officiū
Salus aūt iustorū a dño et p
tector eorū est in tēpore tribu
latiōis. ps. Noli emulari in ma
lignantibus neq; zelaueris facientes ini
q̄tatē. Gloria patri. Oratio
Auxiliū tuū nobis dñe q̄s placa
t⁹ īpēde: et itercedē tib⁹ btīs mar
tyribus tuis thimotheo et simphori
no: dexteram sup nos tue ppiciatio
nis extēde. P. Epla. Expectatio iu-
stoꝝ In coī fo. vi R. Iustoꝝ aīe in ma-
nu dei sūt et non tāget illos tormētū ma-
licie V. Visi sunt oculi insipientium mori

illi autem sunt in pace. Alleluia ℣. Multe tribulationes iustorum et de oibus his liberauit eos dñs. Euange. Nolite arbitrari In coi folio viii. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebis sue benedictus deus allã.

Secreta

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio pro tuorum honore sanctorũ: quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dñm. Coio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat.

Postcoio

Diuini muneris largitate satiati quesum⁹ dñe deus noster: vt intercedentibus sanctis martyrib⁹ tuis thimotheo et simphoriano: eorum semper participatione muniamur. Per dominum.

Bartholomei apostoli. Introit⁹

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorũ. Ps. Dñe pbasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionẽ meam et resurrectionem meam. Gloria.

Collecta.

Omnipotens sempiterne deus qui huius diei venerandã sanctãq3 leticiã i beati apostoli tui bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue q̃s: et amare quod credidit et predicare quod docuit. Per dñm. Epistola. Jam non estis. In coi folio i. R. Constitues eos pricipes sup oẽm terrãm memores erunt nois tui domie. ℣ Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia. ℣. Vox sancti bartholomei quasi tuba vehemens est ambulant cum eo angeli dei.

Prosa.

Laudemus omẽs inclita bartholomei merita. Cui⁹ sacra solẽnia nobis inspirãt gaudia. Per diem centum vicibus flexis orabat genibus. Nec minus noctis tempore toto prostratus corpore: In ipsius presẽtia obmutescũt demonia Christi sonante buccina falsa terrentur numina. Non astaroth illudere gẽti permisit misere. Nec fallere nec ledere nec lesis potest parcere. Grauis dignus supplicio cruciatur incẽdio Quanta sit eius tortio berith patet indicio. Per virtutes apostoli patescit fraus diaboli. Arte detecta subdoli cultores cessant idoli. Liber exultat pseustius hostis repressa rabie credit et rex polinius propter salutem filie Permissus ab apostolo demon mugit ex idolo a vobis vltra miseri sacra non posco fieri. Me iã nil posse fateor qui vix respirans torqueor ante diem iudicii penam ferens incendii. Sic affatus disparuit et sigilla cõminuit sic nec presẽtes terruit, nã virtus crucis affuit Christi signat caractere fanum manus angelica lesos absoluit libere potestate mirifica. Mox pellem mutat india tincta baptismi gratia Ruga carens et macula celesti gaudẽs copula. Currunt ergo pontifices ad astriagem supplices. Athletam iã emeritum poscentes ad interitum. Sub christi testimonio caput obiecit gladio. Sic triumphauit hodie doctor et victor indie. Bartholomee postula pro seruis prece sedula. Vt post vite curricula christum laudẽt

in secula. Amen. Euangeliū. Facta est contentio inter In communi folio .ii. Credo Offertorium In omnē terrā exiuit son⁹ eorū et i fines orbis terre verba eorū. Secreta

Beati apl'i tui bartholomei solennia recēsentes q̄s domine: vt auxilio eius tua beneficia capiamus pro quo tibi hostias laudis offerim⁹. P. Prefatio. Te domie. Coio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicātes duodecī trib⁹ israel Postcō

Sumpsimus domie pignus salutis etne celebrātes beati apostoli tui bartholomei votiua solennia: et perpetua merita venerantes ad vitā quesumus nutriamur eternam. Per. In festo sancti ludouici regis francie et cōfessoris. Introitus

Gaudeam⁹ omēs in dn̄o diē festū celebrātes sub honore beati ludouici de cuius solēnitate gaudēt āgeli ꝛ collaudāt filium dei. Ps Dn̄e i virtute tua letabit̄ rex et super salutare tuū exultabit vehemēter Gloria patri. Oratio.

Deus qui beatū ludouicū confessorē tuum de terreno ac temporali regno ad celestis et eterni gloriā transtulisti: eius q̄s meritis et intercessione regis regum iesu xp̄i filii tui nos coheredes efficias: et eiusdem regni tribuas esse consortes. P eūdē. Lcō libri sapiētie. eccl'iasti. xxxi.

Beat⁹ vir qui iuētus ē sine macula: et qui post aurū nō abiit nec sperauit in thesauris pecunie. Quis est hic: et laudabimus eum: Fecit eni mirabilia ivita sua. Qui probatus est in illo/et perfectus] inuentus est: et erit illi gloria eterna. Qui potuit trāsgredi et non est trāgressus: et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius i domino. Et elemosynas illius enarrabit omis ecclesia sāctorum R. Dn̄e preuenisti eum in benenedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso V. Uitam petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. Alleluia V. Felix corona frācie ludouice virtutibus cuius corona glorie refulget i celestibus. Prosa

Regem regū veneremur et de regis gloriemur ludouici gloria. Ex francorum regni cura beatorum regni iura possidet in patria Christū christo cōformatū magnū fecit et beatum virtutum imēsitas Longum fecit amor latū altū spes sed non elatum profundum humilitas. Multum habens dauid regis ezechie zelū legis et iosie studiū: Dictus vere lucis dator vite custos et amator in christo viuētium. Orbis signis illustratur capto regi restauratur liber preda preditus Uita dat morituris claudis gressus lux obscuris et captiuis reditus. In extremis successorem informauit et cultorē esse dei docuit. Certus demū de corona maris vndis dempto iona celi portum tenuit. Uita viuens beatorum felix regnat ex francorum in beatis sedibus. Supplicemus sancto regi nos sanctorum magi gregi piis eius precibus. Amen.

Secundum Matheum. vi.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Considerate lilia

agri quomodo crescunt. Non laborant neqz nent. Dico autem vobis: quoniã nec salomon in omi gloria sua: coopertus est sicut vnũ ex istis. Si enim fenũ agri quod hodie est, et cras in clibanũ mittitur: deus sic vestit: quantomagis vos modice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicẽtes quid maducabimus/aut quid bibemus/aut quo operiemur. Hec enim omĩa: gentes inquirũt. Scit enĩ pater vester: quia omnibus his indigetis. Querite ergo primũ regnũ dei et iusticiã eius. Et hec oĩa: adiicientur vobis. Offr. Filie syon exultent in rege suo laudent nomen eius in choro in tympano et psalterio psallant ei alleluia.

Secreta.

Presta q̃s omnipotẽs deus: vt sicut beatus ludouicus cõfessor tuus/per abundantiã gratie tue oblectamentis mũdialibus spretis: soli regi christo placere studuit: ita eius oratio nos tibi reddat acceptos per eundẽ. Coio. Justum deduxit dñs per vias rectas et ostendit illi regnũ dei et dedit illi scientiã sãctorũ honestauit illũ in laboribus eius et compleuit labores illius.

Postcoio

Deus qui almũ confessorẽ tuũ ludouicum mirificasti in terris: quesumus: vt iam in celis gloriosum effectũ: ecclesie tue cõstituas defensorem: eamqz eius precibus et meritis ab omni aduersitate liberare digneris. Per dominũ:

Rufi martyris. Officium

Justus nõ conturbabitur qz dñs firmat manũ eius: tota die miseretur et commodat et semen eius in benedictiõe erit in eternũ cõseruabitur. ps Noli emulari in malignantibus neqz zelaueris faciẽtes iniquitatem. Gloria. Oratio

Adesto domine supplicationibus nostris: et beati rufi intercessiõibus confidẽtes: nec minis aduersantium: nec vllo turbemur incursu. Per dñm. Epistola. Testificor coram. Ju communi folio iii. R. Justus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. V. Ad annũciãdũ mane miam tuã et veritatẽ tuã per noctem. Alleluia. V. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. Euangeli. Nisi granũ frumenti. Jn commui folio iiii. Offertorium. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarũ dñe. Secreta.

Oblatis quesumus domie placare muneribus: et intercedente beato rufo martyre tuo a cunctis nos defende periculis. Per dominũ. Coio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcoio

Celestibus refecti sacramentis et gaudiis: te supplices exoramus domine: vt cuius gloriamur triũphis: protegamur auxiliis. Per dominum nostrum.

Augustini epi et confesso Jntroitus

Statuit ei dominus testamentum pacis et p̃ncipem fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. ps. Misericordias dñi in eternũ cãtabo. Gloria patri et filio. Oratio

Adesto supplicatiõibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciã sperande pietatis indulges: intercedente beato augustino confessore tuo atq põtifice: consuete misericordie tribue benignus effectũ. P.

Memoria sancti hermetis et iuliani martyrum. Collecta.

Deus qui beatos hermetẽ et iulianũ virtute constãtie in passiõe roborasti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per dominum

Epistola. Ecce sacer. mag

In communi folio viii et ix. R. Dñe preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinẽ dierũ in seculũ seculi.

Alla. V. Iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternũ ante dominum allã

Prosa. Christo inclita In coi folio. viii. Alia prosa.

De profundis tenebrarũ mundo lumen exit clarum et scintillat hodie. Olim quidẽ vas erroris augustinus vas honoris datꝰ est ecclesie. Verbo dei dum obedit credit errans et accedit ad baptismi gratiam. Quã in primis tuebatur verbis scriptis execratur erroris fallaciam. Firmans fidem formans mores legis sacre peruersores verbi necat gladio. Obmutescit fortunatus cedunt manes et donatus tante lucis radio. Mundus marcens et inanis ex doctrinis triuis vanis per pestem hereticam. Multum cepit fructum ferre dum in fines orbis terre fidem sparsit vnicam. Clericalis vite formam conquadrauit iuxta normam cetus apostolici. Qui quippe nil habebant tanq suum sed viuebant in cõmune clerici. Sic multorum pro salute diu viuens in virtute bona tamen senectute dormiuit cum patribus. In extremis nil legauit qui nil suum estimauit imo totum reputauit commune cum fratribus. Salue gemma cõfessorũ lingua christi vox celorum scriba vite lux doctorũ presul beatissime. Qui te patrem venerantur te doctorem consequantur vitam in qua gloriantur beatorum anime. Amẽ Euãgelium. Homo quidam peregre. In cõmuni folio iiii. Offr. Posuisti domine in capite eius coronã de lapide precioso vitam petiit a te et tribuisti ei. alleluia. Secreta.

Sancti confessoris tui augustini nobis dñe pia non desit oratio: que et munera nostra conciliet: et tuã nobis indulgentiã sẽper obtineat. Per dominum.

De martyribus. Secreta.

Munera nostra quesumus dñe propicius assume et vt digne tuis famulemur altaribus: sãctorum tuorum hermetis et iuliani nobis intercessione donentur. Per dñm Coio.

Beatus seruus quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilantem amẽ dico vobis sup oia bona sua constituet eũ. Postcoio.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus confessor tuus atq pontifex augustinꝰ quesumus precator accedat. Per dominum nostrum.

Vos estis sal terre in com fol. xij

De martyribus. Postcōio.

Repleti domine benedictiōe celesti quesumus clementiā tuam: vt intercedentibus beatis hermete et iuliano martyrib⁹ tuis qd ꝯmiliter gerimus: salubriter sētiamus. P dñm.

In decollatiōe sācti iohānis baptiste. Introitus.

Gloria et honore coronasti eū et cōstituisti eum super opera manuum tuarum domine. ps. Dñe dñs noster: ꝙ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Gloria pa

Collecta.

Sancti iohānis baptiste et martyris tui q̄s veneranda festiuitas: salutaris auxilii nobis prestet effectum. Per do.

Ad Hebreos. xi.

Fratres. Sācti ludibria et verbera experti: insuper et vincula et carceres. Lapidati sūt/ secti sūt tentati sūt: in occisione gladii mortui sūt. Circuierunt in melotis: in pellibus caprinis. Egentes angustiati afflicti: quibus dignus nō erat mūdus. In solitudinibus errantes In mōtibus et in spelūcis: et in cauernis terre. Et hii oēs testimonio fidei probati inuēti sunt. In christo iesu: dño nostro. R. Domine preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei lōgitudinē dierū in seculū seculi. Alleluia. V. Misso spiculatore herodes precepit amputari caput iohannis in carcere.

Prosa.

Precursorē sūmi regis et preconē noue legis celebrat ecclesia. In hac luce tā festiua gaude mater et votiua deprome p̄conia. Huius ortum veneremur sed nec minus delectemur in eius martyrio. Tot⁹ mūdus sit iocūdus nullus martyr huic secūdus virtute vel premio. Nō est nostre paruitatis virū tāte dignitatis laudare p omia. Sūma rei recitet vt effectus excitetur ex eius meoria. Nō arundo leuitatis sed colūna firmitatis nulla palpat crimina. Scribas tangit et doctores vocans legis trāsgressores vepere genimina. Arguebat hic herodē nec terret ab eodem ligatus in carcere. Fert iiuste instus penā rem detestās tā obscenā regis et adultere. Seuit in hunc vis tyranni laus accrescit hinc iohāni tyrāno suppliciū. Stultus senit sapiēti q̄a iustus in presenti purgat p ipiū. In natalis sui cena capitali plecti pena iohannē rex iperat. Spiculator saltatrici saltatrix dat gēitrici caput qd petierat. Crux presignat sublimari xp̄m sed hūc minorari capitis abscisio. Mors est iusti preciosa quā precessit gloriosa vite cōuersatio. Nos ad laudē tui xp̄e pcursoris et baptiste colimus solēnia. Tu nos ab hac mortis valle duc ad vitā recto calle per eius suffragia. Amen.

Secundum Marcum. vi.

In illo tp̄e. Misit herodes et tenuit iohānē et vinxit eū in carcerē: ꝑpter herodiadē vxorē philippi fratris sui: q̄a duxerat eā. Dicebat autē iohānes herodi. Non licet tibi habere vxorē frīs tui. Herodias aūt isidiabatur illi: et volebat occidere eū: nec poterat. Herodes autē metuebat iohānē: sciens eū virū iustū/ et

in Libro cant[illegible]

anctū: et custodiebat eū. Et audito o multa faciebat: et libenter eū au iebat. Et cū dies opportunus acci isset: herodes natalis sui cenā fecit ncipibus / et tribunis: et primis ga ilee. Cūq3 itroisset filia ipsius hero iadis: et saltasset / et placuisset he rodi simulq3 recūbentib9: rex ait pu lle. Pete a me qd vis: et dabo tibi. Et iurauit illi / qa qcqd petieris da bo tibi: licet dimidium regni mei. Que cū exisset: dixit mri sue. Quid petā? Et illa dixit. Caput iohānis baptiste. Cūq3 introisset / stati cū fe stinatiōe ad regē petiit dicēs. Volo / vt ptinus des michi in disco caput io hānis baptiste. Et cōtristatus est rex pter iusiurādū et pter simul recūbentes / noluit eā cōtristare: sed misso spiculatore: pcepit afferri ca put ei9 in disco. Et decollauit eū in carcere. et attulit caput eius i disco: et dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli ei9 venerūt et tulerūt corpus ei9: et po suerūt illud in monumēto. Nō dr. Credo. Offr. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso vitā peti it a te et tribuisti ei alleluia. Secreta.

Munera tibi dn̄e q̄ p scti mar tyris tui iohānis baptiste pas sione deferimus: qa dū finit in ter ris: factus est in celesti sede ppetu9: qs vt eius obtētu nobis pficiat ad salutē. P do. Coio. Posuisti dn̄e in ca pite ei9 coronā de lapide pcioso. Postcō.

Conferat nobis dn̄e scti iohā nis baptiste vtrūq3 solēnitas: vt et magnifica sacramenta que sū psimus: et significata veneremur / et in nobis potius edita gaudeam9 Per do. Sabine virginis. Officiū Cognouit dn̄s. Cetera de cōi virgi nū preter orationes. Oratio.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiā in sexu fra gili martyrii victoriā cōtulisti: cōce de ppitius: vt cuius natalicia coli mus: per eius exēpla gradiamur. P

Hostias tibi dn̄e Secreta. beate sabine martyris tue di catas meritis benignus assume: et ad ppetuū tribue nobis prouenire subsidiū. Per dn̄m. Postcoio.

Diuini muneris largitate sati ati qs dn̄e deus noster: vt inter cedēte beata sabina martyre tua: in eius sēper participatione viuam9 P. Felicis et adaucti mar. Officiū.

Gaudeamus oēs in dn̄o diē festū celebrātes sub honore sāctorū martyrū de quorū solēnitate gaudēt angeli: et collau dāt filiū dei. Ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Gloria. Orō.

Maiestatē tuā dn̄e supplices de precamur: vt sicut nos iugit sāctorū tuorū felicis et adaucti cō mēoratiōe letificas: ita sēper suppli catiōe defēdas. P. Epl'a. Reddet de9 merce. In coi fo. vii. R. Timete dn̄m oēs sācti eius qm nichil deest timētibus eū. V. Inquirētes autē dn̄m nō deficient omi bono. Alla. V. Iusti epulētur et ex ultēt in cōspectu dei et delectētur in leti tia. Sequētia. Christo iclyta. In coi fo. viii. Euāgel. Nichil optū. In coi fo. ix. in diuisione. Offr. Letamini in dn̄o et exultate iusti: et gloriamini oēs recti corde. Secreta.

Hostias tibi dñe tue plebis intende: et quas in honore sctõrũ martyrũ tuorum deuota mẽte celebrat pficere sibi sẽtiat ad salutẽ. P. Coio

Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dñs et quod in aure auditis p dicate super tecta. Postcoio.

Repleti dñe muneribus sacris: qsumus vt intercedẽtibus sãctis tuis in gratiarũ tuarũ semper actione maneamus. Per dominũ.

De sancto fiacrio cõfessore Officium Os iusti. et cetera oĩa sicut in festo egidii abbatis. Oratio.

Misericordiã tuã qs dñe interueniente beato fiacrio confessore tuo clemẽter impende: et nobis peccatoribus ipsius propiciare suffragiis. Per dominum. Secreta.

Sanctifica qs dñe oblata munera que in veneratione sancti confessoris tui fiacrii offerunt: vt per ea vita nostra inter aduersa et p spera vbiqz dirigatur. Per. Postcoio

Sumptũ dñe qs celestis sacramentũ remedii ad perpetuam nobis prouenire gratiam beatus cõfessor tuus fiacrius obtineat. P. do.

Egidii abbatis. Introitus

Os iusti meditabit sapiẽtiã et lingua eius loquetur iudiciũ lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neqz zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloria patri et filio. Oratio

Pretẽde nobis dñe miam tuã: et bti egidii abbatis intercessio cuius nos dedisti patrociniis adiuuari tribue vt maiestatẽ tuã sẽper exoret pro nobis. Per eundẽ. Eodẽ die Prisci martyris memo. Oratio

Omnipotens sempiterne deus fortitudo certãtiũ/et martyrum palma/solennitatẽ hodierne diei pprici intuere: et ecclesiã tuã cõtinua fac celebritate letari: vt intercessione beati prisci martyris tui oĩm in te credẽtiũ vota perficias. P. do. Epla. Iustũ deduxit. In coi fo. x. R. Os iusti meditabitur sapiẽtiã et lingua eius loquet iudiciũ. V. Lex dei eius in corde ipsius et non supplãtabũtur gressus eius. Alleluia. V. Gloriose confessor et patrone noster egidi sicut pro eius meritis deũ glorificamus sic culpas nostras vt deleas apud ipsum deuote te deprecamur. Prosa

Quãdo cõscientia respõdet eloquio verbi valet gratia. Plebs sic cũ leticia laudes dãs egidio celebret solẽnia. Sãctus hic egidius xpi miles regius stirpe natus regia. Mũdũ spreuit penitus soli deo deditus dei plenus gratia. Mũdus vixit hic in mundo deo viuẽs corde mũdo vite vitãs vicia. Sese deo dãs thesaurũ spreuit opes spreuit aurum spreuit trãsitoria. Angue morsus est mundatus precibus egidii. Seuiẽtis est sedatus furor arepticii. Nauẽ pene mersã rexit ad portũ cõsilii que post eũ tute vexit ad locũ exilii. Vir perfectus mari vectus a relatha vrbe nate febres fugat vidue. Res vulgatur plebs miratur sãctũ ledũt que procedũt gentis voces mutue. Famã nolens sed hic dolens hinc discedit et se dedit vite solitarie Diui latet nulli patet dono dei cerua ei lac dat alimonie. Hic se celãs nõ celatur cũ defũctus suscitatur adepta carta venie com-

missi regis frãcie. Carte fidel attestatur q̃uis crimen cõdonat huius vocato noĩe vltra nõ acto crimie. Hinc egidi serue dei supplicamus tibi rei fac vir mire nos transire hui⁹ mundi vicia. Et fac p̃ces nostras vehi ante deũ gratis ei vt venire die spei possimus ad gaudia. Hec det dei gratia. Amen. Euãg. Nemo lucernã accẽdit. In coĩ fol. xii. Offer. Veritas mea et mia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Intercessio q̃s dñe beati egidii abbatis cõmendet nostra munera nosq; veneratio eius sãcta tue maiestati reddat acceptos. Per do.

Prisci. Secreta.

Huius tibi precibus dñe grata reddatur oblatio. pro cuius festiuitate immolatur. P do. Coio. Fidelis seruus et prudens quem cõstituit dominus super familiã suã vt det illis in tẽpore tritici mensurã. Postcoio.

Quesumus omnipotẽs deus: vt qui celestia alimenta percepimus intercedẽte beato egidio abbate contra oñia aduersa muniamur/et ad eterna gaudia cõsequenda spes nobis suppetat et facultas. Per dominũ. Prisci postcõmunio

Presta q̃s dñe vt sacramẽti tui participatione vegetati sancti quoq; martyris tui prisci precibus adiuuemur. Per dñm.

Adriani martyris. Oratio

Presta q̃s oɼs deus: vt qui beati adriani martyris tui natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Secreta.

Munera dñe q̃s tibi dicata sanctifica: et intercedente beato adriano martyre tuo: per eadẽ nos placatus intende. Per dñm. Postcõ

Beati adriani martyris tui domine intercessione placatus: presta q̃s: vt que tẽporali celebramus officio perpetua salutatione capiamus. P dñm. In vigilia natiuitatis beate marie. Officium

Salue sancta parẽs enixa puerpera regem qui celũ terrã q; regit in secula seculorum Ps. Post partũ virgo inuiolata permãsisti dei genitrix intercede pro nobis. Gloria patri et filio. Oratio

Presta q̃s omɼs deus: vt beate marie semper virginis ventura solẽnitas: et presentis vite nobis remedia cõferat et premia concedat eterna. P. Ep̃la Ab inicio et ante secula creata sũ. vts. i vigilia assũptionis. R. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Allã V. Virga iesse floruit virgo deũ et hoiem genuit pacẽ deus reddidit in se recõcilians ima summis. Euang. Loquẽte iesu Offer. Felix nãq; Quere omia vts. in vigilia assumptionis Secreta

Grata tibi sint dñe munera: q̃ b⁹ btẽ marie semper virginis p̃uenire gaudem⁹ festiuitatem Per Coio Btã viscera marie virgis que portauerũt eterni patris filiũ Postcoio

Da nobis q̃s oɼs deus ipsius venture festiuitatis gaudia venerari: cuius integra virginitate salu

tis nostre suscepimus auctorē dn̄m nostrū iesū christū filiū tuū. Qui.

In natiuitate beate marie virginis. Ad missam. Introitus.

Gloriose virginis marie natiuitatē hodiernā deuotissime celebremus: cui9 vita inclita cūctas illustrat ecclesias. V. Hodie nata est beata virgo maria: ex progenie dauid. Gloriose virginis. Gloria patri. Gloriose virginis. Oratio

Famulis tuis quesumus dn̄e celestis gratie munus impartire: vt quibus beate virginis part9 extitit salutis exordium natiuitatis eius votiua solēnitas pacis tribuat incrementum. Per dn̄. Lctō libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiii.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulcre dilectionis et timoris et agnitionis et sancte spei. In me gratia oīs vie et veritatis: ī me omnis spes vite et virtutis. Trāsite ad me oēs qui cōcupiscitis me et a generationib9 meis īplemini. Spiritus enī meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel ꝛ fauum. Memoria mea in generatiōe seculorū. Qui edunt me: adhuc esurient: et qui bibūt me adhuc sitient. Qui audit me non cōfundetur: et qui operantur in me: nō peccabūt. Qui elucidāt me: vitam eternam habebunt. R. Audi filia et vide et inclina aurē tuā quia cōcupiuit rex speciē tuam. V. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Alleluia. V. Natiuitas gloriose virginis marie ex semie abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Prosa

Alle celeste necnon ꝛ perenne luia. Dic parophonista cum mera symphonia. Tuba et canora palinodia canta. Nam oīs vsya hāc christi genitricem die ista. Congaudet exortam per quem sibi sublatā capit vitā. Dauitica stirpe sata dauidis ad sceptra et regēda prole fecundata. Nā grauidata viscera sūt tamen per vlla patris membra sed ex fide sola. Ab arce summa angel9 astans maria inquit alma aue plena. Gratia sacra et benedicta feminas inter omnes paritura. Regem qui dira mortis vincula. Damnabit mira cum potētia. Suum plasma saluans sponte sua atqꝫ beatā donans vitā. Fit mox puella verbi credula. Et puerpera stupet ꝛ casta. Natum gestans speciosum forma regentem cuncta orbis regna. Hec est virga nō irrigata sed dei gratia florigera. Hec est sola cunctorū hera materna obseruans piacula. Velut rosa decorās spineta sic quod ledat nil habet maria. Virgo eua qd̄ contulit prima christi sponsa effugat maria. O virgo sola mat casta nostra crimina. Solue dās regna qͥs beata regnant agmina. Potes enī cuncta vt mūdi regina et iura. Cū nato omnia decernis in secla et vltra subnixa es in gloria. Cherubin electa seraphinqꝫ clara agmīa. Nā iuxta filiū posita sedes ī dextera rutilans et mira virtus lampas et sophia. Natiuitas vnde gaudia nobis hodie affert annua. Et resonat ca-

menis aula in laude tua virgo maria Gaudet per climata orbis ecclesia dicens alleluia Quod et palacia celi clamant didima usque dātia preconia. Amen.

Inicium sancti euangelii Secūdum Matheum. .i.

Liber generatiōis iesu christi filii dauid: filii abrahā. Abraham: genuit isaac. Isaac autem genuit iacob. Jacob autem: genuit iudam et fratres eius. Judas autē: genuit phares et zaram de thamar. Phares aūt: genuit esrom. Esrom autem: genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naason. Naason autē: genuit salmon. Salmon autē genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autē: genuit iesse. Jesse autē: genuit dauid regem. Dauid autē rex: genuit salomonem ex ea que fuit urie. Salomon autem: genuit roboam. Roboam autē: genuit abyam. Abya autem: genuit asa. Asa autem: genuit iosaphat. Josaphat autem: genuit ioram. Joram autem: genuit oziam. Ozias autem: genuit ioathan. Joathan autē: genuit achaz. Achaz autem: genuit ezechiam. Ezechias autem: genuit manassen. Manasses autem: genuit amon. Amon autem: genuit iosiam. Josias autem: genuit iechoniam et fratres eius ī transmigratiōe babylonis. Et post transmigrationem babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autem: genuit zorobabel. Zorobabel autem: genuit abiud. Abiud autem: genuit eliachim. Eliachim autem: genuit azor. Azor autē: genuit sadoch. Sadoch autem: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autē: genuit mathan. Mathan autem: genuit iacob. Jacob autem genuit ioseph virū marie. De qua natus est iesus: qui vocatur cristus. Credo. Offer. Felix nāque es sacra virgo maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster.

Secreta.

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: ut qui natus de virgine matris integritatem non minuit: sed sacrauit ī natiuitatis eius solēniis: a nostris nos piaculis exuēs: oblationem nostrā sibi faciat acceptam. Qui tecum vivit. Prefatio. Et te ī natiuita. Cō. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem alleluia.

Postcōio.

Sumpsimus domie celebritatis ānue votiua sacramenta presta quesumus: ut intercedēte beata semper virgine maria: et temporalis nobis vite remedia prebeāt et eterne. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum, qui.

Nota quod per octabas natiuitatis beate marie usque ad vigiliam beati maurilii fiat missa de btā maria vicissim vna die. Salue sancta parēs. sicut ī vigilia. Et alia die. Gloriose virginis. sicut in die natiuitatis eiusdem sine Gloria in excelsis et sine. Credo. et sine prefatiōe nisi dominica euenerit. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs

deus: ut beate marie semper virginis frequentata solennitas / et presentis vite nobis remedia cõferat et premia concedat eterna. Per dominum nostrum. Secreta.

Grata tibi sint domine munera quibus beate marie semper virginis recolere gaudemus festiuitatem. Per dominum nostrum iesum christum filiũ tuũ. Postcõio

Da nobis quesumus omnipotens deus ipsius repetite festiuitatis gaudia venerari: cuius integra virginitate salutis nostre suscepimus autorem dominum nostrũ iesum christum filium tuum. Qui tecum. Si dominica euenerit infra octabas Missa sicut in die. Oratio. Famulis. Sancti gorgonii martyris. Collecta

Sanctus gorgonius quesumus domine: sua nos intercessione letificet: et pia faciat solẽnitate gaudere. Per dominum nostrum iesũ christum filium tuũ. Secreta.

Grata sit tibi domĩe nostre seruitutis oblatio: et intercedente beato gorgonio martyre tuo vincula nostre prauitatis absoluat. Per dominum. Postcõio

Familiam tuam quesum⁹ domine deus propicius intuere: et intercedente beato gorgonio martyre tuo: per hec sancta: que sumpsimus: a cũctis eripe benignus aduersis. Per dominũ.

Prothi et iacincti. Collecta

Beatorũ prothi et iacincti martyrum tuorum nos domine foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per dominum nostrum. Secreta

Pro sanctorum tuorum prothi et iacincti commemoratione munera tibi domĩe que debem⁹ exsoluimus: presta quesumus: ut remedium nobis ꝑpetue salutis operentur. Per dñm. Postcõio

Ut percepta nos domine tua sancta purificent: beatorum prothi et iacincti quesumus imploret oratio. Per dominum

In vigilia btĩ maurilii epi. Officiũ

Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur plantatus in domo domini: in atriis domus dei nostri. Ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Gloria. Orõ.

Conserua dñe q̃s populũ tuũ in tua mĩa confisũ et intercedẽte beato bricio confessore tuo atq̃ põtifice: mereamur cũ illo p̃ticipes fieri celestiũ gaudiorũ. P. Epla. Dedit dñs cõfes. Jn coi fo. xi. R. Ecce sacerdos magn⁹ qui in diebus suis placuit deo. V. Nõ est inuentus similis illi qui cõseruaret legem excelsi. Alleluia V. Jurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternũ secũdũ ordinẽ melchisedech: Euãg. Uigilate q̃r nescitis. Jn coi fol. xii. Offer. Ueritas mea et mĩa mea cum ipso et in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secereta

Beati bricii pontificis quesumus domine nobis pia non desit oratio que et munera nostra conciliet: et tuam nobis indul

gentiā semper obtineat. Per dñm. Coio. Domine quinqꝫ talenta tradidisti michi ecce alia quinqꝫ superlucratus sum euge serue bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in gaudiū dñi tui. Postcoio

Omnipotens et misericors deus: qui nos sacramentorū tuorum participes efficis et ministros presta q̄s: vt intercedente beato bricio cōfessore tuo atqꝫ pontifice eisdē proficiamus et fidei consortio et digno seruicio. Per dñm: Nota ꝙ per omnes octabas beati martini et etiam in octabis dicēda est oratio que sequitur. Oratio.

Concede quesumus omps deus vt beati martini cōfessoris tui atqꝫ pontificis frequentata solennitas/ad perpetuā populo tuo proficiat salutē: et quem sepius veneramur in terris: semper habeamus patronū in celis. Per dñm Secreta

Hec oblatio dñe q̄s quā iterata sācti martini cōfessoris tui atqꝫ pontificis festiuitati tue offerimus maiestati nobis prosit ad indulgentiā: vt per eam a nostris liberemur peccatis et sacris semper altaribus stare digni efficiamur. p. Postcō

Sacramēta q̄s dñe que sūpsimus beato martino cōfessore tuo atqꝫ pōtifice itercedēte ab omi nos aduersitate defēdāt: et ꝑpetua prosperitate tibi deo soli seruire concedāt. p

Nota ꝙ per oēs octa. beati martini debet fieri cōmeō. de sancto renato. Orō

Da q̄s oīps deus: vt bti renati cōfessoris tui atqꝫ pōtificis venerāda solēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutē. p. Secre

Sancti tui nos q̄s dñe vbiqꝫ letificent vt dum eorū merita recolimus intercedēte beato renato confessore tuo at pontifice / patrocinia sentiamus. Per dñm. Postcoio.

Presta q̄s omnipotēs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. Per dñm. Nota ꝙ prima die post festū beati bricii est de sancto martino missa sicut in vigilia eiusdem. Secūda die sicut in die eiusdē. Tercia vero die iterū sicut i vigi. Quarta aūt die itaqꝫ sicut in die. Quinta scilicet in octauis missa sicut in vigilia. Etiā si dñica fuerit. In octa. sancti renati. Totū officiū sicut in die sine sequentia. Apothemii epi. Totū officiū sicut in die sancti siluestri. Orō. Beatus Secre. Sacris. Postcoio. Frequenti. Querere in coi cōfessoꝝ fo. xi. et xii. Sequētia. Christo inclita. In coi folio. viii

Cecilie virgīs et mar. Introitus

Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum et nō confundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Oratio.

Deus qui nos annua beate cecilie virginis et martyris tue solennitate letificas: da vt quam veneramur officio: etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per dominū nostrum iesū christū filiū. Epistola. Sapientia vincit maliciam: In cōmuni folio. xiiii. R. Audi fi

lia et vide et inclina aurē tuā qr concupi-uit rex speciem tuā. V. Specie tua et pul-critudine tua intēde ꝓspere procede et re-gna. Allā. V. Ueni electa mea et ponā in te thronum meū qr cōcupiuit rex speciē tuā. Euangeliū. Simile est regnū celo.de. In cōmuni folio xv. Offer. Offerentur regi virgines proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatiōe ad-ducentur in templū regi domino Secre

Munera quesumus domie oblata sanctifica et intercedente beata cecilia martyre tua: per hec nos a peccatorꝝ nrōꝝ maculis emū da. per dominū. Coio. Confundātur superbi qr iniuste iniquitatē fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus vt non confundar. Postcoio

Saciasti domine familiā tuam muneribus sacris: eius quesumus semper interuentione nos refoue: cuius solennia celebramꝰ Per dominū nostrum. Clementis pape et martyris. Officium

Dicit dñs sermōes mei quos dedi in os tuum non deficient de ore tuo adest eni nomen tuum et munera tua accepta erunt super altare meum. Ps. Domine exaudi orōem meam: et clamor meus ad te veniat. Gloria. Oratio

Deus qui nos annua beati clementis martyris tui atq; pontificis solennitate letificas: concede propicius: vt cuiꝰ natalicia colimꝰ: virtutem quoq; passiōis imitemur Per dominū. Epistola. Beatus vir qui in sapientia. In cōmuni fol. iiii. R. Iurauit dñs et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundū ordinem melchisedech. V. Dixit dñs domino meo sede a dextris meis. Alla. V. Iste sctūs pro lege dei sui certauit vsq; ad mortem et peruenit ad celestia regna. Euangel. Homo quidam peregre. In cōmuni fo. iiii. Offer. Ueritas mea et mia mea cum ipso et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Hec hostia domine placatiōis et laudis quesumus: vt interueniente beato clemente martyre tuo: nos tua propiciatione dignos sēper efficiat. Per dñm. Coio. Btūs seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilantē amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcoio

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine quesumus domie deus noster: vt quod pia deuotione gerimus: certa redēptione capiamus. Per dñm.

Grisogoni martyris. Officiū.

Iustus non cōturbabitur qr dñs firmat manū eiꝰ: tota die miseret et cōmodat et semē eiꝰ in benedictiōe erit in eternū cōseruabitur Ps. Noli emulari in malignantibus neq; zelaueris facientes iniq;tatē. Gloria. Oratio.

Adesto dñe supplicationibꝰ nostris vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimꝰ: beati grisogoni martyris tui intercessione liberemur. P. Epla. Iustus cor suum tra. In coi fo iii R. Gloria et honore coronasti eū. V. Et cōstituisti eū sup opera manuū tuarū. Alla V. Iustus nō cōturbabitur qr dñs firmat manū eius. Euāg. Qui amat patrē. In coi fo ix. Offer.

Secreta

Hoc sacrificium domine [illegible] clementis [illegible] et intercedente beato clemente [illegible] martire [illegible] familia tua placatus assume p dnm nrm [illegible]
Postcoio [illegible]

Desideriũ anie eius tribuisti ei dñe et voluntate labiorũ eius non fraudasti eum posuisti in capite eius coronam de lapide lapide precioso. **Secreta**

Oblatis quesumus domine placare muneribus: et intercedente beato grisogono martyre tuo a cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum iesum christũ.

Coio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. **Postcoio**

Ut domine participatione sacramenti et a nostris mundemur occultis: et ab hostium liberemur insidiis. Per dominũ nostrũ.

In natali beate katherine virginis et martyris. Introitus

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore katherine virginis: de cui⁹ passione gaudent angeli et collaudãt filium dei. **Ps.** Eructauit cor meum verbum bonũ dico ego opera mea regi. Gloria. Gloria in excelsis. **Oratio.**

Omnipotens sempiterne deus: qui corp⁹ beate et gloriose virginis et martyris tue katherine in monte synai ab angelis deferri et sepeliri iussisti: concede quesumus ei⁹ obtentu nos ad arcem virtutũ prouehi quo visionis tue claritatẽ mereamur intueri. Per dominũ nostrũ iesum christum filiũ tuũ. **Epistola.** Qui gloriatur. **In cõmuni fo. xiiii.**

R. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuã quia cõcupiuit rex speciem tuã. **V.** Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. **Alleluia. V.** Aue gemma claritatis clericorum deprecata aue virgo nata regis sis pro nobis aduocata nostras preces katherina corã deo sustine vt possimus te regina coram deo colere. **Prosa**

Vox sonora nostri chori nõo sonet redemptori qui disponit omnia. Per quem dimicat imbellis per quem datur et puellis de viris victoria. Per quem plebs alexandrina femine non feminia stupuit ingenia. Dum beata katherina doctos vinceret doctrina ferrum patientia. Hec ad gloriam parentũ pulchrum dedit ornamentum morum priuilegia. Clara per progenitores claruit per sacros mores amplior gratia. Florem teneri decoris lectionis ac laboris attriuere studia. Nam per legum disciplinas seculares ac diuinas in adolescentia. Vas electum vas virtutũ reputauit quasi lutum bona transitoria. Et redu xit in contemptum patris opes et parentum larga patrimonia. Vasis oleum includens virgo sapiens et prudens sponso pergit obuia. Vt aduentus eius hora preparata sine mora intret ad conuiuia. Sistitur imperatori cupiens pro christo mori in cuius presentia. Quinquaginta sapientes mutos reddit et silentes virginis facundia. Carceris horrendi claustrum et rotarum triste plaustrum famem et ieiunia. Et quecunqȝ fiunt ei sustinet amore dei eadem ad omnia. Tota superat tortorem superat imperatorem femine constantia. Cruciatur iperator quia cedit cruciator nec valẽt supplicia. Tãdẽ capite pu

nis et dum morte mors finitur vite subit gaudia Angelis mox fuit cure dare corpus sepulture terra procul alia Oleū ex ipa manet quod infirmos oēs sanat euidenti grā. Bonū nobis dat vnguentū si per suū interuētū nostra sanet vicia. Gaudēs ipsa videat nr̄a de se gaudia et futura p̄beat que dedit presentia. Vt hic nobis gaudeat illi nos in gloria. Ode personent diuine et laudetur sine fine christus finis katherine. Amen. Euangeliū. Simile est regnū celorū decē. In coi fol. xv. Offr. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Secreta

Munera domine sacrificii presentis que tibi offerim⁹ in honore sancte katherine virgis ꝛ martyris tue fiant nobis ei⁹ precib⁹ vita perpetua: et te donante salus infinita. Per dn̄m. Coio. Quinqȝ prudentes virgines acceperūt oleum in vasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiā christo domino. Postcoio

Sumptis domine salutis eterne mysteriis supplices deprecamur: vt sicut liquor qui de mēbris beate katherine virginis et martyris tue iugiter manat: languidorū corpora sanat sic eius oratio cūctas a nobis iniquitates expellat. P dn̄m.

Lini pape et martyris. Officiū.

Letabitur iust⁹ in dn̄o et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Ps Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animā meā. Gloria patri. Oratio.

Infirmitatem nostram respice omnipotēs deus: et quia pōdus proprie actionis grauat beati lini martyris tui atqȝ pōtificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dominū nostrū. Epistola. Iustus cor suum. In cōmuni folio .iii. R. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. V. Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorū eius non fraudasti eum. Alleluia. V. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Euan. Nisi granum frumenti. In coi fol. iiii. Offr. Posuisti domie in capite ei⁹ coronā de lapide precioso vitā petiit a te et tribuisti ei alleluia. Secreta

Hostias domīe tibi beati lini martyris tui atqȝ pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue peruenire subsidiū Per dominū nostr̄ iesū Cōmunio Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Postcoio.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domīe deus noster: vt cuius exequimur cultū sentiamus effectum. Per dominū nostrum iesum Saturnini martyris. Officium. Letabitur iustus. vts. in officio precedenti. Oratio

Deus qui nos beati saturnini martyris tui concedis natalicio perfrui eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominū nostrum Epl̄a Iust⁹ cor suū. In coi fo. iiii. R Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dn̄i. V. Ad annūciādū mane miam tuam et veritatē

tuam per noctem. Alleluia. ℣. Justus non conturbabitur quia dominus firmat manum eius. Evangelium Nisi granum frumenti. In communi fo. iiii. Offertorium. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso vitam petiit a te et tribuisti ei alleluia. Secreta

Munera tibi domine dicata sanctifica/et intercedente beato saturnino martyre tuo per eadem nos placatus intende. Per. Communio Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Postcommunio

Sanctificet nos domine quesumus tui perceptio sacramenti intercessione sanctorum tibi reddat acceptos. Per dominum.

In vigilia sancti andree. Introitus

Dominus secus mare galileevidit duos fratres petrum et andream: et vocavit eos venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Psalmus. Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gloria patri. Oratio

Quesumus omnipotens deus vt beatus andreas apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum. Epistola. Benedictio domini super. In communi folio. i. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Sine. Alleluia.

Secundum Johannem. i.

In illo tempore: Stabat iohannes et ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: et secuti sunt iesum. Conversus autem iesus: et videns eos sequentes se: dicit eis Quid queritis: Qui dixerunt ei. Rabbi: quod dicitur interpretatum magister: vbi habitas: Dicit eis. Venite et videte Venerunt et viderunt: vbi maneret Et apud illum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem andreas frater simonis petri vnus ex duobus qui audierant a iohanne: et secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum simonem: et dicit ei. Invenimus messiam quod est interpretatum christus. Et adduxit eum ad iesum. Intuitus autem eum iesus: dixit. Tu es simon filius iohanna: tu vocaberis cephas/ quod interpretatur petrus. In crastinum voluit exire in galileam: et invenit philippum. Et dixit ei iesus. Sequere me. Erat autem philippus a betsaida: civitate andree et petri. Invenit philippus nathanael: et dicit ei. Quem scripsit moyses in lege et prophete: invenimus iesum filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni: et vide. Vidit iesus nathanael venientem ad se: et dicit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanael. Vnde me nosti: Respondit ei iesus: et dixit ei. Priusquam te philippus vocaret cum esses sub ficu: vidi te. Respondit ei nathanael: et ait. Rabbi: tu es filius dei. Tu es rex israel. Respondit iesus: et dixit ei Quia dixi tibi: vidi te sub ficu: credis: maius his videbis. Et dicit eis. Amen amen dico vobis: videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descen

dentes supra filiū hominis. Offr. Gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Sacrandū tibi dñe mun⁹ offerim⁹: quo beati andree apostoli solēnia recolentes: purificationem quoq; nostris mentibus imploramus. Per dñm. Coīo Dixit andreas simoni fratri suo inuenimus messiam qui dicitur christus et adduxit eū ad iesum. Postcoīo.

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus: vt intercedēte beato ādrea apostolo tuo que pro illius veneranda gerimus passione: nobis proficiāt ad medelam. Per dominum.

In die sancti andree. Introitus.

Michi autem nimis honorati sūt amici tui deus nimis confortatus est pricipatus eorū. Ps. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionem meā. Gl'a patri. Oratio.

Maiestatem tuam domie suppliciter exoramus: vt sicut ecclesie tue beatus andreas apostol⁹ tuus extitit predicator et rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per. Ad Romanos. x.

Fratres: Corde creditur ad iusticiam: ore autem cōfessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illū: nō confūdetur. Non enim est distictio iudei et greci. Nam idē dominus omniū diues in omnes qui inuocant illū. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen dñi: salu⁹ erit. Quomodo ergo inuocabūt: in quē non crediderunt. Aut quomodo credēt ei: quē non audierunt. Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo vero predicabunt/nisi mittātur? Sicut scriptum est. Quā speciosi pedes euāgelizantium pacem: euangelizātium bona. Sed nō oēs obediunt euangelio. Isaias enī dicit. Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum christi. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnē terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis t're verba eorum. R. Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine. V. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii propterea populi confitebūtur tibi. Alleluia. V. Dilexit andream domin⁹ in odorē suauitatis. Prosa.

Sacrosācta hodierne festiuitatis p̄conia. Digna laude vniuersa cathegorizet ecclesia. Mitissimi sanctorum sanctissima excolenda merita. Apostoli ādree admirāda prefulgentis gratia. Hic accepto a iohanne baptista ꝙ venisset q̄ peccata tolleret. Mox eius intrans habitacula audiebat eloquia. Inuentoq; fratre suo bariona. Inuenim⁹ ait ouās messiam et duxit eum ad dulcifluam saluatoris presentiam Hunc perscrutātem maria christi vocauit clementia. Artem piscādi commutans dignitate apostolica. Cuius anima post clara fecisti paschalis tempora. Sancti spiritus preclara perlustrauit potentia. Ad predicandū pp'lis penitentiā. Gra-

tulare ergo tanto patre achaya. Illustrata eius salutari doctrina. Honorata multimoda signorum frequentia. Et gemens tu plora trux carnifex egea. Te lues inferna et mors tenet eterna Et andream felicia per crucem manent gaudia. Jam regem tuum spectas. Jam adoras iam in eius conspectu andrea stas. Odorem suauitatis iam aspiras quem diuini amoris aroma dat. Sis ergo nobis inclita dulcedo spirans intima celestis vite palatia. Amen.

Secundum Matheum. iiii. c.

In illo tempore. Ambulans iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres simonem qui vocatur petrus: et andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus: secuti sunt eum. Et procedens inde vidit duos alios fratres: iacobum zebedei: et iohannem fratrem eius in naui, cum zebedeo patre eorum: reficientes retia sua, et vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus et patre secuti sunt eum. Credo. Offerto.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Secreta

Sacrificium nostrum tibi domine quesumus beati andree precatio sancta conciliet: vt cuius honore solenniter exhibetur ipsius meritis efficiatur acceptum. Per dominum

Prefatio. Te domine supplicit. Coio.

Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum at illi relictis retibus et nauí secuti sunt dominum. Postcoio.

Sumpsimus domine diuina mysteria beati andree festiuitate letantes: que sicut sanctis tuis ad gloriam ita nobis quesumus ad veniam prodesse perficiat. Per dominum.

Receptio brachii sancti mauricii Offi

Venite benedicti patris mei percipite regnum alleluia quod vobis paratum est ab origine mundi alleluia alleluia alleluia. Ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Gloria. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui per gloriosi bella certaminis ad immortales triumphos martyres tuos mauricium sociosque eius extulisti: da cordibus nostris dignam pro eorum solennitate leticiam: vt quorum solennia pio amore complectimur: eorum precibus adiuuemur. Per.

Epistola. Sancti per fidem. In coi fo. vi. R. Timete dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. V. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Alleluia. V. Iusti epulentur exultent in conspectu dei delectentur in leticia. Sequentia

Clerus andegauensium psallat cum turma ciuium. Quod mauricii brachium nobis misit bisancium. Constantinopolitana ciuitas diu prophana manserat. Et duricia vesana dogmata sacra romana spreuerat. Franci fortes accingantur venetis associati. Vrbem hanc aggrediuntur cadunt greci superati. Archipresul philippensis genere rothomagensis francis opem prebuit. Et de rebus ciuitatis ob merce-

dē probitatis opes multas habuit. Qui prudēter pscrutatus res quas erat hic lucrat⁹ hoc reperto brachio. Nobis illud destinauit ⁊ nos tanto decorauit vir largus exenio. Huius ergo causa rei festū hoc ad laudē dei cum solenni gaudio celebrat hec cōcio. Nos hoc festū veneremur ducē nostꝝ. depcemur vt virtutem pprii manifestet brachii. Et nobis vtilia cōferat remedia que solēt per fortia exerceri brachia. Vt sustētet nos cadentes et defendat impotētes bñdicat āplectatur sparsim dona largiatur. Tandē sua dextera portet nos in ethera. Amen. Euāgeliū Videns iesus turbas. In coi folio. viii. Credo. Offertoriū Mirabilis deus in scis suis deus israel ipē dabit virtutē ⁊ fortitudinē plebis sue bñdict⁹ de⁹ alla. Secre.

Munera tibi domine nostre deuotiōis offerimus q̄ et pro sāctorum tuoꝝ mauricii sociorumq; eius tibi grata sint honore: et nobis salutaria te miserante reddātur: p Prefatio de apostolis si ante aduētum euenerit propter octa. sācti andree. Alias. Prefatio cois. Cōmūio. Gaudete iusti in domino alleluia rectos decet collaudatio alleluia. Postcoio.

Presta nobis dñe quesum⁹: vt que pro sanctorū tuoꝝ mauricii sociorūq; eius beata passione pegimus: ipsorum nobis fiant intercessiōe salutaria in quoꝝ nataliciis sunt exultanter impleta. Per dñm nostrū. Nota q̄ oratio que sequitur dicenda est per omēs octa. beati andree et etiam in octabis eiusdem.

Oratio.

Protegat nos dñe q̄sumus sepius beati andree apostoli repetita solennitas: vt cuius patrocinia sine intermissione recolimus. ppetuam defensionem sentiam⁹. P. dominum nostrū. Secreta.

Indulgentiam nobis domine prebeant hec munera que sūpsimus largiorem: que venerabilibus beati andree suffragiis offerūtur. Per dñm. Postcoio.

Adiuuet ecclesiā tuam dñe tibi supplicando beat⁹ andreas apostolus: et pius interuentor efficiatur qui tui nominis extitit predicator. Per dñm.

Nota q̄ si festū sancti andree die iouis ante aduentū euenerit. Die veneris sequens erit missa de sācto andrea. Dominus sec⁹ ma. Et cetera sicut in vigilia. Oratio. Protegat nos dñe. cū secre. ⁊ postcō Alleluia. V. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis cōfortatus est principatus eoꝝ. Credo ⁊ prefatio dicātur. Sabbato sequenti. Missa. Michi autem. ⁊c sicut i die. Oratio Protegat vts. Sed ipso die i andegaueñ ecclesia fit de receptione brachii sancti mauricii. Si autē festū sancti andree die veneris ante aduētum euenerit sabbato sequenti erit missa de sancto andrea. Dominus secus mare sicut in vigilia. Oratio Protegat cum ceteris. In octa. sancti andree. Missa Domin⁹ sec⁹. vts in vigilia. Orō. Protegat. Epistola Corde creditur. vt supra in die. R Nimis honorati sūt amici tui de⁹ nimis confortatus est principatus eorū: V. Di

numerabo eos et super arenã multiplica būtur. Alla. V. Dilexit andreã dñs i odorem suauitatis. Sequētia.

Exultem⁹ et letemur et andree delectemur laudibus apostoli. Huius fidē dogma mores et pro christo tot labores digne decet recoli. Hic ad lucē petrū duxit cui primū lux illuxit iohannis indicio Secus mare galilee petri simul et andree: sequit electio. Ambo prius piscatores verbi fiunt assertores: et forma iustitie. Rete laxāt in capturā vigilemq͡ȝ gerūt curam nascentis ecclesie. A fratre diuidit et in ptes mittitur andreas achaie. In andree retia currit dei gratia magna pars puincie. Fide vita verbo signis doctor pius et insignis cor informat populi Ut egeas cōperit quid andreas egerit ire surgūt stimuli Mens secreta mens virilis cuius patris vita vilis viget patientia. Blandimētis aut tormentis nō eneruat robur mētis iudicis insania. Crucem vidēs preparari suo gestit conformari magistro discipulus. Mors pro morte soluitur et crucis appetit triūphalis titulus. In cruce vixit biduū victurus imppetuū nec vult volente populo: deponi de patibulo Hora fere dimidia luce pfusus nimia cum luce cū letitia pergit ad lucis atria. O andrea gloriose cuius preces preciose: cuius mortis luminose: dulcis est memoria. Ab hac valle lachrymarū nos ad illud lumen clarum pie pastor aiarū tua trāsfer gratia. Amē. Cetera sicut in die. Secreta. Indulgentiā. Postcō. Adiuuet vts. Nichasii sociorūq͡ȝ eius qd festum fit solemnit in ecclesia andegaueñ. Offi.

Intret in cōspectu tuo domine gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū vindica sanguinē sanctorū tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatē suam polluerūt templū sanctū tuū posuerūt hierusalem in pomorū custodiā. Glia. Orō

Deus qui beatū nichasiū martyrem tuum in tētatiōibus pbasti et pbatū fideliter coronasti ipsius sancti sociorūq͡ȝ eius meritis i omni tribulatiōe: tuū nobis presta auxiliū: et sempiterne cōsolationis interminabile gaudiū. P. Epistola Reddet deus mercedē In cōi fo. viii R. Iustorū aīe in manu dei sunt et nō tanget illos tormentū malicie. V. Visi sunt oculis insipientiū mori illi autē sūt in pace. Alla. V. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arūdineto discurrent in eternum. Euange. Cū audieri. In cōi fo. viii Offr. Letamini in dño et exultate iusti et gloriamini oēs recti corde: Secreta

Sit tibi oīpotens pater hoc olocaustū acceptabile sicut qd tibi obtulit: qui pctā nostra in cruce ptulit: et sancto eustachio cū sociis suis intercedente ad tua scā sumenda dignos nos prepara. Per. Coio Ego vos elegi de mūdo vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat

Sicut beat⁹ eustachi⁹ Postcoio cum sociis suis dñe in celesti claritate rutilat: sic sancta que sumpsimus illis intercedētibus puros nos tibi efficiant. Per dominum

Nicolai episcopi Officium

S Tatuit ei dn̄s testamētum pacis et principem fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. ps. Misericordias domini in eternū cantabo. Glia. Col:

D Eus qui beatum nicolaū pōtificem tuū innumeris decorasti miraculis. tribue q̄s vt eius meritis et p̄cibus a gehenne incendiis liberemur. Per: Epl̄a. Ecce sacerd: magnus qui in die. Quere in communi fo. x. R. Domine p̄uenisti eum i benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cioso. V. Vitam petiit a te et tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. Allā. V. Justus germinabit sicut liliū et florebit in eternum ante dn̄m. Allā. V. Aue presul clericalis: clericorum cōseruator ante thronū trinitatis sis pro nobis aduocator pie pastor nicolae preces nostras sustineus possim⁹ te piissime corā deo colere Sequentia

C Ongaudentes exultemus vocali concordia. Ad beati nicolai festiua solēnia. Qui in cunis adhuc iacens seruando ieiunia. A papilla cepit summa p̄mereri gaudia Adolescens amplexat litterarū studia. Alienus et īmunis ab omni lasciuia. Felix cōfessor cuius fuit dignitatis vox de celo nūcia. Per quā p̄uectus p̄sulatus sublimat ad sūma fastigia. Erat in eius animo pietas eximia et oppressis īpendebat: multa beneficia. Auro per eū virginū tollit infamia atq; patris earūdem leuat inopia Quidā naute nauigantes et cōtra fluctuū seuiciam luctātes naui pene dissoluta. Jā de vita desperātes in tanto positi periculo clamantes voce dicūt omnes vna. O beate nicolae nos ad portū maris trahe: de mortis angustia. Trahe nos ad portum maris tu q̄ tot auxiliaris pietatis gratia. Dū clamarent nec incassū ecce quidam dicens adsū ad vestra p̄sidia. Statī aura datur grata et tēpestas fit sedata quieuerunt maria. Ex ipsius tumba manat vnctiōis copia Que infirmos omnes sanat p eius suffragia. Nos qui sumus in hoc mūdo viciorum in profundo iam passi naufragia. Gloriose nicolae ad salutis portum trahe vbi pax et gloria Ipsam nobis vnctionem impetrat a domino prece pia Qua sanauit lesionem multorū peccaminū in maria. Huius festum celebrantes gaudeāt per secula. Et coronet eos christus post vite curricula. Amen. Euange. Sint lumbi. In cōi folio. xii. Offer. Posuisti dn̄e in capite eius: coronam de lapide precioso vitā petiit a te et tribuisti ei alleluia. Sec.

S Anctifica quesumus domine, oblata munera que in solēnitate sancti antistitis nicolai offerūtur vt per ea vita nostra inter aduersa et p̄spera vbiq; dirigat. per dn̄m. Coīo. Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē amē dico vobis super omnia bona sua cōstituet eum Postcoīo.

S Acrificia domine que sumpsimus pro solennitate sancti pōtificis tui nicolai: et aīarum nobis medelam conferāt: et sempiterna nos p̄tectione confirment. per dn̄z.

In conceptione btē marie Introit⁹

Gloriose virginis marie conceptionem hodiernā deuotissime celebremus: cuius vita inclita cunctas illustrat ecclesias ℣. Hodie concepta est beata virgo maria ex pgenie dauid. Gloriose. Glia. Glose

Famulis tuis quesumus Col domine celestis gratie munus impartire vt quibus beate virginis partus extitit salutis exordiū: cōceptionis eius votiua solennitas/pacis tribuat incrementū. Per dn̄m.

Lectio libri sapie. Ecclesiasti. xxiiii.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectiōis et timoris et magnitudinis/et sancte spei. In me gratia oīs vie et veritatis: in me oīs spes vite et virtutis. Trāsite ad me oēs qui cōcupiscitis me: et a generationibus meis īplemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauū Memoria mea in generatiōe seculoꝝ. Qui edunt me/adhuc esurient et qui bibunt me/adhuc sitiēt. Qui audit me non cōfundet: et qui operant in me/non peccabūt. Qui elucidant me/vitam eternā habebunt ℟. Audi filia et vide et inclina aurē tuā: quia concupiuit rex speciem tuā. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere pcede et regna Allā. ℣. Cōceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid: alleluia

Prosa.

Dies iste celebret in quo pie recēsetur conceptio marie. Virgo mater generat concipit et creat recta vena venie Ade vetus exilium et ioachim opprobriū hinc habēt remedia. Hoc pphete puiderūt patriarche psenserūt inspirante gratia. Virga florem conceptura stella solem paritura hodie concipit. Flos de virga pcessurus sol de stella nascitur christus intelligit. O q̄ felix et preclara nobis grata deo chara fuit hec cōceptio. Terminat miseria datur misericordia luctus cedit gaudio. Noua mater nouam prolem noua stella nouū solem noua profert gratia Genitorē genitura creatorē creatura patrem parit filia. O mirādam nouitatem nouam quoq dignitatem ditat matris castitatē filii conceptio. Gaude virgo gratiosa virga flore speciosa mater prole generosa plene plena gaudio. Quod precessit in figura nube latet sub obscura hoc declarat genitura semel matris virgo pura pariendi vertat iura fusa mirante natura deitatis pluuia Triste fuit in eua ve sed ex eua formans aue versa vice sed non praue intus zelans in cōclaue verbū bonū et suaue nobis mater vgo faue tua frui gratia. Omnis homo sine mora laude plena solués ora istam colas ipsam ora omni die omni hora Sit mēs supplex vox sonora sic supplica sic implora huius patrocinia Tu spes certa miserorum vere mater orphanorum tu leuamē oppressorum medicamen infirmorū omnibus es omnia. Te rogamus voto pari laude digna singulari vt errantes in hoc mari nos in portu salutari tua sistat gratia. Amen

Inicium sancti euāgelii secundum Matheum primo

Liber generationis iesu christi filii dauid: filii abrahā. Abraham genuit isaac. Isaac autem genuit iacob. Jacob autē genuit iudā et fratres eius. Judas autem genuit phares et zaram de thamar. Phares autē genuit esrom. Esrom aūt genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autē genuit naason. Naason autē genuit salmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Jesse autem genuit dauid regē. Dauid autem rex genuit salomonē ex ea que fuit vrie. Salomon autē genuit roboam. Roboam autē genuit abiam. Abia autem genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Josaphat autem genuit ioram. Jorā autem genuit oziam. Ozias autē genuit ioathan. Joathan autem genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias autē genuit manassen. Manasses autem genuit amō. Amon autem genuit iosiam. Josias autem genuit iechoniam et fratres eius in transmigratione babylonis. Et post transmigrationē babylonis iechonias genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. Zorobabel autē genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathā. Mathan autem genuit iacob. Jacob autem genuit ioseph virum marie. de qua natus est iesus qui vocatur christus. Credo in. Offertorium. Felix nāqz es sacra virgo maria, et omi laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. Secreta

Unigeniti tui domine nobis succurrat humanitas. vt qui natus de virgine matris integritatem non minuit sed sacrauit in cōceptionis eius solenniis a nřis nos periculis eruens: oblationē nostrā sibi faciat acceptam. Qui tecū. Prefatio Et te in cōceptione Cōmunio Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē allā

Sumpsimus domine celebritatis annue votiua sacramenta. presta quesumus: vt et temporalis nobis vite remedia prebeant et eterne. per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum

Lucie virginis Introitus.

Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloria Col.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate lucie virginis et martyris tue festitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. P dominum nostrum Epistola. Qui gloriatur in domino glorietur Jn cōmuni folio. xiiii. R. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē. V. Propterea vnxit te de⁹ deus tuus oleo leticie. Alleluia. V. Diffusa est gratia i la-

biis tuis ppterea benedixit te deus i etnū Euangeliū. Simile est regnum celorum decem In cōi folio.xv. Offer. Offerentur regi virgines prime ei⁹: offerentur tibi in leticia et exultatione adducentur in tēplū regi dño Secreta

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio: pro tuorꝝ honore sanctorꝝ: se meritis pcepisse de tribulatione cognoscit auxiliū. p d Coio. Diffusa est grā in labiis tuis ppterea bñdixit te deus ineternū. postcō.

Saciasti domine familiam tuam muneribus sacris ei⁹ quesumus semper interuentiōe nos refoue: cuius solennia celebramus. p

Gatiani archiepi Officiū

Statuit ei dñs testamētum pacis et principem fecit eū: vt sit illi sacerdotii digitas ineternū: ℣. Ora pro nobis beate gaciane: Vt digni efficiamur pmissionibus xpi. Gloria Oratio

Deus qui populo tuo eterne salutis beatū gatianū ministrū concessisti. presta quesumus vt quē doctorem vite habuimus in terris: intercessorem semper habere mereamur in celis. p Epistola: Ecce sacerdos magnus qui in die. In communi folio.xi. R. Ora pro gēte te dux gaciane colente vt pmissa dei te duce dētur ei ℣. Dū natū vouit tibi flendo sub hoste statutū luce sub hac nouit regem regina solutū. Alleluia ℣. Lux et honor turonorum verna christi gaciane āte preces nostras accipe et a morsu luporum oues tuas eripe. Sequentia.

Hrangatur mens viciosa vt sit deo gratiosa ad pmenda gloriosa gatiani merita. Terrena qui non cupiuit sed mox vt christū audiuit loquente cum eo iuit seruās ei⁹ monita Stetit dominice cene cum ceteris duodene turbe ministrando pene officia debita. Phariseorū errorem vitauitqꝫ vue florem discipulorūqꝫ morem sequens recta semita: Nulsq̄ territus cessauit a verbo quod p̄dicauit turonicis nunciauit primus legis credita. Ventum mundi nec gloriam quesiuit p memoriam se ad celi theoriam vertēs mente addita. Tristes iuuabat precibus et multos loqui vocib⁹ ac corpora demonibus liberauit subdita Fecit de⁹ miraculo q martino e tumulo iste oranti sedulo: verba reddat perplacita. Ista pbata narrant quod ei commendant ignota recuperant si fuerint perdita Grates referēdo ei postulem⁹ omnes rei vt et nos in aula dei collocet gratuita. Amen. Euange. Sint lumbi vestri In communi folio.xii. Offertorium

Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide precioso vitā petiit a te et tribuisti ei alla Secreta.

Omnipotens sempiterne deus munera tue maiestati oblata per intercessionem beati gatiai cōfessoris tui atqꝫ pōtificis ad ppetuam fac nobis pficere salutē p. Coio Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē. amē dico vobis super omnia bona sua cōstituet eū Postcoio

Sacramenta salutis nostre suscipientes concede quesumus oipotens deus vt beati gatiani confessoris tui atqꝫ pontificis nos vbi-

q3 orõ adiuuet: in cui⁹ veneratione hec tue obtulimus maiestati Per

Thome apostoli. Officiũ.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorum. Ps. Domine pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meam. Glã. Collecta

Da nobis q̃s dñe beati thome apostoli tui solennitatibus gloriari: vt eius sẽp ꝛ patrociniis subleuemur et fidem congrua deuotiõe sectemur. Per dñm Eplã. Jam nõ estis. Jn coi fo. i. R. Jn omnẽ terrã exiuit sonus eorũ et in fines orbis terre verba eorum. V. Celi enarrant gloriã dei et opera manuum eius ãnũciat firmamentum. Alleluia. V. Nimis honorati sũt amici tui deus nimis confortatus est pricipatus eorum alleluia. Prosa. Celi solẽ imitantes. Quere in coi folio. i.

Secundum Johannem xx.

In illo tempore: Thomas vn⁹ ex duodecim qui dicitur didimus non erat cũ eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dominum. Jlle autem dixit eis. Nisi videro in manib⁹ ei⁹ fixurã clauorũ: et mittam digitum meũ in locum clauorũ: et mittam manũ meã in latus ei⁹: non credã. Et post dies octo iterum erãt discipuli eius intus: et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis, et stetit ĩ medio: et dixit eis. Pax vobis Deinde dicit thome. Jnfer digitũ tuũ huc, et vide man⁹ meas, et affer manũ tuam et mitte in latus meum ꝛ noli esse icredulus: sed fidelis Respõdit thomas: et dixit ei. Domin⁹ me⁹ et deus meus. Dicit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti, btĩ qui non viderunt: et crediderũt Credo Offertorium. Jn omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Debitum domine nostre reddimus seruitutis suppliciter exorantes: vt suffragiis beati apostoli tui thome in nobis tua munera tuearis: cuius honorãdo confessionem laudis / tibi hostias immolamus Per dominum. Prefatio Te domine suppliciter Communio.

Mitte manũ tuam et cognosce loca clauorum alleluia: et noli esse incredulus. sed fidelis alleluia alleluia. Postcoĩo

Conserua domine populum tuum: et quem sanctorũ apostolorum tuorum presidiis non desinis adiuuare: intercessione beati thome apostoli tui ppetuis tribue gaudere remediis: p dominum.

Ad graciam sancti spiritus postulandam. Oratio.

Deus cui omẽ quod patet ꝛ oĩs voluntas loquitur/ et quẽ nullam latet secretum / purifica per infusionem/ sancti spiritus cogitationes cordis nrĩ: vt te perfecte diligere/ et digne laudare mereamur. Per Jn vnitate eiusdem. Secre.

Hec oblatio dñe quesum⁹ cordis nostri maculas emundet: vt sancti spiritus digna efficietur habitatio. P dñm. Jn vnitate eiusdem spiritus. Postcõmunio.

Sacrificiũ salutis nrẽ tibi offerẽtes: cõcede nobis dñe q̃s purifi

catis tibi mẽtib⁹ sepi⁹ tue pietatis celebrare misterium. Per.

Missa de sancto spiritu. Officiũ.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia et hoc quod continet oia sciẽtiã habet vocis allã allã allã. ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius. et fugiant qui oderunt eũ a facie eius. Glia patri et filio et spiritui sancto. Sicut er.

A septuagesima vsqz ad pascha Introitus.

Dum sanctificatus fuero in vobis cõgregabo vos de vniuersis terris: et effundã super vos aquam mundam et mũdabimini ab omnibus inquinamentis vrĩs: et dabo vobis spm̃ nouũ. ps. Benedicam dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Gloria patri et filio Col.

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodem spiritu recta sapere et de eius semper cõsolatione gaudere. Per dominum nostrũ iesum christum filium tuum Qui tecum viuit et regnat In vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Lectio actuum apostolorum viii

In diebus illis. Cum audisset apostoli qui erant hierosolymis quia recepisset samaria verbũ dei: miserũt ad eos petrum et iohãnem. Qui cum venissent: orauerũt pro ipsis vt acciperent spiritum sãctum. Nondum enim in quẽq̃ illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu. Tũc imponebant manus super illos: et accipiebant spiritum sanctum.

℟ Beata gens cuius est dominus deus eorum populus quẽ elegit dñs in hereditatem sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Allã. Veni sancte spiritus: reple tuorũ corda fideliũ et tui amoris in eis ignẽ accende. Allã ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre alleluia Tractus.

Laudate dominũ omnes gẽtes laudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius et veritas domini manet in eternum. Secundum Johannẽ xiiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si q̃s diligit me sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum: et ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manẽs Paraclitus autem spũs sctũs quẽ mittet pater ĩ noiẽ meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis oia quecunqz dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat. ego do vobis. Non turbetur cor vestrũ: neqz formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqz q̃r vado ad patrẽ: q̃a pater maior me ẽ Et nunc dixi vobis priusq̃ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. De-

nit enī princeps mundi huius:et in me non habet quicquā Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrē. Et sicut mādatum dedit michi pater:sic facio. Offertorium.
Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a tēplo tuo quod est in hierusalem tibi offerent reges munera alleluia
Munera que- Secreta sumus domine oblata sanctifica:et corda sancti spirit9 illustratione emunda. P do.in vni. Coio.
Factus est repēte de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erant sedētes alleluia et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei alleluia allā
Sancti spiritus postcō. domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet.Per domi.in vnitate.
In veneratione angelorum Officiū.
Benedicite dominū omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbum eius: ad audiendā vocem sermonū ei9 ps Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sūt nomini sancto eius
Perpetuum Oratio. nobis domine tue miseratio nis presta subsidium:quibus et angelica prestitisti suffragia nō deesse Per. Lectio libri apocalypsis xix
In diebus illis. Dixit mihi angelus. Scribe. Beati q̄ ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit mihi.Hec verba dei vera sūt Et cecidi an̄ pedes ei9 vt adorarē eū et dixit mihi.Vide ne feceris.Cōseruus tuus sū:et fratrū tuorum habentium testimonium iesu:deum adora

R. Benedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbū ei9 V. Benedic anima mea domino et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alleluia V In conspectu angelorum psallam tibi domine deus meus.
Secundum Johannem
In illo tempore. Erat dies festus iudeorum: et ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis super probatica piscina que cognominat̄ hebraice bethsaida:quinq3 porticus habens.In hiis iacebat multitudo magna languentium:cecorum:claudorum:et aridorum expectantium aque motū An gelus autem domini secundū tempus descendebat in piscinam:et mouebatur aqua.Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque:sanus fiebat a quacunq3 detinebatur infirmitate.Offertorium
Stetit angelus iuxta aram templi: habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa et ascēdit fumus aromatū in conspectu dei allā Se.
Hostias tibi domie laudis offerimus suppliciter deprecantes:vt easdem angelico pro nobis ītueniēte suffragio et placat9 accipias et ad salutē nostram ꝑuenire cōcedas.Per dominum nostrū.Coio
Benedicite omnes angeli domini domino hymnum dicite et superexaltate eum in secula Postcoio
Repleti dn̄e benedictione celesti suppliciter iploram9:vt qd̄ fragili celebram9 officio scōrum angelorum atq3 archangelorū nobis ꝓdesse sentiamus auxilio.Per dominū

In veneratiōe scē crucis. Officium

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu xpi i quo est salus vita et resurrectio nostra per quem saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nri Orō

Deus qui vnigeniti filii tui preciosa sanguine viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti. concede q̄s. eos qui eiusdem sancte crucis gaudent honore/tua quoqȝ vbiqȝ ptectione gaudere. Per eūd.

Ad philippēses. ii.c

Fratres. cristus factus est pro nobis obediens vsqȝ ad mortem morte autem crucis: Propter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine iesu omē genu flectatur. celestiū terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur. quia dominus iesus christus in gloria est dei patris. R. Cristus factus est pro nobis obediens vsqȝ ad mortem mortem autē crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illū et dedit illi nomē quod est super omne nomē Alleluia. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominū

Secundum matheum. xx.c

In illo tempore: Ascendens iesus hierosolimā: assumpsit duodeci discipulos suos secreto. et ait illis. Ecce ascēdimus hierosolymā et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis. et condēnabunt eum morte. Et tradent eū gentibus ad illudendum: et flagellandum et crucifigēdū. et tercia die resurget: Offertoriū. Protege dn̄e plebē tuā per signū sācte crucis ab oībus isidiis inimicorum omniū. vt tibi gratā exhibeamus seruitutem. et acceptabile tibi fiat sacrificiū nostrū allā: Secreta

Hec oblatio domine ab omnibus nos purget offensis: que in ara crucis immolata etiam totius mūdi tulit offensam. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen

Prefatio. Qui salutem humaī generis in ligno crucis cō. Cōmunio. Per lignū serui facti sumus et per sanctam crucem liberati sumus. fructus arboris seduxit nos filius dei redēit nos allā:

Postcommunio

Adesto nobis domine deus noster: et quos sancte crucis letari facis honore: eius quoqȝ perpetuis defende subsidiis Per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui tecum viuit et regnat ivnitate spiritussancti deus. per omnia secula seculorū. amen

R. ac alleluia sequēs dicitur a circūcisione dn̄i vsqȝ ad purificationem

R. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris iuenta es mat̄ saluatoris: V. Virgo dei genitrix quē totus nō capit orbis in tua se clausit viscera factus homo Alleluia V. Post partū virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis

Ordo missarū de beata maria a prima die aduentus vsqȝ ad natiuitatem domini. Officium. Rorate celi desuper. Oratio. Deus qui de beate marie. Epistola. Hec dicit dominus deus. Egredietur virga. R. Tollite portas. quere omnia ista i aduentu. Prosa

Mittit ad virginem non quemuis angelum sed fortitudinē suum archangelum amator hominis. Fortem expediat pro nobis nūcium nature faciat vt preiudicium in partu virginis. Naturam superet natus rex glorie regnet et imperet et zima scorie tollat de medio. Superbientium terat fastigia colla sublimium calcans vi ꝓpria potens in prelio. Xpi qui mitteris hec dona differe reuela veteris velamē littere virtute nuncii. Fortem eiicias mundanum principem: matrēqȝ facias tecum participem patris imperii. Accede nuncia dic aue cominus dic plena gratia dic tecū dominus et dic ne timeas. Virgo suscipias dei depositum in quo perficias casta propositum et votum teneas. Audit et suscipit puella nunciū credit et concipit et parit filium sed admirabilem. Consiliariū humani generis et deū fortium et patrem posteris in pace stabilem. Natura ꝑmitur in partu virginis rex regum nascitur vim celās numinis sed rector superum. Qui nobis tribuat: peccati veniam reatus diluat et donet patriam in arce syderum. Amē Euāgelium. Missus est gabriel angelus. Offꝛ. Aue maria Secreta. In mētibus nostris Coīo. Ecce virgo. Postcoīo. Gratiam tuam

Per octabas natiuitatis domini Missa de beata maria. Puer natus est nobis: quere in loco suo proprio cum prosa Letabundus exul.

A circuncisione domini vsqȝ ad purificationem missa de beata maria. Salue sancta parens Quere post festum circuncisiōis: Oratio. Deus qui salutis ete. Epistola. Apparuit benignitas. R. Benedicta Allā post partum. Sequentia. Letabūdus: vel Bñdicta: Euang. Pasto. Offꝛ. Felix nāqȝ. Secreta. Muneribus nostris. prefatio. Et te iveneꝛa. Coīo. Beata visce. postcoīo. Hec nos communio domine pur. ꝛc.

A purificatiōe vsqȝ ad pascha

Salue sancta parēs enixa puerpera regē qui celū terrāqȝ regit in secula seculoꝝ. ps. Post partū virgo inuiolata permāsisti Dei genitrix intercede pro nobis. Orō.

Concede nos famulos tuos q̄sumus dn̄e deus ꝑpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate marie semꝑ virginis intercessione a ꝑsenti liberari tristitia et eterna perfrui letitia. Per do

Lcō libri sapie. Ecclesiastici xxiiii

Ab initio et āte secula creata sū et vsqȝ ad futuꝝ seculū nō desinā: et in habitatiōe scā corā ipso ministraui. Et sic in syō firmata sū et in ciuitate scificata siliter requieui ꝛ in hirlm potestas mea. Et radicaui in populo honorificato et in partes dei mei hereditas illius Et in plenitudine sanctorum detentio mea R.

Benedicta et venera. Alleluia Post partum Sequētia.
Verbum bonum et suaue personemus illud aue per quod christi fit conclaue virgo mat filia. Per quod aue salutata mox concepit fecūdat a virgo dauid stirpe nata inter spinas lilia. Aue veri salomonis mater vellus gedeonis: cui⁹ magi tribus donis laudant puerperium. Aue solem genuisti aue prolē protulisti mundo lapso contulisti: vitam et imperium. Aue spōsa verbi summi maris portus signū diuini aromatum virga fumi angelorum domina. Supplicamus nos emenda emēdatos nos commēda: tuo nato ad habenda: sempiterna gaudia. Amen. Si alleluia includitur nō dicitur sequētia sed tractus.
Aue maria gratia plena dominus tecum ℣. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fruct⁹ vētris tui. ℣. Spiritus sanctus superueniet in te et virtus altissimi obūbrabit tibi. ℣. Ideoqꝫ quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei.
Secundum Lucam xix.
In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: extollens vocē quedam mulier de turba: dixit illi. Beatus venter qui te portauit: et vbera que suxisti. At ille dixit Quinimo: Beati qui audiunt verbum dei: et custodiunt illud. Offertorium.
Felix namqꝫ es sacra virgo maria et omni laude dignissima qꝛ ex te ort⁹ est sol iusticie christ⁹ deus noster. Secreta.
Tua domine propiciatione et gloriose beate marie semper virginis intercessione ad perpetuā atqꝫ presentem hec oblatio nobis ꝓficiat prosperitatem et pacē. Per dominum. Coio. Beata viscera marie virginis q̄ portauerunt eterni patris filiū.
Postcommunio
Sumptis domine salutis nostre subsidiis. da quesum⁹ beate marie semper virginis nos patrociniis vbiqꝫ protegi in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati Per dominum nostrum. A die pasche vsqꝫ ad octabas pēthecostes: officium de beata maria: Salue sancta parens. cum alleluia in fine Oratio. Concede nos. Epistola Ab initio. Alleluia: Post partum. ℣. Angelus dni descendit de celo et accedēs reuoluit lapidem et sedebat super eum
Per octabas ascensionis Alleluia: Post partum. ℣. Ascendit deus in iubilatione et dñs in voce tube. Per octabas penthecostes Alleluia. ℣. Post partum. ℣. Emitte spiritum tuū et creabuntur et renouabis faciem terre.
Sequentia
Virginis marie laudes concinant christiani. Eua tristis abstulit sed maria protulit natum qui redemit peccatores. Mors et vita modulo cōuenere mirando marie fili⁹ regnat deus. Dic nobis maria virgo clemens et pia. Quomodo facta es gēitrix cū tu sis plasma de te nascentis Angelus est testis: ad me missus celestis. Natus est ex me spes mea. sed incredula manet iudea. Credendū est magis soli gabrieli forti q̄ iudeorū praue cohorti Scim⁹ xp̄ꝫ pcessisse ex maria ve tu

nobis nate rex miserere alleluia
Secundum Johannem xix
In illo tempore. Stabāt iuxta crucem iesu mater eius et soror matris ei⁹ maria cleophe et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stantē quē diligebat/ dixit matri sue. Mulier ecce filius tuus Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suā Offx. Felix nāqȝ cum allā in fine. Secreta. Tua domine propi. vts. Coio. Beata viscera cum allā in fine. postcoio. Sumptis domine
Ab octabis penthecostes vsqȝ ad aduentum domini Officiū. Salue sancta parens. Oratio. Cōcede. Epistola Ab initio. R. Benedicta. Alleluia. Post partū: Nota quādo die sabbati fit officium misse de beata maria: tunc dicitur Gloria in excelsis deo. Sequentia. sine Credo Et dicitur prefatio. Et te in veneratione Sequentia
Benedicta es celorum regina: et mundi totius dña et egris medicina. Tu preclara maris stella vocaris que solem iustitie paris: a quo illuminaris. Te deus pater: vt dei mater fieres et ipse frater cuius eras fili[illegible]. Sanctificauit sāctā seruauit et mittēs sic salutauit aue [illegible]na gratia. Per illud aue platum et tuum responsum gratum est ex te verbum incarnatum quo saluātur omnia. Nunc mater exora natum vt nostrum tollat reatū. et regnum det nobis paratum: in celesti patria: Amen. Euangeliū: Loquente iesu ad turbas. Offx. Felix nāqȝ Secreta. Tua domine. Coio. Beata viscera. Postcoio. Sumptis domine De sancto spiritu Missa.
Spirit⁹ domini repleuit orbem terrarū alleluia et hoc quod continet oīa scientiā habet vocis allā allā allā. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderūt eum a facie eius.
In tempore quadragesime. Officium
Dum sanctificatus fuero in vobis cōgregabo vos de vniuersis terris: et effundā super vos aquam mundam et mūdabimini ab omnibus inquinamentis vrīs et dabo vobis spm̄ nouū. Ps Benedicam dominū in omni tēpore semper laus eius in ore meo Oratio.
Deus qui corda fidelium sanctispiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per. eiusdem.
Lectio actuū apostolorum viii
In diebus illis. Cum audissēt apostoli qui erant in hierosolymis quia recepit samaria verbū dei: miserunt ad eos petrum et iohannem. Qui cum venissent orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritū sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu. Tunc imponebāt manus super illos et accipiebāt spm̄ sāctū. R. Beata gens cuius est dominus deus eorū populus quē elegit dñs i hereditatē sibi V. Verbo dñi celi firmati sūt et spiri

tu oris eius omnis virtus eorū. Alleluia. ℣. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Euange.

Secundum Johannem xiiii

In illo tempore Dixit domin⁹ iesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum. Et ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat Et sermonem quem audistis: non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autē spiritus sanctus quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia et suggeret vobis oīa quecunqȝ dixero vobis. pacem relinquo vobis: pacē meam do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Nō turbetur cor vestrū neqȝ formidet. Audistis. quia ego dixi vobis. vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqȝ quia vado ad patrē. quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat. vt cū factū fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscū Venit enim princeps mūdi huius: et in me non habet quicquam Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mandatum dedit michi pater. sic facio. Offert Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis a téplo tuo quod est i hierusalem tibi offerēt reges munera allelupa Secreta

Munera q̄s dn̄e oblata sanctifica: et corda nrā sācti spūs illustratione emunda. p. eiusdē Coio.

Factus est repente de celo sonus aduenientis spūs vehementis vbi erant sedētes allelupa. et repleti sūt omnes spū scō loquentes magnalia dei all'a. all'a Postcō

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per eiusdem.

Nota post festum sancte trinitatis vsqȝ ad hystoriam de Adapiat Feria secunda missa de angelis. vt continetur in fine post sanctorum. Sine Gloria in excelsis deo. Feria tertia missa de martyribus.

Sapientiam sanctorum narrant populi. et laudem eorum nūciat ecclesia nomina autem eorum viuent in seculū seculi. ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio Sine Gloria in excelsis deo Oratio.

Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum memoriam recolere. da nobis in et'na beatitudine de eorum societate gaudere. Per dominum nostrum iesum.

Item oratio de dominica currente et alias orationes quas volueris. Epistola. Justi autem imperpetuū ℟. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis ℣. Cantate domino canticum nouū laus eius i ecclesia scōrū All'a. Sci tui dn̄e bn̄dicent te gloriam regni tui dicēt Euāg. Cū audie. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis deus isrl ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus allā Secreta

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus. que et pro tuorum tibi grata sint honore marty-

rum: et salutaria te miserante red= dantur. Coio: Ego vos elegi de mũ do vt eatis et fructũ afferatis et fru ctus vester maneat. Postcoio.

Presta nobis dñe q̃s: intercedẽ tibus sanctis martyribus tu= is: vt que ore cõtingimus pura mẽ= te capiamus. Per. Feria. iiii. mis sa de dñica. Feria. v. de cõfessoribus

Sacerdotes dei bñdicite dñz sancti et humiles corde lau date deũ. Ps. Benedicite oia opera dñi dño: laudate et superexaltate eũ in secula. Sine Glia i excelsis: Orõ.

Deus qui nos beatoꝝ cõfessoꝝ tuoꝝ cõmemoratiõe letificas: concede ꝑpicius vt quoꝝ memoriã recolimus per eoꝝ ad te exẽpla gra diamur. Per. Epla. Plures facti sũt R. Sacerdotes eius induãt salutari et sã cti eius exultatiõe exultabũt V. Illuc pro ducã cornu dauid paraui lucernã christo meo. Allã. V. Scti tui dñe bñdicẽt te glo riam regni tui dicent. Euangel. Vigi= late. Offer. Exultabũt sancti in gloria letabũt in cubilibus suis exultatiões dei in faucib9 eorum Secreta.

Suscipe dñe ꝑces et munera: q̃ vt tuo digna sint cõspectui sã= ctoꝝ cõfessoꝝ tuoꝝ ꝑcibus adiuue mur. Per dominũ nostrum. Coio. Justoꝝ aie in manu dei sunt et nõ tãget illos tormentũ malitie visi sunt oculi in sipientiũ mori illi aũt sũt in pace

Corporis sacri et Postcoio. preciosi sãguinis repleti liba mine q̃s dñe deus noster: vt qđ pia deuotione gerimus: intercedẽtibus scis cõfessoribus tuis certa redẽptio ne capiamus. Per Feria. vi. mis sa de cruce sicut est. Sine Glia in ex Sabbato missa de beata maria cum solennitate: et dicitur Gloria in excel. Sequentia. et Prefatio Et te inveneratiõe. Sine Credo vt no tatum fuit supra

Missa de tribus sororibus nomine marie Officium

Gaudeamus omnes in dño diem festum celebrãtes sub honore sanctarum sororũ: de quarum solennitate gaudẽt an geli et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Aliud offi. de eisdẽ.

Astitit regina a dextris tuis ꝑ xime eius offerentur tibi. Ps. Offerẽtur in letitia et exultatiõe adducẽ tur in templum regis Orõ

Deus qui gloriosissime virgi= ni matri tue duas ei9 sorores sub nõis identitate dedisti cõtribu= les i solaciũ. et fecisti comites in fi= dei confomentũ: concede q̃s. ut qui piis laudib9 beataꝝ sororũ nobile cõsortiũ veneramur. eis intercedẽ= tib9 ad ipsarũ ꝑuenire consortiũ me reamur Qui viuis et regnas. Epi= stola. Ego quasi vitis: Reqre in na= tiuitate gloriosissime virgĩs marie R. Letetur mons syon et exultẽt filie iu= de: V. Filie tyri in muneribus vultũ tuũ deprecabũtur. Allã V. Surrexit dñs et oc currens mulieribus ait auete tũc accesse= runt et adorauerũt eũ. Allã V. Tres so= rores marie noie intercedãt apud te dñe: vt purgatos ab oĩ crimine nos colloces i celi culmine.

Filie syon exultẽt in Tractus. rege suo. V. Laudẽt nomẽ ei9

in choro. ℣. In tympano et psalterio psallant ei. ℣. Quia beneplacitum est dño in populo suo. Euãge. Maria magdalene et maria iacobi et salome. re qre in die resurrectiõis dñi. Offer. Prorie ei⁹ offerẽt tibi offerẽt ĩ letitia et exultatõe adducẽt in templũ regis all'a. Aliud offer. Delectauerũt te filie regum in honore tuo: astitit regia a dextris tuis alleluia.

Secreta

Hec oblatio bone iesu quã tibi pro honore intemerate virginis et matris tue et suarum beatarũ sororum indigni offerimus: per earũ intercessionẽ peccata nostra deleat: et celestis beatitudis in qua tibi assistũt nos cõsortes efficiat. Qui. Coĩo. Ficus ptulit grossos suos vinee florẽtes dederũt odorem suum

Postcoĩo.

Hec sancta que sũpsimus iesu christe fili dei vini fili virginis marie. per ipsius gloriosissime matris tue et suarum sororum suffragia: nobis earum famulis peccatorum veniam et tue bonitatis gratiam cõferãt et salutem eternã. Qui viuis et regnas.

De sancto cuius honore fũdata est ecclesia

Oratio.

Sit domine quesumus beatus N. confessor tuus atq; põtifex custos actuũ nostrorum. et mala opera ac desideria maligna que nostra fragilitas superare non potest eius pia intercessiõe tuaq; benignitate annuente vincant. Per.

Secre

Sacris altaribus hostias superpositas sanctus N. quesumus domine in salutem nobis puenire deposcat. Per.

Postcoĩo.

Existat q̃s dñe pro nobis beatissimus N. ppetuus interuẽtor vt hec sacra mysteria que indignis manibus tractamus non sint nobis ad penam sed sint fortitudo nostre infirmitatis et ad vitam capessendã eternam pparatio salutaris. Per.

De sanctis quorum reliquie habenẽ in ecclesia

Officium.

Sapientiã sanctorũ narrent populi et laudẽ eorum ãnũcĩet ecclesia noĩa autem eorũ viuent in seculum seculi. ps. Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio. Gloria

Oratio

Propiciare quesumus domine nobis famulis tuis per scõrũ tuorum N. et N. et aliorum quorum reliquie et memorie in p̃senti habentur ecclesia merita gloriosa. vt eorum pia ĩtercessione ab oĩbus semp protegamur aduersis. Per dominum

Lectio libri sapientie Eccl'asti. xliiii

Hi sunt viri misericordie: quorum iustitie obliuionẽ nõ acceperũt. Cum semine eorum pmanẽt bona. hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semẽ eorum. et filii eorum ppter illos vsq; in eternũ manent. Generatio eorum et gloria eorum nõ derelinquẽt. Corpora eorum in pace sepulta sunt et noĩa eorum viuent in secula. Sapientiam eorum narrẽt populi: et laudẽ eorum pronũciat oĩs ecclesia sanctorum. ℟. Exultabunt sancti in gloria letabũtur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño canticũ nouũ laus eius in eccl'ia sanctorum. Alleluia. ℣. Corpora sanctorũ

in pace sepulta sunt et noia eorum viuet in generatione et generationem. Alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua dne eteni veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Euang. Qui vos audit In coi fo. v. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus. Secreta

Suscipiat pietas tua qs dne de manibus nostris munus oblatum: et per sanctorum tuorum. N. et N. et aliorum quorum reliquie et memorie in presenti habentur ecclesia oroes ab oibus nos emunda peccatis. Per d. Coio Justorum aie in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Postcoio

Diuina libantes mysteria que pro sanctorum. N. et N. et aliorum quorum reliquie et memorie in presenti habentur ecclesia veneratione tue obtulimus maiestati pra qs dne: vt per ea veniam mereamur peccatorum: et celestis gratie donis reficiamur. Per dnm. De oibus sanctis. Officium

Timete dnm oes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. ℣. Diuites eguerunt et esurierunt inquirentes autem dnm non deficient omni bono. Gloria. Oratio

Concede qs omps deus: vt intercessio nos sancte dei genitricis semperqz virginis marie et oim celestium virtutum sanctorumqz oim apostolorum martyrum confessorum atqz virginum et oim electorum tuorum vbiqz letificet: vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Per eum. Epla. Scimus qm diligentibus. In coi fo. vii.

℟. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dno canticum nouum laus eius in ecclesia sanctorum. Alla. ℣. Venite ad me oes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Euang. Videns turbas iesus. In communi folio. viii. Offer. Mirabil. Secreta.

Oblatis qs dne placare muneribus: et intercedentibus omnibus sanctis tuis a cunctis nos defende de periculis. P do. Coio. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum e regnum celorum. Postcom

Sumpsimus dne sancte marie semper virginis et oim sanctorum tuorum memoriam recolentes sacramenta celestia presta qs: vt quod temporaliter gerimus eternis gaudiis consequamur. Per. Pro congregatione. oro.

Omps sempiterne deus q facis mirabilia magna solus pretende sup famulos tuos et sup cunctas congregationes illis commissas spm gratie salutaris: et vt in veritate tibi complaceant ppetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Per do. eius. Secreta

Hostias dne famulorum tuorum placatus intende: et quas in honorem nois tui deuota mente pro eis celebramus proficere sibi sentiant ad medelam. Per dominum. Postcoio

Quos celesti recreas munere perpetuo dne comitare psidio: vt quos fouere non desinis dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per do. Pro pace. Officium

Da pacem dne sustinentibus te vt prophete tui fideles inue

niātur exaudi preces serui tui et plebis tue israel. ps. Letatus sū in his que dicta sunt michi: in domum dn̄i ibimus. Gloria patri. Oratio

Deus a quo sancta desideria recta cōsilia et iusta sūt opera: da seruis tuis illā quā mūdus dare nō potest pacē: vt et corda nr̄a mādatis tuis dedita et hostiū sublata formidine tēpora sint tua ꝓtectione trāquilla. P. Lcō libri machabeorū. ii. i

In diebus illis. Orationē faciebant sacerdotes dū offerrent sacrificiū pro pplo israel. Jonatha īchoante/ceteris autē respōdētibus/et dicētibus. Bene faciat vobis deus et memierit testamēti sui: quod ad abrahā isaac et iacob locutus est seruorū suorū fideliū: Et det vobis cor oībus: vt colatis eū et faciatis eius voluntatē corde magno et aīo volēti. Adaperiat dn̄s cor vestrū in lege sua: et in preceptis suis et faciat pacē. Exaudiat orōes vestras/et recōcilietur vobis: nec vos deserat in tempore. Dn̄s deus noster. R. Letatus sū in his que dicta sunt michi in domū dn̄i ibimus. V. Fiat pax in virtute tua et abūdātia in turribus tuis. Alla. V. Qui posuit fines tuos pacē et adipe frumēti satiat te. Euāg. Si quis venit ad me et nō odit. Jn coī fo. v. vel etiā quod sequitur. Secūdū matheū. x.

In illo tp̄e: Dixit dn̄s iesus discipulis suis. Eūtes predicate dicētes quia appropinquauit regnū celorū. Infirmos curate/mortuos suscitate/leprosos mundate/demones eiicite: gratis accepistis/gratis date. Nolite possidere aurū neqꝫ argētū: neqꝫ pecuniā in zonis vestris. Non perā in via: neqꝫ duas tunicas neqꝫ calciamenta/neqꝫ virgam: Dignus est eni operarius cibo suo. Jn quācūqꝫ autē ciuitatē aut castellū intraueritis interrogate quis in ea dignus sit: et ibi manete donec exeatis. Intrātes autē domū: salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidē fuerit domus illa digna: veniet pax vestra super eā. Si aūt nō fuerit digna: pax vestra reuertetur ad vos. Et quicunqꝫ nō receperit vos neqꝫ audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo vel de ciuitate excutite puluerē de pedibus vestris. Amē dico vobis: tolerabilius erit terre sodomorū et gomorreorū in die iudicii ꝙ illi ciuitati. Offr. Sicut in olocaustum arietū et taurorū et sicut in milibus agnorū pinguiū sic fiat sacrificiū nostrū in cōspectu tuo hodie vt placeat tibi quia non est cōfusio cōfidētibus in te domine.

Deus qui credētes in te Secreta. populos: nullis sinis cōcuti terroribus dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere: vt pax tua pietate cōcessa: christianorū fines ab oī hoste faciat esse securos. Per dn̄m.

Suffragia ista sunt dicenda pro pace et rege post Pater noster misse et ante fractionē hostie. primo dicatur ps. Letatus sum in his. Totus cum Gloria pa. Post dicat. Kirieleyson. Christe eleyson. Kirieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Exurgat deus et dissipētur inimici eius. Et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Dn̄e saluū fac regem. Et exaudi nos ī die qua inuocauerimus te. Saluū fac populū tu-

um domine et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos vsqȝ in eternū. Fiat pax in virtute tua Et abundantia i turribus tuis. Dñe exaudi oratione meā Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Oremus. Ecclesie tue q̄s dñe preces placat⁹ admitte vt destructis aduersitatibus et erroribus vniuersis secura tibi seruiat libertate. Per christū dominū nostrum. Amē. Oremus. Hostiū nostrorū q̄s dñe elide superbiā: et dextre tue virtutis prosterne. Quesumus oḿps deus: vt famulus tu⁹. N. rex noster qui tua miseratiōe suscepit regni regina eorūqȝ liberi virtutū omniū percipiant incrementa quibus decenter ornati et viciorum mōstra euitare hostes superare ⁊ ad te qui via veritas et vita es gratiosi valeant peruenire. Per. Coīo. Indina aurē tuā accelera vt eruas nos. Postcō

Deus auctor pacis et amator quē nosse viuere cui seruire regnare est protege ab oībus impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensiōe tua cōfidimus nullius hostilitatis arma timeamus. Per dñm.

Ad repellendā tēpestatē. Oratio.

A Domo tua quesumus domine spirituales neq̄cie repellātur: et aeriarū discedat malignitas tempestatum. Per dñm. Secreta

Offerimus dñe laudes et munera pro cōcessis beneficiis gratias referētes: et pro concedēdis semper suppliciter deprecātes. P. Postcō

Omnipotens sempiterne deus qui nos et castigādo sanas: et ignoscēdo conseruas presta supplicibus tuis: vt et tranquillitatib⁹ huius optate consolationis letemur: et dono tue pietatis sēper vtamur. Per. Ad pluuiā postulādā. Officiū

Exurge quare obdormis dñe exurge et ne repellas in finē quare faciē tuā auertis obliuisceris tribulationē nostrā adhesit in terra venter noster exurge dñe adiuua nos et libera nos. Ps. Deus auribus nostris audiuimus patres nostri annūciauerunt nobis. Gloria. Oratio.

Deus in quo viuim⁹ mouemur et sumus pluuiā nobis tribue congruentē: vt presentibus subsidiis sufficienter adiuti sempiterna fiducialius appetamus. Per dñm.

Lectio hieremie prophete. xiiii

In diebus illis: Dixit hieremias. Nunquid proiiciēs abiecisti iudā aut syō ab hominata est aīa tua: Percussisti nos ita vt nulla sit sanitas: Expectauimus pacem et non est bonū: tempus curationis et ecce turbatio. Cognouimus domine impietates nostras et iniquitates patrū nostrorum: quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobriū propter nomē tuū: ne facias nobis contumeliā. Solii glorie tue recordare: ne irritum facias fedus tuum nobiscū. Nunquid sunt in sculptilibus gentium aut in idolis qui pluant. Aut celi possunt dare imbres: Nonne tu es deus quem expectauimus Tu enim fecisti oīa hec dñe deus. R. Oculi omniū in te spe. Quere in quadragesima. feria quinta post dñicā de. Oculi mei. Alla. V. De profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vo-

cem meam. **Secūdū matheū** .xv.

In illo tpe: Dixit domin⁹ iesus discipulis suis. Misereor turbe quia triduo iam perseuerāt mecū: & non habēt quod māducēt et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant ī via. Et dicunt ei discipuli. Unde nobis in deserto panes tantos vt saturem⁹ turbā? Et ait illis iesus. Quot panes habetis? At illi dixerunt. Septē: et paucos pisciculos. Et precepit turbe: vt discūberent super terrā. Et accipiens septem panes et pisces: et gratias agens fregit & dedit discipulis suis. Et discipuli dederūt populo. Et comederunt omēs: & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmētis: tulerunt septem sportas plenas Erant aūt qui māducauerūt quattuor milia hominū. Extra paruulos: et mulieres. **Offr.** Populū humilem saluū facies dn̄e et oculos superborū humiliabis quoniam quis deus preter te domine. **Secreta.**

Oblatis domine placare muneribus: et opportunum nobis tribue pluuie sufficientis auxilium Per dn̄m. Coīo. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. **Postcoīo**

Da nobis domine quesum⁹ tua sancta sumentibus pluuiam salutarem: et aridā terre faciem fluentis celestibus dignanter infunde Per. **Pro aeris serenitate Officiū.**

Omnia que fecisti nobis dn̄e in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi: et mandatis tuis non obediuimus sed da gloriā nomini et fac nobiscū secūdum multitudinē mīe tue **Ps.** Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sācto ei⁹. Glīa. **Oratio.**

Ad te nos domine clamātes exaudi et aeris serenitatē nobis tribue supplicātibus: vt qui iuste ꝑ peccatis nostris affligimur misericordia tua preueniēte clementiā sentiamus. Per dominū nostrū.

Lectio Jone ꝓphete. ii.c.

In diebus illis: Orauit ionas ad dn̄m dicens. De tribulatione mea clamaui ad dominū: et exaudiuit me. De ventre inferi clamaui: et exaudisti vocem meā. Et proiecisti me in profundum in corde maris: et flumen circundedit me. Oēs gurgites tui super me transierunt: et ego dixi Abiectus sum a facie oculorum tuorū: veruntamē rursus videbo templū sanctū tuū. Circunderūt me aque vsqz ad animā. Abissus vallauit me: et pelagus coopuit caput meū. Ad extrema mōtium descendi: terre vectes cōcluserūt me in eternū. Et subleuabis de corruptione vitam meam, Domīe deus meus. **R.** Ne auertas faciem tuam a puero tuo quoniā tribulor velociter exaudi me. **V.** Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vsqz ad aīam meā **Allā** **V.** Qui timent dn̄m sperent in eum quoniā adiutor et protector eorum est.

Secundū Lucam. viii.

In illo tempore: Factum est in vna dierum: et iesus ascendit in nauiculā et discipuli eius. Et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Nauigantibus autem illis obdormiuit. Et de

scendit procella venti in stagnum: & cōpellebātur et periclitabātur. Accēdentes autē suscitauerūt eum: dicētes. Preceptor: perimus. At ille surgens increpauit ventum et tempestatem aque: et cessauit. Et facta est tranquillitas. Dixit autē illis. Ubi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt: adinuicē dicentes. Quis putas hic est? Quia vētis īperat et mari: et obediunt ei. Offr. Sperēt in te omnes qui nouerunt nomen tuū domine quoniā non derelinquis querentes te: psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus orationes pauperū.

Secreta

Preueniat nos q̄s domine gratia tua semper et subsequatur: et has oblatiōes quas pro peccatis nostris nomini tuo cōsecrandas deferimus benignus assume: et per intercessionē sanctorū tuorū cunctis nobis proficiāt ad salutē. P. Coio. Amen dico vobis q̄cquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis.

Postcoio

Plebs tua domīe capiat sacre benedictionis augmētū et copiosis beneficiorū tuorū subleuet auxiliis: que tantis intercessorū deprecationibus adiuuatur. Per dn̄m.

Pro peccatis missa. Officium.

Misereris omniū dn̄e: & nichil odisti eorū que fecisti dissimulans peccata hoīz ꝓpter penitentiā: et parcens illis quia tu es dn̄s deus noster. Ps. Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te cōfidit aīa mea. Gloria.

Oratio

Exaudi q̄s dn̄e supplicū preces: et confitētiū tibi parce peccatis ut pariter nobis indulgentiā tribuas benignus et pacem. Per dn̄m

Lectio hieremie ꝓphete.

In diebus illis: Dixit hieremias. Si iniquitates nostre cōtēderūt cōtra nos domine libera nos. Quesumus fac propter nomē tuū: quoniam multe sunt auersiones nostre. Tibi peccauimus expectatio israel. Saluator noster in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es domine. Et nomen sanctum tuum inuocatum est super nos. Ne derelinquas nos domine deus noster. R. Propicius esto peccatis nostris nequādo dicant gentes ubi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia. V. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

Secūdū Lucā.

In illo tempore. Dixit domin⁹ iesus discipulis suis. Amen dico vobis. Quia quicunq̄ dixerit huic monti tollere et mittere in mare: et nō hesitauerit in corde suo sed crediderit quia quodcunq̄ dixerit fiat fiet ei. Propterea dico vobis. Omnia quecunq̄ orantes petitis credite q̄ accipietis et veniet vobis. Et cū stabitis ad orandum dimittite si quid habetis aduersus aliquem ut et pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra. Quod si non dimiseritis nec pater vester qui ī celis est dimittet vobis peccata vestra.

Offr. De profundis clamaui ad te dn̄e dn̄e exaudi vocem meā.

Secreta

Hostias tibi domine placationis offerimus: ut et delicta no

stra miseratus absoluas et nutantia corda tu dirigas. Per dominū.
Cōmunio. Ab occultis meis mūda me dñe ꝛ ab alienis parce seruo tuo. Postcō
Presta nobis eterne saluator: vt percipientes hoc munere veniam peccatorum deinceps peccata vitemus. Per dominum.

Pro amico. Officium

Iustus es domine et rectum iudicium tuum fac cum seruo tuo secūdum misericordiam tuam. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Gloria patri. Oratio

Deus qui iustificas impium et non vis mortem peccatorum: maiestatem tuam suppliciter deprecamur: vt famulum tuum. N. de tua misericordia confidentem celesti protegas benignus auxilio: et assidua protectione conserues vt tibi iugiter famuletur et nullis temptationibus a te separetur. Per dominum nostrū iesum christū.

Lectio. Ad Galathas. vi.

Fratres: Si preoccupatus fuerit homo ĩ aliquo delicto: vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu humilitatis et lenitatis considerās teipsum ne et tū tēpteris. Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem christi. R. Saluum fac seruum tuū deus meus sperantē in te. V. Auribus percipe orationē meam. Alleluia. V. De profundis clamaui ad te domine domine exaudi vocē meam Secundum marcū. xii.

In illo tempore: Sedens iesus contra gazophilacium: aspiciebat quo modo turba iactaret es in gazophilacium. Et multi diuites iactabant multa. Cum venisset autē vna vidua pauper: misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocās discipulos suos: ait illis. Amen dico vobis: quoniam vidua hec pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophilacium. Omēs enī ex eo quod abundabat illis miserūt. hec vero de penuria sua omnia que habuit: misit totum victum suum.
Offertoriū. Domine in auxilium meum respice: confundantur et reuereantur qui querunt animam meam vt auferant eam. Secreta.

Huius domine virtute mysterii et a propriis nos munda delictis: et famulum tuum ab omibus absolue peccatis. Per dominū.
Cōmunio. Illumina faciem tuam super seruum tuū et saluū me fac in tua misericordia domine non confundar quoniam inuocaui te. Postcōio.

Purificent nos domine quesumus sacramenta que sumpsimus et famulum tuum. N. ab omi culpa liberum esse concede: vt qui conscientie reatu constringitur celestis remedii plenitudine glorietur. P dñm nostrū iesum.

Pro familiaribus. Officium

Salus populi ego sum dicit dominus: de quacunqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illorum dominus in perpetuum. ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria patri et filio. Oratio

Deus qui caritatis dona p gratiã sancti spiritus tuorũ cordibus fideliũ infudisti da famulis et famulabus tuis pro quibus tuã deprecamur clementiã salutẽ mentis et corporis: vt te tota virtute diligãt et que tibi placita sunt tota dilectione perficiãt. Per. in vnitate eiusdem spiritus. Ad Romanos. viii.

Fratres: Spiritus adiuuat infirmitatẽ nostrã. Nã quid oremus sicut oportet nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui aũt scrutatur corda: scit quod desiderat spiritus. Qui secundũ deũ postulat pro sanctis. R. Saluum fac populum tuum domie et benedic hereditati tue. V. Ad te domie clamabo deus meus ne sileas a me et ero similis descendentibus in lacum. Alleluia. V. Qui timent dominum sperent in eum quoniam adiutor et protector eorum est.

Secundum Johãnem. xvii

In illo tempore: Subleuatis iesus oculis in celum dixit. Pater sanctifica eos in veritate. Sermo tuus verax est. Sicut tu me misisti in mundũ: et ego pro eis sãctifico meipsum. Vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autem rogo: sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorũ in me. Offertoriũ Populum humilem saluum facies domine et oculos superborũ humiliabis quoniam quis deus preter te dñe. Secreta

Miserere quesumus domine famulis et famulabus tuis pro quibus hoc sacrificium laudis tue obtulimus maiestati: vt per hec sãcta superne benedictionis gratiam obtineant et gloriam eterne beatitudinis acquirant. Per dominum. Coio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcoio.

Diuina libantes mysteria quesumus domine deus noster vt hec salutaria sacramenta que sumpsimus illis proficiat ad prosperitatem et pacem pro quorum quarũqz dilectione hec tue obtulimus maiestati. P dominũ nostrum iesum.

Pro mortalitate. Officium

Misereris omniũ domine et nichil odisti eorũ que fecisti dissimilans peccata hominũ propter penitentiam: et parcens illis quia tu es dominus deus noster. Ps. Miserere mei deus miserere mei quoniam in te confidit anima mea. Gloria patri et filio. Oratio

Deus qui non mortẽ sed penitẽtiã desideras pcõꝝ populũ tuũ quesumus ad te conuerte propici⁹: vt dum tibi deuotus extiterit: iracũdie tue ab eo flagella amoueas. P d

Lectio libri hester. xiii.

In diebus illis: Orauit hester ad dominũ dicẽs. Domie rex omnipotẽs in ditione tua cũcta sũt posita: et non est qui tue possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu eni domine fecisti celum et terram: et quicquid celi ambitu continetur Tu es dominus omniũ: et non est qui resistat maiestati tue. Et nunc domine rex regũ deus abraham miserere populo tuo: quia volunt nos

inimici nostri perdere et hereditatē tuā delere. Ne despicias partē tuam quam redemisti tibi sed exaudi deprecationē nostrā: et propicius esto sorti et funiculo hereditatis tue: et conuerte luctū nostrū in gaudiū: vt viuētes laudemus nomē tuū deus. Et ne claudas ora canentiū te: dñe deus noster. ℞. Propicius esto dñe peccatis nostris nequādo dicant gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nois tui domine libera nos. Alleluia. ℣. Ostende nobis domine miam tuam et salutare tuum da nobis.

Secundum Lucam. xv.

In illo tempore: Erant appropinquantes ad iesum publicani et peccatores: vt audirent illum. Et murmurabāt scribe et pharisei: dicētes. Quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolā istā dicēs. Quis ex vobis homo: qui habet centū oues: et si perdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonagita nouē in deserto: et vadit ad illā que perierat/ donec inueniat eā. Et cū inuenerit eā/ iponit i humeros suos gaudēs: et veniēs domū cōuocat amicos et vicinos: dicēs illis. Cōgratulamini michi: quia iueni ouē meā que perierat. Dico vobis: ꝙ ita gaudiū erit in celo super vno peccatore penitentiā agente: ꝙ super nonagitanouē iustis: qui nō indigent penitētia. Aut que mulier habens dragmas decē: et si perdiderit dragmā vnā: nōne accendit lucernā et euertit domū/ et querit diligēter donec inueniat. Et cū inuenerit cōuocat amicas et vicinas dicēs. Cōgratulamini michi: quia inueni dragmam quā perdiderā. Ita dico vobis: gaudium erit coram āgelis dei super vno peccatore penitentiā agēte. Offer. De profundis clamaui ad te domine dñe exaudi orōem meā. Secre.

Subueniat nobis dñe quesum⁹ sacrificii presentis oblatio: que nos ab erroribus vniuersis potēter absoluat et a totius eripiat perditionis incursu. Per dominū. Coio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcoio

Tuere q̄s nos dñe tua sancta sumētes et ab omi ꝓpicius iniquitate defende. Per do

Pro infirmo. Officium.

Iustus es domine et rectum iudiciū tuum fac cū seruo tuo secūdū miam tuam. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria. Oratio

Omps sēpiterne deus salus eterna credētiū exaudi nos pro famulo tuo ꝓ quo mie tue imploram⁹ auxiliū vt reddita sibi sanitate gratiarū tibi in ecclesia tua referat actionē. P. Lcō epl'e bti iacobi apli. v. ca.

Fratres: Tristatur aliquis vestrum: oret equo aio et psallat Infirmatur quis in vobis: inducat presbiteros ecclesie et orent super eū vngētes eum oleo in nomine dñi: et oratio fidei saluabit infirmū et alleuiabit eum dominus et si in peccatis sit dimittentur ei. Confitemini ergo alterutrū peccata vestra: et orate pro inuicem: vt saluemini. ℞. Miserere michi domine quoniam infir-

mus sum sana me domine. V. Conturbata sunt omnia ossa mea et aīa mea turbata est valde. Alleluia. V. Qui sanat contritos corde et alligat cōtritiones eorum. Secundū Lucam. vii.

In illo tempore: Intrauit iesus capharnaum. Centuriōis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus: qui illi erat preciosus. Et cum audisset de iesu: misit ad eum seniores iudeorū rogans eū vt veniret et sanaret seruum eius. At illi cum venissēt ad iesum: rogabant eum sollicite dicentes ei: quia dignus est vt hoc illi prestes. Diligit enim gentem nostram: et synagogam ipse edificauit nobis. Jesus autem ibat cum illis. Et cum iam nō longe esset a domo: misit ad eum cēturio amicos dicens. Domine noli vexari. Non enim sum dignus: vt sub tectum meum intres. Propter quod et meipsum nō sum dignum arbitratus: vt venirē ad te: sed dic verbo et sanabitur puer meus. Nā et ego sum homo sub potestate constitutus habens sub me milites. Et dico huic vade: et vadit/ et alio veni/ et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Quo audito iesus miratus est: et cōuersus sequentibus se turbis: dixit. Amen dico vobis: nec in israel tantā fidē inueni. Et reuersi qui missi fuerāt domū: inuenerunt seruū qui languerat sanum. Offer. De profundis clamaui ad te domine domine exaudi vocem meam. Secreta.

Deus cuius nutibus vite nostre momenta decurrūt suscipe preces et hostias famuli tui N. pro quo misericordiam tuam egrotante imploramus et presta: vt de cuius periculo metuimus de eius salute letemur. Per dominum nostrum iesū. Cōmunio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcoīo

Deus infirmitatis humane singulare p̄sidium auxilii tui super infirmum nostrum ostende virtutem: vt ope misericordie tue adiutus ecclesie sancte tue incolumis representari mereatur. Per dominū nostrum iesum christum.

Pro infirmo primo morti. Officiū

Circundederunt me gemitꝰ mortis dolores inferni circūdederunt me et in tribulatione mea inuocaui dominum: et exaudiuit de templo sancto suo vocē meam. Ps. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meū et refugiū meū et liberator meꝰ. Glā. Orō

Omnipotens et misericors deꝰ cōseruator aīarū qui quos diligis corripis et quos recipis pie ad emendationē coerces te inuocamꝰ dn̄e: vt me delam tuā conferre digneris ī aīam famuli tui qui in corpore patit̄ mēbrorū debilitatē vim laboris stimulos infirmitatū da ei domīe gratiā tuā vt in hora exitus illius de corpore absq̧ mortalis peccati macula tibi datori proprio per manus sanctorum angelorū tuorū representari mereatur eius anima. Per dn̄m.

Lectio isaie pphete. lv. ca.

In dieb9 illis. Locutꝰ est isaias ppheta dicens. Querite dn̄m dū inueniri potest: īuocate eum dū

xpe est. Derelinquat impius viam suā: et vir iniquus cogitatiōes suas Et revertať ad dnm: et miserebitur eius: et ad deū nostrū: quoniā multus est ad ignoscendum. Dñs deus noster. R. Adiutor in opportunitatib⁹ in tribulatione sperent in te qui noverūt te quoniam non derelinquis querētes te domine. V. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis patientia pauperis non peribit in eternum exurge domine non prevaleat homo.

Secundum Marcum. xi

In illo tempore: Respiciens iesus in discipulos suos. Ait illis habete fidem dei Amen dico vobis: quia q̄cūq3 dixerit huic mōti tollere ⁊ mittere in mare: ⁊ nō hesitaverit i corde suo sed crediderit q2 quod cunq3 dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecunq3 orātes petitis: credite quia accipietis et evenièt vobis. Offr. Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me domine et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam et salvum me fecit dextera tua.

Secreta

Adesto domine pro tua pietate supplicationibus nostris: et suscipe hostiā quā tibi offerim⁹ p aīa famuli tui iacentis in grabato non solum corporis sed et aīe sue salutē petentis presta ei omnipotens deus indulgentiā oīm iniquitatū suarū propter immēsā miam tuā: vt per hoc quod sustinet flagellum a sanctis angelis tuis suscepta perveniere mereatur ad tue beatitudinis regnum. P dnm. Coio. Redime me deus israel ex oībus āgustiis meis. Postcō.

Gratias agimus domine multiplicibus largitatibus tuis q̄bus animas in te sperantiū satiare consuevisti iam fili de tua pietate precamur: vt misereri digneris anime famuli tui ne prevaleat adversus eum adversarius in hora exitus sui de corpore. Sed transitum mereatur ad vitam. P dnm.

Pro vivis et defunctis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui vivorum domīaris simul et mortuorum omniumq3 misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis te supplices exoram⁹: vt pro quibus effundere preces decrevimus quosq3 vel presens adhuc seculum in carne retinet vel futurū iam exutos corpore suscepit: pietatis tue clementia oīm delictorū suorū veniā et gaudia consequi mereātur eterna. P dnm.

Secreta

Deus cui soli cognitus est numerus electorū in superna felicitate locādus tribue q̄s: vt universorū quos in oratione cōmendatos suscepim⁹ et oīm fideliū noīa btē p̄destinationis liber ascripta retineat. Per dominū.

Postcoio.

Purificēt nos q̄s oṗs ⁊ misericors de⁹ sacramēta q̄ sūpsim⁹: et p̄ta vt hoc tuū sacramētū non sit nobis reat⁹ ad penā sed itercessio salutaris ad veniā sit ablutio scelerū / sit fortitudo fragiliū sit contra oīa mūdi picula firmamētū sit vivorū atq3 mortuoꝝ fideliū remissio oīm delictoꝝ p. Pro vivis et defū. alia orō

Pietate tua q̄s dñe nr̄oꝝ solve vīcla pcōꝝ ⁊ itercedēte p nobis

pro uno presbitero — oratio

Da nobis dne ut animam famuli tui sacerdotis quam de hujus seculi [illegible] certamine [illegible] [illegible] esse consortem [illegible]

Secreta

[illegible] nobis dne ut anime famuli tui sacerdotis [illegible] sit oblatio [illegible] totius mundi tribuisti relaxari delicta. per dnm

Post coio

[illegible] sacrificiis [illegible] omnipotens deus purgata anima famuli tui sacerdotis [illegible] indulgentiam et refrigerium sempiternum [illegible] mereatur. per

beata et gloriosa semperqȝ virgine dei genitrice maria cū omibus sanctis tuis nos famulos tuos et oēm populū catholicū in omni sanctitate custodi omnesqȝ consanguinitate ac familiaritate vel confessione ꝛ oratione nobis iunctos: a viciis oībus purga: virtutibus illustra/pacē et salutē nobis tribue hostes visibiles et inuisiles remoue a nobis pestem repelle icredulos cōuerte amicis et inimicis nostris verā charitatē largire et oīb⁹ fidelib⁹ viuis et defunctis vitam et requiem eternā cōcede. P eundē. Secreta

DEus qui singulari corporis tui hostia totius mūdi soluisti delicta: hac oblatione placatus maculas scelerum nostrorum absterge: et oīm christianorꝫ viuorū et mortuorū peccata dimitte: nobisqȝ premia eterna cōcede. P dñm. Postcoīo

SAcramenta sumpta quesum⁹ domine crimina nostra detergant omnēqȝ prauitatē et hostilem ipugnationē visibilē et iuisibilē meritis oīm sanctorū procul repellant et oībus viuis et defūctis prosint ad veniā pro quorū quarūqȝ dilectione tibi sint oblata salute. P dñm

Pro rege et regina. Oratio

